2 *iuncturae verbales potiores*: a *nom.* -ae (-a): ardent: Tac. ann. 4, 40, 3. emergunt: Cod. Iust. 4, 20, 17 inter. exardescunt: Tryph. dig. 26, 3, 8 cum. exsistunt: Cic. Lael. 34 inter. intercedunt: Cic. Cael. 32 cum (Liv. 38, 52, 9). Labeo Paul. dig. 3, 3, 43, 6. Vlp. dig. 4, 8, 15 inter. *al.* interpellant: Cic. Att. 14, 13 B, 5. interveniunt: Vlp. dig. 3, 3, 8, 3 inter (34, 9, 9 pr.). manent: Liv. 38, 57, 4 cum. Ps. Qvint. decl. 9, 14. praecedunt: Apvl. met. 3, 6, 5 inter. resident: Cic. Att. 14, 13 B, 4. sunt: Ter. Andr. 852 inter (Cic. Cluent. 169 Liv. 27, 35, 7. *al.*). Cic. S. Rosc. 17 ei . . . cum (*al.* Liv. 39, 4, 8 Qvint. inst. 4, 2, 13. 5, 7, 30 [*sine dat.*]. Vlp. *p. 1619, 74*). Ascon. Mil. p. 30, 9 Miloni et Clodio. Iren. 4, 40, 3 adversus. Cassiod. Didym. in Iac. 4, 4 p. 8, 19 apud. *al.* valent: Qvint. decl. 310 p. 219, 12 Avg. civ. 5, 26 p. 240, 5 D. **b** *acc.* -as (-am): accendere: Liv. 44, 25, 1. adire: Cic. Sest. 139. appetere: Cic. Cael. 47 har. resp. 7 Mil. 100. capere: *p. 1620, 44.* celebrare: Liv. 40, 45, 7. concedere: Cic. prov. 44. concipere: Caes. civ. 3, 16, 3. condonare: Cic. Phil. 5, 50. confirmare: Cic. Cluent. 190 epist. 5, 4, 2. contrahere: Sen. contr. exc. 5, 2, 2 Qvint. inst. 7, 1, 53. *al.* denuntiare: Cic. Flacc. 2 Phil. 5, 19 Sen. epist. 76, 1. deponere: *v. vol. V 1, 579, 11* (*adde*: Cic. prov. 20. 47 Phil. 1, 31 Anton. Cic. Att. 14, 13A, 3. *al.*). diiungere: *p. 1620, 38.* exercere: *v. vol. V 2, 1373, 35sqq., ubi addas*: Itala I Macc. 9, 51 (rec. L = Vvlg.) in. Firm. math. 3, 11, 5 cum (Hier. chron. a. Abr. 2070 [= Svet. frg. p. 129, 1]. Inst. Iust. 1, 25, 11). Avg. catech. rud. 16, 25 adversus (civ. 10, 21 p. 434, 7 D. Op. imperf. in Matth. 45 p. 890). explere: *p. 1620, 53.* exstinguere: Acc. trag. 42 Cic. prov. 22 Avg. conf. 9, 9, 21. gerere: *v. vol. VI 2, 1934, 16sqq.* gignere: Hor. epist. 1, 19, 49 Tac. hist. 2, 92, 1. habere: Cic. Font. 33 cum (Caes. civ. 3, 16, 3 Pavl. sent. 2, 27, 1. *al.*). Itala Ier. 9, 8 (Ps. Aug. spec. 15 p. 375, 8) inter (Avg. civ. 4, 7 p. 154, 12 D. *al.*). I Macc. 11, 40 (rec. B) adversus (II Macc. 14, 39 [recc. B M]. *adde vol. VI 3, 2404, 23*). indicere: Cic. Verr. II 5, 182 prov. 24 Avg. ord. 2, 10, 29 p. 168, 9. *al.* inferre: Cic. prov. 24. inserere: Cic. Font. 33. integrare: Pacvv. trag. 111. interponere: Vlp. dig. 34, 4, 3, 11. miscere: *p. 1619, 60.* oblitterare: Acc. trag. 42. obtendere: Tac. ann. 4, 19, 1. permittere: Cic. Sest. 72. persequi: Rhet. Her. 2, 19, 29 Cic. div. in Caec. 64 Verr. II 1, 15 ac. 2, 1 Caes. civ. 3, 83, 4. *al.* ponere (*i. q. deponere*): Cael. Cic. epist. 8, 6, 1 Romvl. fab. 79, pr. rec. gall. (*M*). propulsare: Cic. Cael. 75. remittere: Liv. 39, 5, 5. renovare: Acc. trag. 42. reservare: Cic. prov. 47. satiare: Tert. nat. 1, 2, 8. serere: Val. Max. 4, 1 ext. 2. subire: Cic. Verr. II 5, 182 ad Q. fr. 3, 4, 3. *al.* sumere: Cic. Vatin. 28. Itala I Macc. 13, 17 (rec. L = Vvlg.) ad *i. apud.* Rvfin. apol. Orig. praef. p. 543^{A} adversus. suscipere: Ter. Hec. 231 cum (Cic. Sest. 72. *al.*). Rhet. Her. 3, 7, 14 Cic. div. in Caec. 59. Verr. II 2, 117 *alicuius* (5, 180 Catil. 2, 11. *al.* Bell. Hisp. 42, 2). Cluent. 190 inter. Lael. 77 epist. 2, 18, 2 Anton. Cic. Att. 14, 13 A, 3 Sall. or. Cottae 4 Nep. Cato 4, 2. Qvint. decl. 305 p. 196, 4 adversus (Clavd. Don. *p. 1621, 23*). Tac. Germ. 21, 1. *al.* tradere: Anton. Cic. Att. 14, 13 A, 3. ulcisci: Tac. ann. 3, 12, 2. vitare: Rhet. Her. 2, 2, 3 Cic. p. red. in sen. 20 epist. 2, 18, 3. *al.*

Frei.

inimīco, -āvī (*infra l. 64*), -āre *et* **inimīcor**, -ātūrus (*p. 1623, 12*), -ārī. *ab* inimicus, *cf.* amicare, *a quo ducere videtur* Prisc. gramm. II 438, 18. Gloss. -o: ἐχθραίνω. ἐχθρὸν ποιῶ. ἐχθροποιῶ. *legitur sensu transitivo inde ab* Hor., *intransitivo ab* Italae *textu Africano* (*cf. Schildenberger, Altlat. Texte d. Prov.-Buches I 1941, 97. 109*).
[*e coni. dubia*: Cic. Att. 2, 19, 4 Publilius mihi ⌊minitatur, inimicus est⌋ (⌊⌋ -atur *Ernesti*, m. inimicius *Boot*).]

1 *transitive* -āre *i. q. in inimicitias mutuas inducere*: Hor. carm. 4, 15, 20 *ira* miseras -at urbes (Porph.: fictum verbum est: inimicas facit. *cf.* Schol.). Stat. Theb. 2, 419 ceu . . . hostiles -ent classica turmas. Avson. 417, 63 p. 279 P. illic quaere (*sc. Nemesi*) alios oppugnatura sodales, livor ubi iste tuus . . . opportuna tuis -at pectora fucis. Sidon. epist. 5, 19, 1 facinus indignum quodque nos vosque -asset. *usum transitivum reicias l. 81. p. 1623, 6.*

2 *intransitive* -ārī, -āre (*p. 1623, 17; formas l. 81 sqq. positas deponenti potius quam activo generi rettuleris*) *i. q. inimice se gerere*: a *deponens* (*absol. l. 71, c.* adversus *l. 69, ceterum c. dat.*): Itala prov. 3, 30 (frg. Vind. ed. Vogel, Beiträge 1868 p. 80; *cf.* Hier. adv. Rufin. 3, 43 p. 489^{C}) noli -ari adversus (ne -eris adversum *Hier.*) homin⟨em⟩ sine causa (*gr. φιλεχθρήσῃς πρός, Lucif. Athan. 1, 26 p. 111, 10* inimicitias exercere, *Vulg.* contendas). Vvlg. Sirach 28, 6 (*absol.; v. p. 1623, 17*). Didasc. apost. 56, 15 *haeretici* deo omnipotenti non credentes -antur (*gr. ἐχθραίνοντες ἀπειθοῦσι*). Rvfin. Orig. in psalm. 36 hom. 3, 12 p. 1348^{D} -ari iustis. Avg. in psalm. 58 serm. 1, 21 qui ei -antur (*sc. deo. antea*: inimici eius). serm. 90, 9 ecce homo est inimicus tuus: responde mihi quid in illo -etur tibi; numquid hoc quod homo est -atur tibi? (*et bis ibid.*). Vitae patr. 6, 4, 7 eum qui -atur proximo suo (*gr. Cot. p. 557^{B} τὸν ἐχθραίνοντα μετὰ τοῦ πλησίον*). Caes. Arel. serm. 38, 4 *malitia inimicorum* vobis -atur. Gloss.^{L} V Aa i 885 (= Gloss. IV 357, 27) invidus: qui alterius felicitati (-em *d e*, -e *a c*) -atur (-at *Goetz nescio unde*). *participia, gerundium*: -ans (*c. dat. l. 84. p. 1623, 10; per zeugma p. 1623, 6*): Itala Esth. 9, 22 p. 91, 7 (Motzo) conservatum est genus Israhel a persecutione -antium sibi (*gr. ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν, Vulg.* de inimicis suis).

[Molian]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AVG. in psalm. 61, 14 falso laudantes, vere -antes. 67, 2 *Christus* illis -antibus dixit *eqs.* 84, 4 ab hostibus suis vicinis circumquaque -antibus. serm. 206, 3 *deus* arguit -antes (*cf. Vulg. Is. 58, 4* ad lites et contentiones ieiunatis). util. ieiun. 4, 5 unusquisque ... subiugat renitentem *coniugem*, non persequitur -antem. OP. imperf. in Matth. 11 p. 690 contemnens personam eius magis quam -ans. *ibid.* p. 693 si ... non feceris pacem cum adversario ..., sed sic -antes per mortem ieritis ante iudicem Christum. GREG. M. epist. 3, 7 p. 166, 20 viros ... -antis (immutabilis *ed. pr., ubi in marg.:* '*al.* -antis') animi. MART. BRAC. sent. patr. 109 neque odium *habeas* contra -antem tibi sine causa. -turus (*c. dat.*): AVG. in psalm. 71, 12 schismata ... gloriae Christi ... -tura. *gerundium:* AVG. conf. 1, 18, 29 *homo* cor suum vastat -ando. epist. 93, 50 quicumque vos ... non dilectione corrigendi, sed -andi studio persequitur. b *genere activo* (*fort. retrograda q. d. formatione ex* -ans): ITALA Sirach 28, 6 (Faust. Rei. serm. 14 p. 277, 3 = Caes. Arel. serm. 56, 1 p. 238, 5; *item* cod. Amiat. *teste Lagardio*) desine -are (iam peccare *cod. unus Caes.*, -ari *Engelbrecht cum* VVLG.; *gr.* παῦσαι ἐχθραίνων). *cf. p. 1622, 81.* *Molian.*

***inimicus**, -a, -um. *ab* in *et* amicus (*cf.* PAVL. FEST. *l. 39.* VEL. gramm. VII 67, 11. PRISC. *l. 38*). *de script., formis, prosodia:* inic-: CE 1373 (= INSCR. christ. Diehl 2139), 4 mors ini(mi)ca. *cf. l. 74.* inm-: TAB. devot. Audollent 224 frg. III 5. 9. [-citus, -citior (*fere var. l.*): CIC. Pis. 78 Lael. 59 Att. 10, 12 A, 3 LIV. 42, 24, 4 FIRM. math. 8, 6, 6 PAVL. NOL. epist. 24, 16 EVGIPP. exc. Aug. p. 54, 8.] *gen. pl.* -um: PLAVT. Asin. 280. *compar.:* PLAVT. Bacch. 500. CIC. Verr. II 2, 107 Sthenio nemo -ior quam ... Claudius (VELL. 2, 47, 5. *cf.* CIC. Verr. II 3, 59 nullis -ior ... fuit. Phil. 2, 94 quis ... cuiquam -ior ...? [PAVL. NOL. epist. 24, 16 AVG. civ. 14, 3 p. 8, 23 D. = EVGIPP. exc. Aug. p. 54, 8]. orat. 194 nec quicquam. Lael. 59 negabat ullam vocem -iorem amicitiae potuisse reperiri. Att. 10, 12 A, 3 nihil [epist. 3, 8, 9]. LIV. 27, 4, 6 nec ulli). Font. 26 Sest. 111 prov. 18 Pis. 78 Att. 9, 5, 2. 9, 15, 5 CELS. 2, 1, 17 SEN. epist. 60, 1. *c coni.:* SERV. auct. Aen. 4, 216 quod est -ius (*Hagen,* -i *F,* -e *T*) non mulierem tantum, sed etiam meretricem vocare (*cf. p. 1630, 64. 1632, 61*). *de adv. v. p. 1634, 9.* *superl. inde a* TER. Hec. 309. RHET. Her. 4, 24, 34 (*p. 1631, 57*) *saepius; adamat* CIC. *locutiones vice compar. vel superl. fungentes v. in appendice sub 2b et c.* NOT. Tir. 36, 4. *de prosodia:* PRISC. gramm. II 25, 11 a correpta convertitur ... in i correptam 'amicus -us'. *de notione:* PAVL. FEST. p. 109 in praepositio modo significat, quod non, ut -us. CLAVD. DON. Aen. 2, 735 p. 246, 30 (*distinguit inter* 'male amicum' *et* '-um'). ISID. diff. 1, 174 dolosus est qui occulta macinatione grassatur, -us vero qui mala facit apertius. orig. 10, 133 -us *dicitur*, quia non amicus, sed adversarius. duae autem res -os faciunt: fraus et terror. terror, quod timent. fraudes, malum quod passi sunt. DIFF. ed. Beck p. 33, 47 aemulus in studio est, id est imitator et invidus; adversarius in pugna; -us invidia. SYNON. Cic. p. 420, 30 B. dux: ... -us otii vel otio. hostis bonorum. quietis vel quieti adversarius. p. 429, 7 -us: infestus. contrarius. adversarius. p. 429, 28 inpulsor: ... -us bonorum. p. 437, 20 oppositum: ... -um. GLOSS. ἐχθρός. δυσμενής. adversarius. hostis, odibilis. -a: contraria. *v. et p. 1632, 46.* *legitur inde ab* APPIO CLAVDIO, ENNIO, PLAVTO *per totam fere latinitatem. adamatur in script. sacris: ubi ad verbum vertunt,* ITALA *et libri* VVLG. *ab Hieronymo retractati tantum aut omnino neglecti imprimis reddunt vocem creberrimam q. e.* ἐχθρός (*plus 300ies*), *cum* hostis *imprimis respondeat voci q. e.* πολέμιος (*ca. 25ies, maxime I. II Macc.;* ἐχθρός *e. g. Vulg. I Macc. 8, 23* [-us recc. LB]); *libri* VVLG. *ex hebr. translati et* HIER. epist. sec. Hebr. *vocem q. e.* אוֹיֵב *reddunt fere 230ies per* -us, *26ies per* h., *quod ceterum praeferunt* (*ca. 90ies,* -us *17ies*). *aevo inferiore et ad linguas Romanicas vergente quae ratio frequentiae vocum q. s.* -us *et* hostis *intercesserit, ex schedis exiguis colligi vix potest. cf. p. 1626, 54 sqq.* [*it.* nemico, *sard.* inimigu, *francog.* ennemi, *hisp.* enemigo, *lus.* inimigo. *R.*]

[*loco dubio:* LABER. mim. 26 figura humana -i (*codd. Nonii p. 481, 6;* -a *CIL VI 37635;* -o *Leo, Hermes 48, 1913, 147*) ardore ignescitur. S. C. de aedif. (CIL X 1401) 9 deberent ... apstinere se omnes cruentissimo genere negotiationis, ne⟨que⟩ -issimam pace faciem inducere ruinis domum villarumque (*cf. 41* ut apstinerent se a tam foedo genere negotiation⟨is⟩. *43* ruinis aedificiorum ullam partem deform⟨are⟩ Italiae. *fere i. q.* '*bellicosissimam*' *intellegere videtur Liebenam, Städteverwaltung 391 sq.; mihi nihil certum est*). SIL. 17, 465 -a sede ... aeterna (*v. app. crit.*). *confund. in codd. c.* amicus (*falso trad.* -us: PLAVT. Trin. 620 CIC. p. red. ad Quir. 21. *falso trad.* amicus: SALL. Iug. 16, 3 VIR. ill. 78, 2), immitis (*var. l.:* PLAVT. Bacch. 500 CIC. Att. 19, 15, 5. *al.*), iniquus (*var. l.* RHET. Her. 2, 3, 4. *al.* CIC. Verr. II 2, 167 Cluent. 64 LIV. 44, 26, 1. *et passim. hic illic et ipse ambigas, quoniam notiones haud dissimiles sunt, cf. supra l. 21. p. 1633, 64*), mimicus (*v. vol. VIII 987, 48. 988, 13; adde:* SERM. RevBén. 58, 1948, 62, 52 -am *pro* mimicam *Ps. Ambr. l. c. 987, 75*), minimus (LIV. 27, 35, 8), minutus (*falso trad.* -us CATVLL. 25, 12; *var. l.* COLVM. 6 praef. 1 QVINT. decl. 305 p. 195, 14).]

i. q. '*non amicus*' (*pressius auget notiones q. s.* '*non a.*', '*male a.*' *supra l. 41. p. 1624, 39; in fig. litot. inde a* PLAVTO *p. 1624, 24 passim*), ***adversarius, infestus,*** ἐχθρός. *dicitur fere c. respectu inimicitiarum mutuarum, hic illic etiam de eiusmodi obiectis, quae ab altero solo infestante pro -is habentur (qui usus minus apte* '*passivus*' *vulgo appellatur*), *v. p. 1625, 11. 1627, 57. 1632, 39 et cf.* GLOSS. *p. 1623, 50. 1632, 46* (*nota* GELL. 9, 12, 3, *qui verba faciens de vi* '*passiva*' *adiectivorum non modo non commemorat vocem q. e.* -us, *sed etiam utitur ea ad illustrandam vim* '*activam*' *vocis q. e.* infestus).

I *generatim:* **A** *de* ***hominibus*** (*Psyche p. 1625, 16*): **1** *ipsis:* **a** *usu primario fere in vita privata* (*stricte opp.* hostis *sive not. q. e.* '*perduellis*' [CIC. Manil. 28 *Pompeius* saepius cum hoste conflixit, quam quisquam cum -o concertavit. Sest. 38. 48 Planc. 71 LIV. 5, 8, 11. 38, 47, 5 FRONTIN. strat. 3, 3, 4. *al.*] *sive c. respectu turbatae rei publicae* [CIC. dom. 101 non ab -o meo, sed ab h. communi. p. red. ad Quir. 10 Phil. 2, 2 NEP. Alc. 4, 6 Att. 9, 2. *al.*] *vel ecclesiae* [AVG. civ. 5, 18 p. 225, 3 D. qui forte in ecclesia ab -is carnalibus ... passus iniuriam non se ad eius h. haereticos transtulit *eqs.*]; *latius* h. *augendi gratia iuxta ponitur, cf. sub b; v. exempla vol. VI 3, 3061, 3 sqq. 72. 3065, 62 sqq. fusius allata*): **α** *sententiae, proverbialiter dicta sim.:* APP. CLAVD. carm. frg. 2 amicum cum vides, obliscere miserias, -us (-os *Hauler, WSt. 37, 1915, 371 sqq.*) si es commentus, nec libens aeque. ENN. scaen. 134 ego meae cum vitae parcam, letum -o deprecer? PLAVT. Bacch. 618 -os quam amicos *magis* aequomst med habere (RHET. Her. 4, 37, 49 CIC. Phil. 5, 3). Poen. 1213 quis homost? :: amicus vobis. :: qui quidem -us non siet. Trin. 1052 quom repetas *mutuum*, -um amicum beneficio invenias tuo. Truc. 743 mavelim mihi -os invidere, quam med -is meis. TER. Hec. 211 ex amicis -i ut sint nobis adfines facis (CAES. civ. 3, 104, 1 in calamitate. SEN. benef. 7, 30, 2 ut ex a. dubio fiat non dubius -us. epist. 91, 5 ex a. -us, hostis ex socio. MOD. dig. 26, 2, 4. HIER. epist. 148 [= PAVL. NOL. epist. app. 2; *fort.* PELAG.], 30, 3 ut vulgo dicitur, facile ex a. -um facies, cui *eqs. al. cf.* SEN. benef. 5, 22, 3 ex ingrato). LVCIL. 598 neque -is invidiosam, neque amico exoptabilem (*sc. Antiopam?*). ACC. trag. 192 ut profugiens hostem -i invadam in manus? (*cf. vol. VI 3, 3061, 5*). TRAG. inc. 159 pereant amici, dum -i una intercidant (*cf. Trag. Gr. frg. adesp. 362 N.*[2] ἐρρέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ). RHET. Her. 4, 15, 21 -is te placabilem, amicis inexorabilem praebes. 4, 39, 51 in omnes amicos atque -os, notos atque ignotos incurs⟨it⟩ans. CIC. Cael. 32 cum ea quam omnes semper amicam omnium potius quam cuiusquam -am putaverunt. Att. 2, 21, 3 bonos -os habet, improbos ipsos non amicos. PVBLIL. I 16 ita amicum habeas, posse ut facile fieri hunc -um putes. SEN. Thy. 208 quos cogit metus laudare, eosdem reddit -os metus. epist. 105, 4 quidam odium habuerunt nec -um. IVV. 9, 95 res mortifera est -us pumice levis. *al. cf. p. 1625, 70 sqq. 82.*

β *de -orum generibus notabilia quaedam:* ① *usu communi:* Ⓐ *exempla varia selecta:* PLAVT. Cas. 442 ut ... insuper -o nostro miseriam hanc adiungerem (*de aemulo amoris ut:* APVL. met. 8, 6, 2 prostrato -o. 8, 12, 2 faxo feliciorem necem -i tui quam vitam tuam sentias. *al. cf.* PETRON. 80, 7. 92, 12. 98, 9). Trin. 654 cives ..., quos tu -os habes (CIC. Verr. II 2, 166 -os habeo c. Romanos). CIC. S. Rosc. 152 sectorem, -um, sicarium eundemque accusatorem (*cf.* Verr. II 1, 41 -os accusatoresque. *al.* LIV. 40, 15, 3. *al. de* CIC. Verr. I 36 -um accusatorem *v. Klotz ad l.*). Verr. II 2, 92 iudicem (SEN. dial. 6, 1, 1 PLIN. nat. praef. 10 GAIVS dig. 40, 12, 9 pr. TERT. praescr. 12, 3 non -um, licet durum. SCHOL. Cic. Bob. p. 160, 32 [inicos *Stangl. infra:* iniquis]. *al.*). Font. 26 testi (QVINT. inst. 5, 12, 16). Cluent. 44 infesta atque -a filio mater. Cael. 34 tribuno plebei. Phil. 13, 10 victor (LIV. frg. 61. OCTAVIA 131 victrix. *cf. p. 1629, 7*). Att. 3, 12, 1 consule designato (LIV. 38, 44, 1). CATVLL. 110, 3 Aufilena, bonae semper laudantur amicae ...; tu, quod promisti, mihi quod mentita -a (-e *suspicatur Kroll*) es ..., facis facinus (*de puella infida ut:* LYGD. 6, 55 perfida, nec merito nobis -a merenti. PROP. 2, 9, 44). VERG. Aen. 4, 656 fratre (QVINT. decl. 328 p. 288, 6). LIV. 27, 35, 8 collegae (SEN. dial. 6, 14, 1). SEN. Herc. f. 987 regis (STAT. Theb. 11, 695. *cf. p. 1626, 9*). STAT. silv. 4, 7, 34 heres. QVINT. decl. 304 p. 193, 22 patre (PS. QVINT. decl. 7, 10). 313 p. 230, 15 nullus ... tam -us (iniquus *Gronov.*) legis lator fuit (317 p. 247, 11). TRYPH. dig. 23, 3, 78, 2 relinquere apud -um ius (*de marito, qui mulierem repudiavit, ut:* 48, 19, 39 ne iam -o marito filium procrearet. TERT. monog. 10). *et passim.* *? de puellis morte praematura parentes contristantibus:* INSCR. christ. Diehl 3887 A d. m. parentes filiabus, que dulcis|simis (*cf. infra:* sibi dulces) voluistis nobis esse -as ('*i.* -ae' *Diehl*). Ⓑ *sibi sim.:* PLAVT. Men. 675 sibi -us magis quam aetati tuae (RHET. Her. 4, 14, 20. CIC. Pis. 63 ita mihimet fui -us, ut *eqs.*). Truc. 231 nec ... erit probus ... amator, nisi qui rei -ust suae. RHET. Her. 4, 18, 25 suis rationibus (*opp.* alienis rebus amicum). CIC. Phil. 6, 18 dignitatis suae. SEN. epist. 36, 3 processibus suis. CYPR. zel. 9 p. 425, 4 nullius magis quam tuae salutis -us es (*cf. l. 83*). PALLAD. 1, 6, 7 laboribus suis et sumptibus est -us. AVG. serm. 82, 8, 11 -us tuus et suus (trin. 14, 14, 18 se ipsum tanquam suus -us insequitur. POMER. 3, 9, 1 amici diaboli, -i etiam sui, omnibus odiosi. DRAC. laud. dei 2, 363 -us et hostis omnibus atque suus). *al.* Ⓒ *impugnantur res variae:* PLAVT. Aul. 580 tu, aula, multos -os habes. CIC. S. Rosc. 57 *litterae*. Mur. 90 coniurationi. Sest. 39 C. Caesar, qui a me ... alienus esse debebat, -issimus esse meae saluti (*cf. l. 76. p. 1625, 35. 1627, 21. 1630, 19 et p. 1631, 19*). Cael. 15 nisi -issimus

[Frei]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

istius sceleris fuisset. Phil. 3, 17 Caesaris consiliorum esse socium, Antoni furoris -um. 14, 20 nomini pestiferae pacis (*cf. infra l. 51*). Brut. 237 non invenustus actor, sed iners et -us fori. rep. 1, 30 nimis -um doctrinae esse. off. 1, 109 veritatis cultores, fraudis -i. epist. 1, 7, 2 ut ... non tam memores essent virtutis tuae, quam laudis -i. 9, 23 hospitem cum minime edacem tum -um cenis sumptuosis. HOR. carm. 2, 2, 2 lamnae. SEN. dial. 9, 7, 6 tranquillitati. TAC. hist. 1, 26, 2 consilii ... quamvis egregii. APVL. met. 9, 14, 4 -a fidei (*cf. p. 1627, 36*), hostis pudicitiae. ITIN. Alex. 21 -i fabularum (*i. scriptores, qui vera tantum narrant*). *al.*

(II) *de eis, qui pro -is habentur (sc. invisis, v. p. 1624, 1 sqq.; attuli exempla notabiliora absolute posita; accedit dat. p. 1632, 39 sqq.)*: STAT. Theb. 5, 631 (*loq. Hypsipyle*) ne tristes dominos orbamque -a revisam Eurydicen. Ach. 1, 862 si semel adversus radiavit lumine ferrum, eiurata fides *leonis domiti* domitorque -us. APVL. met. 5, 29, 2 sq. (*loq. Venus*) nec sordidis amoribus -am meam (*sc. Psychen*) cruciares; ... ut ego nurum scilicet tolerarem -am. ARNOB. nat. 1, 27 discipulos cur eius (*sc. Christi*) -os habeant et invisos (*cf. p. 1633, 73*).

b *usu dilatato (cf. p. 1624, 9 sqq.) adhibetur de adversariis causae communis atque publicae (cf.* hostis): *α in universum*: (I) *locutiones quaedam sollemnes*: LVCIL. 1334 virtus est ... hostem esse atque -um hominum morumque malorum ([*opp. 1335* defensorem]. TERT. apol. 2, 16 Christianum hominem ... deorum, imperatorum, legum, m., naturae totius -um existimas). CIC. Verr. II 1, 38 omnium est communis -us qui fuit hostis suorum (2, 135 o. adversarios, o. -os. *cf. p. 1624, 80*). 5, 169 non illi ... homini, sed causae communi libertatis (*antea*: nomini, generi, iuri civium hostis). Font. 32 *Gallos* -issimos huic imperio ac nomini bonis ac fidelibus et sociis et civibus anteferre (GELL. 4, 18, 3 [*Scip. mai. or. frg. 3 M.*] Hannibalem ... i. vestro -issimum). Catil. 1, 33 homines bonorum -os, hostis patriae, latrones Italiae (*al.* VELL. 2, 47, 5 LAMPR. Alex. 66, 2 AMM. 15, 5, 8). Sull. 15 -us esse amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, hostis patriae (prov. 11 hostem senatus, -issimum ordinis equestris bonorumque omnium. Phil. 2, 94). 41 -us otii, bonorum hostis (Sest. 15 hominis ... mihi irati, sed multo acrius o. et communis salutis -i [*cf. p. 1624, 83*]. Phil. 11, 36 o., concordiae, legum, iudiciorum, libertatis. epist. 1, 9, 10 legum, iudiciorum, o., patriae, bonorum omnium. ad Brut. 1, 15 [= 9, 23 Sj.], 4 uterque ... -us otio *est. cf. p. 1632, 10*). dom. 72 patriae (VAL. MAX. 4, 7, 1. *adde l. 37 et cf. p. 1626, 71*). 113 rei publicae (p. red. in sen. 17. p. red. ad Quir. 13 [*infra*: domesticis hostibus]. Phil. 5, 4. 12, 23 r. p. bonisque omnibus tam aperte est factus -us. epist. 12, 28, 3 omnibus -is r. p. esse me acerrimum hostem. VAL. MAX. 6, 3, 1ᵈ r. p. -is amicus esse. *al.*). Rab. Post. 6 (*de Ptolomaeo Aulete*) nec regi -o populi Romani (CAES. Gall. 1, 10, 2 homines bellicosos p. R. -os. QVINT. inst. 11, 1, 80 pro Iuba atque Afris -issimis populo Romano. *v. infra l. 59 et p. 1628, 45. 54. cf.* amicus p. R. *sim. vol. I 1909, 35 sqq.*). Phil. 8, 19 neminem illi civitati (*sc. Massiliensibus*) -um esse ..., qui amicus huic sit civitati (*cf. p. 1627, 42*). 11, 10 nisi ille vobis, ... moenibus patriae, ... huic urbi, ... dis penatibus, ... aris et focis ... denique naturae et humanitati inventus esset -us. fin. 1, 4 tam -us paene nomini Romano (NEP. Hann. 7, 3 Hannibalem ... -issimum n. R. Ps. CIC. epist. ad Oct. 2 huius urbis n. ac sedibus. *cf. supra l. 2. p. 1627, 24*). *al.* PETRON. 84, 1 vitiorum omnium (PANEG. 4, 9, 1 AMM. 28, 1, 11). SIL. 4, 662 (*loq. Trebia deus*) o regnis -e meis (HOMER. 1029 [*loq. Priamus ad Achillem*]. MART. 14, 184, 1 Priami r. -us Vlixes. MARCELL. chron. II p. 101, 519, 2 *S* regni eius [GREG. TVR. Franc. 6, 11 p. 281, 31. *al. cf. p. 1627, 53*]). FLOR. epit. 3, 16, 1 nobilitati. EDICT. imp. Diocl. praef. I 15 singulis et universis. COMM. apol. 850 *Iudaei* dicunt Heliam -um esse Romanis (*cf.* 853 -os populi *de Elia eiusque sectatoribus*). PANEG. 3, 4, 4 Caesaris rebus. TREB. Val. 5, 6 amicus bonorum, -us tyrannorum, hostis criminum, hostis vitiorum. LACT. mort. pers. 11, 6 *Christianos* -os deorum et hostes religionum publicarum (GREG. TVR. Franc. 9, 20 p. 439, 18 -am dei atque hominum Fredegundem. *cf. etiam supra l. 23. 49 et p. 1632, 46*). AMM. 22, 9, 16 (*loq. accusatores cuiusdam ad imperatorem*) -us pietatis tuae (*cf. p. 1627, 48*). COD. Theod. 9, 16, 6 (= Iust. 9, 18, 7) omnes (homines *Iust.*) magi ... humani generis -i credendi sunt (10, 10, 10. *cf. p. 1629, 84*). NOVELL. Theod. 3, 2 supernae maiestati et Romanis legibus (CASSIOD. hist. 7, 40, 16 [*Theodoret. 4, 22, 13* ἐχθρῷ]. *cf. supra l. 24. 36. 37. p. 1627, 32*). *al.* *in formula q. e.* 'eosdem amicos -osque habere' *sim.* (*cf.* hostis *vol. VI 3, 3059, 75 sqq.*): LIV. 29, 23, 5 *Carthaginienses et Syphacem* eosdem amicos -osque habituros (37, 1, 5 [*condiciones Aetolis pacem petentibus a senatu datae*] mille talentum darent eosdemque [eosq; *cod. B et edd. antiquiss.*] amicos atque -os haberent. CVRT. 7, 1, 29 [*loq. Amyntas ad Alexandrum*] iuravimus, eosdem nos -os amicosque habituros esse, quos tu haberes). IVS IVR. Arit. (CIL II 172) 5 ut ego iis -us ero, quos C. Caesari Germanico -os esse cognovero (*infra*: eosq. qui in eum hostili animo fuerint mihi hostes esse ducam). TAC. ann. 1, 58, 1 (*loq. Segestes*) ex quo ... civitate donatus sum, amicos -osque ex vestris utilitatibus delegi. *cf.* LIV. 42, 24, 4 (*loq. Gulussa ad senatum*) communibus -is (*sc. Carthaginiensibus*) criminantibus. *in precatione (more illo, quo notiones binis vocabulis significantur)*: LIV. 29, 27, 3 (*preces Scipionis*) -orum hostiumque ulciscendorum copiam faxitis.

(II) *dicitur de populis, ducibus, regibus sim. externis ita, ut potius respici videatur animus hostium quam status hostilis haud raro opposita voce q. e.* amicus (*exempla fere usque ad secundi p. Chr. saeculi finem certiora attuli omnia; adde etiam locutiones p. 1625, 28. 44. 48. 52. 72. 74. 80. 81. 83; similiter adhibetur sub 2 a et c, v. maxime* '-a natio' *sim. p. 1628, 45. al.*): CIC. Verr. II 2, 159 Rhodii, qui prope soli bellum illud ... cum Mithridate ... gesserint ..., cum ei regi -i praeter ceteros essent, statuam eius ... ne tum quidem ... attigerunt. Manil. 12 duo reges (*sc. Mithridates et Tigranes*) ... non solum vobis -issimi, sed etiam vestris sociis atque amicis (fin. 5, 64 -issimum *sc. Pyrrhum.* epist. 15, 4, 4 qui etiamsi sunt clam amici nobis, tamen aperte Parthis -i esse non audent. BELL. Alex. 78, 2 provincias ... a barbaris atque -is r. interposito amicissimo rege munivit. LIV. 27, 4, 6 [*de Syphace*] r. nec -iorem ulli populo quam Carthaginiensi nec amiciorem quam Romano esse. *cf. p. 1625, 44*). CAES. Gall. 2, 31, 5 sibi omnes fere finitimos esse -os. BELL. Alex. 36, 5 ut sive amicus [sive -us] Domitius ... angustias transiret ..., ⟨sive -us⟩ ut in hostium fines veniret *eqs.* NEP. Hann. 12, 2 ne *Prusias* -issimum suum (*sc. Romanorum*) secum haberet. Them. 9, 4 (*epistula Themistoclis*) non minus me bonum amicum habebis, quam fortem -um ille (*sc. Xerxes*) expertus sit. LIV. 7, 30, 9 ut aut amicorum aut -orum Campani simus. 9, 3, 12 (*deliberant Sabini de exercitu Romano ad furculas Caudinas capto*) sententia ..., quae neque amicos parat nec -os tollit (*cf.* 9, 12, 2). 26, 12, 13 tanto constantiorem -um Romanum quam amicum Poenum esse. 39, 28, 13 (*loq. Philippus rex ad legatos Romanos*) si *me* tamquam -um et hostem insectari propositum est *eqs.* 40, 12, 9 (*loq. Demetrius Philippi regis filius*) si cum Romanis, si cum aliis -is patris inieram consilia *eqs.* 41, 24, 15 (*loq. Archo ad Achaeos*) non ut praecipue amici *Macedonum*, sed ne praecipue -i simus. 42, 13, 1 (*loq. Eumenes*) vera esse de -o crimina volebam *sc. Perseo* (*de eisdem -is*: 42, 41, 4 nec Eumenes, cum tam multis gravis publice ac privatim sit, alium quam me -um habuit. 44, 26, 1 perioch. 49 p. 61, 3). VELL. 2, 23, 5 cum *Athenienses* ab -is (*sc. Mithridatis copiis*) tenerentur, oppugnabantur ab amicis (*sc. Romanis*). CYRT. 7, 8, 17 sq. (*loq. Scythae*) his *donis* utimur et cum amicis et adversus -os; ... -os sagitta eminus, hasta comminus petimus. 7, 10, 7 sq. (*loq. Alexander ad Sogdianos*) quaero ... an vivere velitis non -i mihi ...? illi numquam se -os ei, sed bello lacessitos se -os hosti fuisse respondent (*cf. Lindgren p. 20*). IVST. 8, 5, 6 *Phocenses dediticii* nihil rerum suarum apud -os (*sc. Thebanos aliosque*) viderunt. 11, 4, 8 *Thebanorum captivorum* pretium non ex ementium commodo, sed ex -orum odio extenditur. *al.* *de militibus in bello civili*: GRAN. LIC. p. 33, 2 *Marii* corpus milites -i extractum monimento disiecerant.

β de perduellibus, hostibus (vi plena; aliter supra l. 1): (I) *ap. vetustiores usu figurato et rhetorico (huc transit locutio poetica q. e.* 'regnis -us' *p. 1625, 55. 56; nota in poesi inde a* VERG. *vocem de rebus hostilibus adhiberi, v. p. 1627, 72. 77. 83. 1628, 55 sqq. 71 sqq. passim)*: (A) *per comparationem*: PLAVT. Mil. 223 intercludе -is commeatum (*219* hostis. *222* perduellis. *cf. Fraenkel, Plautin. i. Plaut. 234*). (B) *per variationem rhetoricam (cf. p. 1631, 66)*: CIC. inv. 1, 108 -orum in manibus ..., hostili in terra. LIV. 25, 16, 19 (*oratio ad milites ab hostibus circumventos*) perfusi hostium cruore, inter exspirantium -orum cumulata armaque et corpora. IVST. 3, 6, 11 dummodo -is suis hostes adquirerent.

(II) *ap. recentiores (nota* SERV. auct. Aen. 4, 424 nostri 'hostes' pro hospitibus dixerunt: nam -i perduelles dicebantur. *de* ITALA *et* VVLG. *cf. quae monui p. 1623, 52 sqq.*): ITALA iud. 2, 14 (Lugd., *cf.* TERT. scorp. 3 p. 151, 22) dominus ... tradidit illos in manu -orum suorum ... et non potuerunt resistere ... contra faciem -orum suorum (*gr.* ἐχθρῶν *bis, Vulg.* hostibus ... adversariis). *al.* CLAVD. DON. Aen. 11, 485 p. 489, 8 ensem ... quo perimeret -os (*Verg.* hostem. *cf. p. 1628, 77*). VEG. mil. 2, 17 p. 51, 12 levis armatura ... fugientes sequebatur -os (*antea*: hostes). *saepe* (*promiscue c.* hostis). VVLG. Ier. 6, 25 gladius -i (20, 4 GREG. M. epist. 5, 45 p. 344, 30. 11, 31 p. 301, 27 EVGIPP. Sev. 27, 3). *al.* PELAG. in Eph. 6, 17 *miles* nonnumquam etiam ab audaci -o omnibus armis spoliatus perimitur (*antea*: hostem). AVG. civ. 1, 1 p. 4, 22 D. cruentus saeviebat -us (*sc. Gothi*). 3, 19 p. 128, 29 *Hannibal ad Cannas* tanta -orum atrocissimorum caede satiatus. *al.* Ps. AVG. serm. ed. Mai 6, 2 (*v.* inimicitiae *p. 1620, 60*). MARCELL. chron. II p. 106, 541, 1 Parthis persistentibus -is Belisarius Orientis suscipit expeditum. ENNOD. dict. 16, 1 p. 471, 24 *vir fortis* patriae nostrae (*cf. p. 1625, 39*) vicit -os, qui consummatis proeliis ... et hostes et bella commendat *eqs.* VITAE patr. 3, 66 p. 772ᴬ si voluerit imperator -orum civitatem aliquam expugnare *eqs.* (*gr. Cot. p. 469ᶜ* ἐχθρῶν). CASSIOD. hist. 1, 8, 5 ut et per terram et per mare vinceret -os *Constantinus* (*Sozom. 1, 7* τῶν ἐναντίων). 11, 17, 17 *Theodosius* -os orationibus superabat (*Socr. 7, 22* πολέμους). *al.* var. 12, 28, 3 acervum ... funerum, quem -orum exitio constat effectum. IORD. Get. 218 (*infra*: hostium, *quod saepius legi quam* -us). *al.* GREG. TVR. Franc. 2, 6 p. 47, 14 Mettensim urbem ab -is exuri. 6, 31 p. 301, 6 exercitus ... incendia, praedas et homicidia tanta fecerunt, sicut solet contra -os fieri. *al.* NOVELL. Iust. 116 pr. pro libertate reipublicae contra -os certare. GREG. M. epist. 11, 31 p. 301, 13 -os nostros ... ad Siciliae invasionem ... festinare (*antea*: hostibus). VITA Caes. Arel. 1, 29 obsidentibus -is (*1, 30* hostium). *al.*

[*Frei*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

γ usu ecclesiastico fere de haereticis, Iudaeis, gentilibus sim.: TERT. apol. 31, 2 qui magis -i et persecutores Christianorum quam de quorum maiestate convenimur in crimen? (CYPR. epist. 74, 8 p. 805, 23 *opp.* haereticorum amicus. AVG. civ. 19, 22 p. 392, 28 D. 19, 23 p. 395, 24 homine ... Christianis -issimo. CASSIOD. hist. 6, 4, 2 Christianis se -um aperte designans [*Sozom. 5, 3 ταῖς ... χριστιανιζούσαις ... ἀπηχθάνετο sc. πόλεσιν*]. CAES. AREL. serm. 38, 3). praescr. 14, 6 ut non -i essent veritatis haeretici (FIRM. err. 13, 4 Porphyrius ... hostis dei, v. -us. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 240, 4 -i v. fideique contrarii. COMPVT. cod. Col. prol. 13 p. 234 irreligiosus et veritati -us ... iudicabitur. *al. cf.* ACT. Petr. 12 p. 60, 9 -e et corruptor viae veritatis Christi. *v. et p. 1630, 12*). 37, 6 *apostoli* vos ... abdicaverunt ut extraneos, ut -os *eqs.* resurr. 22 p. 56, 9 quis -os Christi iam subiecit pedibus eius ...? ([*pendet ex* ITALA psalm. 109, 1 Tert. adv. Marc. 5, 9 p. 602, 24. *al.* = VVLG.; *gr.* ἐχθρός]. AVG. civ. 17, 12 p. 232, 18 D. *al.*). CYPR. epist. 52, 2 p. 618, 3 *Novatus debet ostendi* hostis quietis, tranquillitatis adversarius, pacis -us (59, 20 p. 691, 2 qui adversarius Christi est, qui unitati et paci [unitatis et pacis *CR*] eius -us est. 69, 5 p. 753, 23 fit ... dominicae p. ac divinae unitatis -us. PAVL. NOL. epist. 24, 16 *de Iuda.* CASSIOD. in psalm. 119, 7. *cf. p. 1630, 20*). 68, 2 p. 745, 1 Marcianum ... divinae pietatis (*cf. infra l. 48*) ac fraternae salutis -um (*cf. p. 1624, 83*). 73, 12 p. 787, 7 qui aut filii aut patris -us est. 73, 19 p. 793, 19 ecclesiae matris (AVG. civ. 18, 51 p. 336, 3 D. *al. cf. infra l. 44*). patient. 8 p. 403, 4 illos adversarios, ... illos nominis sui semper -os (AVG. civ. 19, 22 p. 392, 17 D. huius. 20, 9 p. 431, 14 aperte -i n. Christi. *cf. p. 1625, 51 et 1630, 3*). *al.* MOYS. Cypr. epist. 31, 5 p. 560, 23 dei (*antea*: hostes veritatis. FIRM. err. 24, 9. LVCIF. Athan. 1, 19 p. 100, 27 -us d., hostis ecclesiae. AVG. civ. 12, 3 p. 515, 5 D. dicuntur ... in scripturis -i d., qui non natura, sed vitiis adversantur eius imperio. *al.*). HIL. c. Const. 27 intellige te divinae religionis hostem et -um memoriis sanctorum *eqs.* (*cf. vol. VIII 682, 53*). in psalm. 118 samech 4 p. 489, 13 legis (ANON. Vales. 15, 88 non ut dei amicus, sed legi eius -us. COD. Theod. 16, 5, 51 sanctae. 16, 5, 56. PRAEDEST. 3, 6 p. 642[B] dei. *cf. p. 1625, 69*). OPTAT. 5, 3 p. 123, 9 -us est Christiani baptismatis *Iudaeus.* LVCIF. reg. apost. 8 p. 54, 8 dei religionis (HIER. hom. Orig. in Ezech. 5, 2 p. 373, 13). FILASTR. 68, 1 verae fidei (RVFIN. Adamant. 1, 14 [*gr.* ἐχθροῖς]. LEO M. epist. 154 Conc.[S] II 4 p. 101, 16 Christianae. ANON. Vales. 14, 80 fuit ... contra fidem catholicam -us. *al. cf. p. 1625, 8*). 110, 10 doctrinae ... caelesti (-is *B*) -i et adversarii (*cf.* CASSIOD. hist. 3, 2, 1 Christiani dogmatis [*Sozom. 2, 9 πρὸς τὸ δόγμα τῶν Χριστιανῶν ἐκπεπολεμωμένους*]). AVG. civ. 1, 35 p. 51, 14 D. in ipsis -is latere cives futuros (*civitatis dei ut*: 11, 1 p. 462, 4. 18, 1 p. 255, 20 -os c. d., qui ... invident Christianis. *v. et p. 1630, 31. cf. p. 1625, 47*). 21, 24 p. 531, 5 nec ex -is *ecclesiae* convertentur in filios (*cf.* enchir. 10, 33 p. 23, 16 S.[2] ut ex -is *dei* efficiamur filii). epist. 191, 1 p. 163, 25 gratiae dei ... defensio adversus -os eius (pecc. orig. 29, 34 PROSP. c. coll. 1, 2. *al.* resp. ad Gall. praef. p. 155[A] Pelagianos, -os g. Christi). 217, 6 Christianae pietatis (CASSIOD. hist. 8, 15, 7 *de Valente* [*Theodoret. 4, 36, 2 ἀντίπαλον*]. *cf. supra l. 21. p. 1625, 65*). *al.* COD. Theod. 16, 5, 42 catholicae sectae (*cf.* SACR. Leon. p. 27, 4 hostes Romani nominis et -os catholicae professionis). NOVELL. Theod. 3, 2 (*v. p. 1625, 68*). PRAEDEST. 3, 6 p. 642[A] domini sui (ACT. Petr. 5 p. 49, 33 hostem et -um d. et fratrum. 6 p. 53, 4). ACT. Petr. 7 p. 54, 17 regni dei (*cf. p. 1625, 56*). 12 p. 60, 1 -issime omnium animantium et credentium in Christum Iesum. *al.*

2 *de rebus ad homines pertinentibus* (*sive -orum propriis sive inimice se gerentibus; usu q. d. 'passivo' [cf. p. 1624, 1sqq.] l. 79. p. 1628, 2. 7. 19. 80*): a *de corpore eiusque partibus, animo sim.* (*nomine infra l. 82; nota hic illic hominem ipsum significari*): PLAVT. Capt. 557 voltu (*paulo aliter*: CAEL. AVR. acut. 1, 15, 122 Hercules filiorum et coniugis -os [*i. 'tamquam -orum'*] visibus vultus accepit [*infra*: furiales v.]). CIC. Verr. II 2, 149 infenso animo atque -o (5, 9 quam non -o. 5, 182 -os et invidos. Font. 24. epist. 5, 2, 9 in me -issimo [CAES. Gall. 5, 4, 4. GELL. 4, 5, 2 -o atque hostili]. ad Brut. 2, 2 [= 9, 2 Sj.], 1 habet ... a. ... semper -um rei publicae. *al.*). Balb. 57 *qui Cornelio invident* non illo -o, sed hoc malo dente carpunt (*in imag., v. vol. V 1, 542, 36*). Att. 14, 2, 3 (*v. p. 1632, 10*). CATVLL. 108, 3 -a bonorum lingua (PROP. 2, 32, 25 -ae credere l.). NEP. Eum. 4, 2 mente (CVLEX 309. *al.*). VERG. Aen. 10, 556 pectore (11, 685. CVLEX 61 *curae* lacerant avidas -o p. mentes. OV. met. 5, 35. VAL. FL. 3, 389 [*de mortuis remeantibus*] quisque suos sontes -aque p. poenis inplicat). 11, 720 -o (*i. hostis*) ex sanguine (*pro gen. ut*: SEN. Herc. f. 636. *aliter* [*translate de sororibus*]: APVL. met. 5, 12, 4 sexus infestus et s. -us). HOR. epod. 17, 74 (*loq. Canidia*) vectabor umeris ... -is eques (*cf.* PORPH. *ad l.*). PROP. 2, 6, 38 pes OV. am. 3, 6, 71 pollice. fast. 2, 581 hostiles linguas -aque ... ora (SIL. 6, 367. *cf. p. 1630, 38*). MANIL. 2, 580 contraria surgunt corpora, ... -a creantur (CLAVD. 28, 208 [*i. hostium*]. *al.*). SEN. Phaedr. 1270 lumina. Thy. 245 ferro peremptus spiritum -um expuat *Thyestes* (Phoen. 44 [*loq. Oedipus*] tandem sp. -um expue, desertor anime). dial. 7, 18, 1 malignissima capita et optimo cuique -issima. PETRON. 115, 20 manibus (PRVD. psych. 695. CIL XII 2611 hunc mihi inique -a m. abtulit). *cf.* nomen: CIC. dom. 100 sepulcrum -o (*sc. Clodii*) n. inscriptum (VERG. Aen. 11, 84 -a ... n. figi [*sc. hostium. antea*: hostilibus armis]). SEN. dial. 3, 19, 2 -a libertati n. TERT. nat. 1, 3, 3 *Christianorum* (1, 3, 4. apol. 2, 19 n. illius aemulae rationis [*sc. diaboli*] -um). idol. 2 p. 31, 18 -um deo n. *idololatriae.*

b *de variis actibus, affectibus sim.* (*exempla significantiora quaedam selecta*): CIC. Quinct. 48 extrema et -issima iura. Verr. II 1, 12 clamore ... infesto atque -o (*cf.* p. red. in sen. 26 vocem acerbam atque -am bonis [Lael. 59 amicitiae]. TERT. uxor. 1, 8 l. 26 verba pudoris -a [HIL. *p. 1632, 56.* HIER. epist. 51, 6, 2 -a et digna odio]). 1, 41 -issimum et improbissimum testimonium (*cf. p. 1629, 38*). Flacc. 94 sententiae optimo cuique infestissimae et -issimae (fat. 13 quae est tota Diodori vobis -a s. TERT. adv. Marc. 5, 15 p. 627, 6 -am in eos s. statuit). NEP. Paus. 3, 3 consilia cum patriae tum sibi -a capiebat. VERG. Aen. 12, 812 -a in proelia (HOMER. 563. *v. et p. 1630, 36. cf. Homeri illud δήιον ἐς πόλεμον*). SEN. Thy. 550 iurgia. dial. 9, 2, 10 alienis incrementis -issima invidia (12, 9, 4 -a semper alienis processibus. CYPR. ad Donat. 12 p. 13, 22 -a cuiusque locupletioris). epist. 60, 1 quam -a nobis sunt vota nostrorum, eo quidem -iora quo cessere felicius (*cf. infra l. 32*). VAL. FL. 8, 295 clamorem omnes -aque tollunt gaudia. TAC. hist. 5, 26, 2 cuncta inter nos -a; hostilia ab illo coepta, a me aucta erant. TERT. apol. 7, 3 simulatque apparuit, -a est *veritas*; tot hostes eius quot extranei. PANEG. 2, 9, 1 quis ... publicis rebus non putasset -um tuum illum ... ad quietem receptum? COD. Theod. 16, 5, 63 catholicae legis -os ... errores. NOVELL. Valent. 18 pr. superstitio ... -a publicae disciplinae et hostis fidei Christianae. *et passim.* *attenuate de rebus contrariis, adversis* (*refl. l. 27*): CIC. orat. 194 nec quicquam -ius quam illa (*sc. oratio*) versibus. part. 90 voluptas ... maxime est -a virtuti (*cf. per prosopopoeiam* SIL. 15, 22). fin. 5, 28 quia sit sibi -us *appetitus animi.* Tusc. 4, 10 motus ... contrarios -osque rationi (rationis *B*. 4, 34 aversi a ratione et -issimi mentis vitaeque tranquillae. phil. frg. V 81 M. *voluptatis* m. ut quisque est maximus, ita est -issimus philosophiae). off. 3, 46 est ... hominum naturae ... maxima -a crudelitas. *al.* MANIL. 2, 708 diversos ... mores -aque vota (*cf. supra l. 16*). VAL. MAX. 2, 5, 6 frugalitas, -a luxuriosis epulis (*infra*: aliena, aversa). SEN. dial. 9, 14, 1 levitas, -issimum quieti vitium (epist. 50, 8 v. -a et infesta sunt *naturae humanae* [*cf.* AVG. serm. 182, 3, 3]). *al.* *per oxymoron*: STAT. Theb. 6, 290 iungunt discordes -a in foedera dextras Belidae fratres. CAES. AREL. epist. ad virg. 2, 3 p. 40 (137), 15 M. amicitiam (serm. 46, 1 p. 197, 3. 200, 5 p. 768, 7).

c *de conventibus, locis sim.*: CIC. Verr. II 2, 149 is ordo atque id hominum genus ... tibi est -issimum. 4, 22 Mamertina civitas ... erat -a improborum (or. frg. A II 2 Sch. -issima. LIV. 45, 38, 9 ingrata et -a bonis. CASSIOD. hist. 7, 16, 10 [*Theodoret. 4, 15, 3 πόλιν ... ἀπεχθανομένην*]. *cf. p. 1630, 31. paulo aliter*: LIV. 44, 24, 1 natura -a inter se esse liberam c. et regem). Font. 41 -issimis atque immanissimis nationibus (43 -issimis populo Romano [*v. app. crit.*]). Cael. 55 domo (TAC. ann. 13, 20, 3. BOETH. cons. 2, 5, 18 W. ipsi domino vehementer -a. *cf.* LIV. 29, 29, 8 familiae semper -ae). prov. 33 a gentibus ... -is huic imperio (VERG. Aen. 4, 235. FIRM. math. 3, 5, 21 ab -is g. aut ab adversariis atque aemulis. *al.*). Phil. 5, 44 adversariorum partibus agrum Picenum habuit -um *Pompeius.* 10, 10 habet -issimam Galliam, eos etiam, quibus confidebat, alienissimos *eqs.* (10, 21 sibi armis animisque infestam -amque. epist. 16, 12, 4). Lael. 11 duabus urbibus ... -issimis huic imperio (LIV. 26, 16, 7. VAL. MAX. 3, 2 ext. 8 aeque *atque Numantiae* populo Romano -ae urbis [*sc. Carthaginis*] excidium. SIL. 6, 509. *al.*). *al.* VERG. Aen. 5, 671 hostem -aque castra Argivum (9, 315 c. -a petunt *Nisus et Euryalus* [SERV.: non tantum hostilia, sed et perniciosa; nam cum dolore dictum est '-a', unde scilicet redituri non erant *eqs.* SERV. auct.: mortifera]. 9, 739 SIL. 13, 303 AMM. 31, 2, 8. *al.*). 10, 295 terram (*i. hostium*). 11, 880 turba ([SERV. auct.: pro 'hostilis']. *paulo aliter*: MART. epigr. 4, 1 *delatorum* t. gravis paci placidaeque -a quieti. CASSIOD. hist. 6, 28, 1 -a inter se esset t. paganorum atque Christianorum [*Sozom. 5, 15 ἐφάμιλλον, cf. Lundström l. c. (p. 1653, 67) 107*]). PROP. 1, 11, 29 litora, quae fuerant castis -a puellis. OV. met. 14, 470 -a per aequora (VAL. FL. 8, 326 Colchis). LIV. 45, 8, 3 quam gravis aut amicus aut -us esset populus Romanus (ITALA Esth. p. 74, 27 Motzo -issimum quendam nobis p. [*gr. et Vulg. aliter*]. AVG. quaest. hept. 7, 49 p. 496, 18). VELL. 2, 65, 1 quam -ae ipsi (*sc. Caesari*) Pompeianae partes forent (CLAVD. DON. Aen. prooem. p. 4, 7 diversae partis hoc est -ae. SIDON. epist. 3, 3, 4 duces partis -ae *i. hostium*). *al.*

d *de apparatu: ignis sim.* (*cf. Homeri illud δήιον πῦρ*): VERG. georg. 4, 330 fer stabulis -um ignem (Aen. 8, 375 casuras ... -is [*i. qui ab hostibus immittuntur*] i. arces. OV. met. 8, 461 *Meleagri mater taedis positis* -os admovet i. PETRON. 98, 9. *al. cf. p. 1631, 11*). PROP. 4, 11, 10 subdita ... lecto *funebri* fax -a. SIL. 7, 161 *Poeni* addunt ... -a incendia ramis (*per comparationem*: ENNOD. epist. 2, 19, 1 p. 60, 7 -um vitiis [*infra*: hostis errorum ignis]). *cf.* SIL. 17, 96 lues. *arma*: VERG. Aen. 2, 600 ensis. 8, 117 tela vides -a Latinis (11, 809 *venatorum. cf. p. 1629, 9*). 10, 795 hastile. LVCAN. 4, 349 arma consiliis -a tuis (5, 661). HOMER. 456 ferro. *al.* *alia*: VERG. Aen. 12, 944 insigne. VAL. FL. 1, 700 Pelias -a ... vela videt (*sc. Argonautarum*).

B *de* **deis, daemonibus,** *numinibus sim. eorumque rebus*: 1 *usu gentili et communi*: a *de deis variis* (*de Discordia p. 1629, 7, de tellure p. 1629, 8; transfertur ad res p. 1629, 9. 12. 14. 19*): PLAVT. Mil. 314 quis magis dis -is natus quam tu atque iratis? ([Most. 563 om-

[Frei]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nibus]. CIC. Phil. 2, 65 ut ... non omnīs tibi d., non omnīs homines et esse -os et futuros scias. ARNOB. nat. 1, 22 -os atque hostes d. esse ... Christianis. 1, 28 nobis solis sunt -i, nobis asperrimi d. hostes. 1, 35 vobis esse ... familiares deos, -os atque infestissimos nobis. *al.*). VERG. Aen. 2, 622 -a ... Troiae numina magna deum (OV. Pont. 2, 8, 38 n. sint precibus non -a meis. PETRON. 140, 11). DIRAE 83 tu ... -a tui semper Discordia civis. OV. met. 6, 283 victrix *sc. Latona* (*cf. p. 1624, 57*). SEN. Herc. f. 31 quidquid horridum tellus creat -a. VAL. FL. 2, 225 diva *sc. Venus*. SIL. 9, 544 (*ad Minervam*) *Scipioni* tela -a ferebas (*cf. p. 1628, 77*). HOMER. 614 Grais -us Apollo. STAT. Theb. 11, 112 -a *Erinys*. ARNOB. nat. 3, 23 *Pales et Inuus* cur saeva contagia et pestilentes morbos ... avertere cessatione -a non curant? *al.* *impugnantur bestiae*: HOR. carm. 1, 12, 22 *Diana* saevis -a virgo beluis. *impugnantur res*: HOR. carm. 1, 12, 59 (*ad Iovem*) tu parum castis -a mittes fulmina lucis. LACT. mort. pers. 11, 7 *Apollo Milesius* divinae religionis (*sc. Christianae*) -us. CLAVD. DON. Aen. 12, 895 p. 635, 15 dii cum ipso Iove, qui armis et partibus meis -i sunt et infesti. AVG. civ. 10, 21 p. 434, 28 D. *Iuno* a poetis inducitur -a virtutibus et ... viris fortibus invida. *cf.* STAT. Theb. 8, 34 quae superum labes -um impegit Averno aethera?

b *de natura, fortuna sim., morte*: CIC. Tusc. 4, 58 nec tam fuit hominum generi infensa atque -a natura, ut *eqs.* VERG. Aen. 5, 356 Fortuna (OV. Pont. 2, 9, 8 hoc uno non -a mihi. VAL. MAX. 1, 7 ext. 6 -a Syracusarum libertati capitibusque insontium infesta. VOPISC. Car. 3, 6 semper -a f. iustitiae. *cf.* HOR. carm. 1, 35, 24). 12, 150 Parcarum ... vis -a (*cf.* STAT. silv. 2, 1, 137 Parca). MANIL. 2, 607 sorte (VEN. FORT. carm. 4, 15, 2 CE 1375, 14 = INSCR. christ. Diehl 135, 4). CIL IV 5112 mors (ARNOB. nat. 2, 78. VVLG. I Cor. 15, 26 [*gr.* ἐχθρός. *de* ITALA *v. Wordsworth-White ad l.*]. CARM. adv. Marc. 5, 103 CE 708, 8 [= INSCR. christ. Diehl 412, 8]. 986, 4. *al.*).

c *de stellis earumque virtutibus* (*t. t. astrol.*): MANIL. 2, 538 quaecumque nitent humana condita forma astra, manent illis -a et victa ferarum (2, 563 haec eadem, Capricorne, tuis *natis* -a ferentur). 2, 572 lege. 2, 865 infelix regio *caeli* rebusque -a futuris. PAVL. FEST. p. 45 caniculae sidus frugibus -um (GERM. 170 nautis. PROB. Verg. georg. 1, 217 pecoribus). FIRM. math. 4, 16, 3 sine -a Martis ... radiatione (6, 1, 6). 4, 19, 39 malivolarum stellarum -us ... radius (6, 32, 38). 6, 3, 7 -um testimonium Martis (*cf. p. 1628, 8*). *al.*

2 *ap. ecclesiasticos* (*exempla selecta*): a *de daemonibus* (*vi incorporali spectat etiam ad peccata l. 49; cf. infra l. 62 sq.*): MIN. FEL. 26, 11 daemonas ... humanitatis -os (AVG. civ. 19, 9 p. 369, 20 D. CASSIOD. in psalm. 142, 10 *opp.* -is carnalibus). TERT. idol. 11 p. 42, 25 *Christianus turarius* si excluserit daemonium, non sibi placeat de fide; neque enim -um (*sed quasi amicum*) exclusit (*cf.* VVLG. Tob. 8, 18). ARNOB. nat. 2, 14 *in ignes* animas deici ab earum hostibus -isque. IVVENC. 2, 722 vis -a homini (*i. daemon*). PS. HIL. libell. 6 p. 78, 28 supplicium -orum (*infra*: ut diabolo et angelis eius poena ... accederet). HIER. hom. Orig. in Luc. 10 p. 70, 13 non ... de corporalibus -is dici, sed de spiritalibus (*gr.* ἐχθρῶν. PAVL. NOL. epist. 24, 20. 37, 2 sp. et invisibiles. LEO M. serm. 78, 4 p. 418A *opp.* corporeis hostibus). *al.*

2 *latius de qualibet laesione*: **a** *in lege Aquilia de damno lata* (*cf. p. 1668, 7 et* GAIVS inst. 3, 210 sq. [*sim.* dig. 9, 2, 2 pr.] damni -ae actio constituitur per legem Aquiliam, cuius primo capite cautum est, ut si quis hominem alienum alienamve quadrupedem ... -a occiderit, ... damnetur; -a autem occidere intellegitur, cuius dolo aut culpa id acciderit, nec ulla alia lege damnum, quod sine -a datur, reprehenditur. VLP. dig. 9, 2, 5, 1. 9, 2, 27, 5 tertio ... capite ait eadem lex Aquilia: ceterarum rerum ... si quis alteri damnum faxit, quod usserit fregerit ruperit -a [*vox -ā ex primo capite in tertium fort. per analogiam irrepsit, v. Daube, Law Quarterly Rev. 52, 1936, 253 sqq.*]): damnum -ā datum, damni -ā agere *sim. v. vol. V 1, 25, 58 sqq. 29, 20 sqq.; de formis attractione casus effectis* damni -ae, damnum -ae *v. Mommsen, Strafr. 826. cf. Daube, On the Use of the Term 'damnum' (Studi Solazzi 1948, 93 sqq.)*. -ā *in aliis locutionibus adhibetur*: CIC. Tull. 38 homines M. Tulli -a occisi sint necne (52 ALF. dig. 9, 2, 52 pr. VLP. dig. 9, 2, 3. *cf. l. 36. locutio extra legem Aquiliam occurrit p. 1679, 37. 79*). parad. 25 in servo necando, si id fit -a. VLP. dig. 9, 1, 1, 3 pauperies est damnum sine -a facientis datum: nec enim potest animal -a (-am *PLU*) fecisse, quod sensu caret (47, 9, 3, 7 nec ... -a hoc fecit, qui se tueri voluit). 39, 2, 24, 3 utrum id solum damnum contineat *stipulatio damni infecti*, quod -a fit, an vero omne damnum, quod extrinsecus contingat. per -am: PS. QVINT. decl. 13 arg. damni p. -am dati. VLP. dig. 47, 10, 17, 2 quod *damnum* p. -am factum est. COD. Iust. 3, 35, 1 (*a. 222*). 3, 35, 4 (*a. 293*). INTERPR. Paul. sent. 1, 19, 1. *respicitur lex Aquilia etiam* COD. Iust. 3, 35, 2 (*a. 239*). 3, 35, 5 (*a. 293*). 3, 35, 6 (*a. 294*). *de damno ipso* (*cf.* VLP. dig. 47, 10, 1 pr. interdum -ae appellatione damnum culpa datum significatur, ut in lege Aquilia dicere solemus): SEN. contr. exc. 3, 6, 2 non est iniquum eius rei tibi -am imputari, cuius fructum percepisti (*de damno -a dato a tyrannicida*). PLIN. nat. 9, 182 agnitum *eum* ... a socio, cuius -a erat, et damni formulam editam *esse*. QVINT. decl. 385 p. 430, 20 an leno damni -a dati agere possit? an impune illi -a fieri? IAVOL. dig. 9, 2, 37 pr. si ... manu -am dedit (VLP. dig. 43, 24, 7, 4). PAPIN. dig. 9, 2, 54 creditor ipse sibi potius quam alii -am fecisse videtur (VLP. dig. 11, 3, 1, 5 qui servo persuadet, ut -am faceret [*Bas. 60, 6, 1 ζημιῶσαι*] vel furtum. INTERPR. Paul. sent. 2, 32, 23 si ... quis ... damnum alicui dederit vel -am fecerit [PAVL.: damnum -ae dederit]).

b *usu communi*: α *generalia quaedam*: PLAVT. Poen. 809 -am illic insignite postulat: nostro servire nos sibi censet cibo (Rud. 643 *mulieribus* advorsum ius legesque i. -a hic facta est). CAECIL. com. 47 sq. facile aerumnam ferre possum, si inde abest -a, etiam -am, nisi contra constat contumelia (PACVV. trag. 279 patior facile -am, si est vacua a c.). TER. Andr. 214 quo iure quaque -a praecipitem in pistrinum dabit. Hec. 307 non maxumas quae maxumae sunt interdum irae -as faciunt. Haut. 992 matres ... auxilio in paterna -a solent esse. GRACCH. or. frg. Fest. p. 201 mirum si quid his -ae fit? semper eos osi sunt. RHET. Her. 4, 19, 26 inimicos invidia, -is, potentia, perfidia sustulisti. CIC. leg. 1, 44 cum ius ex -a lex facere possit (*per oxymoron ut*: off. 1, 33 existunt ... saepe -ae calumnia quadam et nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione; ex quo illud 'summum ius summa -a' factum est ... proverbium. SEN. dial. 4, 30, 1 -ae ius. TAC. ann. 14, 18, 1 diutina ... licentia et -a quasi iure et aequo nitebantur. *cf. p. 1680, 83*). fin. 3, 71 alienum ... esse a sapiente non modo -am cui facere, verum etiam nocere; nec ... rectum est cum amicis ... consociare aut coniungere -am. SEN. dial. 2, 8, 1 -a ... non potest fieri nisi iniuste. 4, 26, 4 non est ... -a nisi a consilio profecta. *et passim*.

β *in vita publica*: (I) *de violatione iuris gentium, causa belli*: QVADRIG. hist. 41 (*consules ad Pyrrhum:*) nos pro tuis -is continuis animo tenus commoti ... tecum bellare studemus. VARRO frg. Non. p. 529, 23 priusquam indicerent bellum is, a quibus -as factas sciebant, faetiales legatos ... mittebant. CIC. Verr. II 1, 84 cum ... populo Romano communique causae legatorum facta esset insignis -a. Manil. 14 nulla ipsi -a lacessiti ... bella gesserunt (CAES. Gall. 1, 35, 3 neve Haeduos -a lacesseret *Ariovistus*). *ibid.* -is provocatos. Sest. 58 cum ille -is in socios nostros inferendis bello prope nos lacessisset (CAES. Gall. 2, 32, 2 dediticiis populi Romani. LIV. 39, 26, 14 ultro citroque). 64 de tot tantisque -is in socios, in reges, in civitates liberas. rep. 2, 38 Etruscorum -as bello est ultus (NEP. Con. 5, 1 -as patriae. LIV. 2, 6, 3. *cf.* TAC. ann. 3, 38, 3 popularium [*gen. obi.*] -as inultas sinere). LENT. Cic. epist. 12, 15, 6 provinciam ... ab -a (*i. impetu hostili*) defendere. CAES. Gall. 1, 30, 2 pro veteribus Helvetiorum -is populi Romani. 6, 10, 5 Cheruscos ab Sueborum ... -is incursionibusque prohibere. *al.* SALL. Catil. 12, 4 neque victis quicquam praeter -ae licentiam eripiebant. 51, 5 divitiarum magis quam -ae causa bellum inceptum. Iug. 20, 5 *Adherbal* legatos ad Iugurtham de -is questum misit (LIV. 3, 25, 6 -as. *al. cf.* 31, 31, 2 ad conquerendas Philippi -as in tot socias nobis urbes). LIV. 1, 23, 7 -as et non redditas res ... causam huiusce esse belli. 32, 10, 6 ab eo, qui prior arma intulisset, -am ortam. 42, 21, 2 propter cuius -am belli (*gen. explicat.; aliter p. 1674, 65*). *al.* VAL. MAX. 5, 1, 1^{a} Punicis. TAC. hist. 5, 24, 2 inde -am et culpam, hinc ultionem et deos fore. *al.*
de vastando, praedando: CAES. civ. 1, 28, 1 Brundisini Pompeianorum militum -is ... permoti (LIV. 42, 42, 3 queratur unusquilibet militis mei -am. *cf.* BELL. Afr. 7, 2. TAC. hist. 2, 56, 2 tanta peditum equitumque vis damnaque et -ae aegre tolerabantur). BELL. Afr. 97, 2 civitates bonaque eorum ab omni -a rapinisque defendit. LIV. 5, 16, 3 locum (*i. occasionem*) -ae rati esse, praedatum ... cohortes ... mittunt. IVST. 3, 7, 4 populationis. (II) *de inimicitiis et aemulatione in re publica*: MET. NVM. or. frg. Gell. 12, 9, 4 *Marius* tanto vobis quam mihi maiorem -am atque contumeliam facit *eqs.* CIC. Verr. II 3, 95 in alterius *senatoris* -a sese (*sc. iudices senatorios*) despectos. Brut. 42 *Themistocles et Coriolanus* uterque ... populi ingrati pulsus -a (*de exilio ut*: Lael. 42 *Themistocles* ingratae patriae -am non tulit [VAL. MAX. 5, 6 ext. 3]. LIV. 2, 39, 11 memorem se *Coriolanum* et civium -ae et hospitum benefici. 31, 23, 1 exules ... regiorum -is pulsi [34, 26, 12 tyrannorum -a pulsi]. TAC. ann. 12, 8, 2. IVST. 18, 7, 16 exilii -am. *cf. p. 1679, 43*). off. 2, 41 qui ... prohiberet -a tenuiores (*de oppressione humiliorum ut*: SALL. or. Macri 1 quas ob -as ... a patribus armata plebs secessisset. hist. frg. 1, 11 -ae validiorum. 1, 12 -ā validior [*i. qui -a facienda plus valet*]. LIV. 2, 21, 6 plebi ... -ae a primoribus fieri coepere. TAC. ann. 15, 20, 1 ad -as minorum elati. VLP. dig. 1, 18, 6, 2). Att. 7, 2, 7 exsultat Catonis in me ingratissimi -a *Caesar*. epist. 5, 2, 6 sqq. *de intercessione tribuni malevola* (*v. et infra l. 67*). *al.* CAES. civ. 1, 7, 1 omnium temporum -as inimicorum in se commemorat. 1, 32, 6 -am in eripiendis legionibus praedicat (*de imperio adempto ut*: SIL. 7, 576. *cf.* VELL. 2, 20, 3 *de consulatu abrogato*. SEN. dial. 2, 2, 3 *de praetura detracta*). LIV. 42, 43, 7 victa pars (*in electione Boeotarchae*) -am persequens (*de repulsa ut*: VAL. MAX. 7, 5, 3 *Aemilii Paulli* virtutem -ae non fregerunt, sed acuerunt). TAC. hist. 2, 71, 2 *de dilatione consulatus*. ann. 3, 75, 2 *Labeoni*, quod praeturam intra stetit, commendatio ex -a. FLOR. epit. 4, 4, 4 Octavius ... et aetate et -a (*sc. ab Antonio accepta*) favorabilis. COD. Theod. 1, 6, 12 (= Iust. 1, 28, 5) solitae ambitionis -a vacante. *al.* (III) *de factis iniustis magistratuum sim.*: CIC. Quinct. 9 id accidit praetoris iniquitate et -a (*cf.* 69 Verr. II 1, 119 VLP. dig. 4, 4, 7, 2). epist. 12, 1, 2 *res publica* ulta suas -as est ... interitu tyranni (*sc. Caesaris*). 13, 5, 2 qui ... -am acceperant *proscriptionibus Sullanis* (SALL. Catil. 28, 4 *plebem* dolore -ae novarum rerum cupidam, quod Sullae dominatione agros ... amiserat. or. Lep. 6). ad Q. fr. 1, 1, 33 portitorum. LIV. 3, 56, 13 appellatio provocatioque adversus -am magistratuum (*cf. l. 72*). 36, 40, 14 tribuni (*cf.* perioch. 38 p. 45, 6 tribuniciis [*v. Liv. 38, 52, 1 sqq.*]. *v. et supra l. 50*). *al.*
in provinciales: CIC. div. in Caec. 32 silebitur ... de maximis et notissimis illius furtis et -is. 52 cum omnibus Siculis faceret -as. Verr. II 1, 69 legati *in Lampsacenos*. 1, 86 *Verris* in magistratum Milesium. 2, 8 magistratuum ... nostrorum -as ... tulerunt *Siculi* (VELL. 2, 126, 4 vindicatae ab -is m. provinciae. TAC. ann. 2, 54, 1. *cf. l. 67*). 2, 35 istius *Verris* avaritia atque -a pauperrimus. 3, 96 solent ... muti esse in -is suis. 3, 100 Imacharensis ... omnibus -is tuis exinanitos. 3, 211 *cur Siciliae* praecipua lex -ae definitur? Manil. 65 eorum, quos ad *exteras nationes* ... cum imperio misimus, libidines et -as. epist. 15, 1, 5 propter acerbitatem atque -as imperii nostri. LIV. perioch. 70 p. 81, 10 publicanorum. PLIN. nat. 9, 26 -ae potestatum in hospitales. TAC. Agr. 13, 1 *Britanni* imperii munia impigre obeunt, si -ae absint. 15, 1. VLP. dig. 1, 18, 6, 5 ne tenuis vitae homines ... -is vexentur *exigendo supellectili*. PANEG. 7, 8, 3 Gallias priorum temporum -is efferatas. 11, 5, 3 exacerbatas saeculi prioris -is ... provincias. COD. Iust. 3, 26, 9 (*a. 365*). (IV) *de iniquitatibus iudicum* (*de praetore v. l. 61*). CIC.

[Delz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Phil. 2, 3 an ego ... non venirem contra -am, quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non iure praetorio? (Liv. 29, 1, 17. *cf. locutionem* 'ius suum obtinere' *et* Cod. Theod. 15, 14, 7 omne iudicium, quod vafra mente conceptum -a⟨m⟩ non iura reddendo Maximus ... credidit promulgandum). Liv. 3, 45, 4 decreti (4, 9, 7. *cf. p. 1679, 41*). 4, 10, 6 iudicii (*aliter p. 1674, 42. cf.* Ivlian. dig. 46, 8, 22, 4 iudicis [Pompon. dig. 40, 7, 29, 1. Gaivs dig. 3, 3, 46, 4 errorem aut -am. *al.*]. Cod. Iust. 8, 44, 15 [*a. 245*] iudicantis). Vlp. dig. 30, 50, 1 -a ei *heredi* facta non nocebit legatariis. *al.* Cod. Theod. 11, 30, 58 pr. (= Iust. 7, 62, 30) ab ipsa -a ... provocare. *ibid.* ab -is et suspectis iudicibus ... provocationem esse concessam.

γ in re amatoria fere de neglecta fide (*officio venereo l. 14. 30*): Plavt. Cas. 948 sufferam ... ei *uxori* meum tergum ob -am. 1010 mihi ... insignite factast magna -a: duobus nupsi, neuter fecit quod novae nuptae solet. Ter. Andr. 488. Hec. 165 incommoda atque -as viri omnīs ferre (Cic. Cluent. 13 Firm. math. 6, 29, 17. *cf. ibid.* mariti *et* Ps. Qvint. decl. 8, 6 maritales). 303 tot meas -as ... numquam ... patefecit *uxor.* Eun. 59 in amore haec omnia insunt vitia: -ae, suspiciones, inimicitiae *eqs.* Cic. Cluent. 14 discedit a Melino Cluentia ut in tantis -is non invita. Catvll. 72, 7 amantem -a talis cogit amare magis. Prop. 1, 3, 35 te nostro referens -a lecto alterius clausis expulit e foribus (*cf.* 4, 8, 27 cum fieret nostro totiens -a lecto. Ov. met. 3, 267 thalami brevis est -a nostri. Firm. math. 4, 6, 4 ad genialis -am tori privignos ... adducit). 1, 18, 23. 2, 16, 31 nullane sedabit nostros -a fletus? (*cf.* 3, 25, 7 fletum -a vincet). 2, 24^b, 39 numquam me -a mutat. Ov. epist. 4, 113. 18 (19), 113 nos tam vana movet quam facta -a fallit. met. 9, 150 quantum -a possit femineusque dolor, iugulata paelice testor (*cf.* Sen. epist. 95, 37 in uxore gravissimum esse genus -ae paelicem). *al.* Sen. contr. 1, 7, 2 matrimonii (Ps. Qvint. decl. 18, 5 Vlp. dig. 48, 5, 16, 6). Petron. 129, 8 gravem -am accepi *coitu non perfecto.* Ps. Qvint. decl. 15, 12 (*loq. meretrix*) te ... alterius et fortasse divitis amatoris -ā receptum. Tac. ann. 13, 19, 3 Octaviae (*gen. obi.*). Tert. monog. 10 repudiata ... per discordiam et iram et odium et causas eorum, -am vel contumeliam vel quamlibet querelam. *al.*

δ in re pecuniaria (*hereditaria l. 55 sqq.; cf.* Sen. dial. 2, 9, 2 est et illa -a frequens, si lucrum alicui excussum est aut praemium ..., si ... adfectata hereditas aversa est): Lex Tarent. (CIL I^2 590) 41 (*inter a. 89 et 62 a.*) sei quas vias ... IIIIvir ... facere ... volet ..., quod eius sine -a ⟨privatorum⟩ (*ins. Scialoja*) fiat id ei facere liceto (Lex Vrson. [CIL I^2 594 *a. 44 a.*] 77, 32. 100, 16 quot sine privati -a fiat. S. C. Cic. Phil. 5, 53 qui *ager* sine -a privatorum dividi posset. S. C. Frontin. aq. 125). Cic. Verr. II 3, 182 si potest ista pecunia sine aratorum -a detrahi. leg. agr. 3, 6 coniungitur impudens gratificatio cum acerba -a. off. 3, 42 suae cuique utilitati, quod sine alterius -a fiat, serviendum est (Sen. dial. 4, 8, 2 nulli nisi ex a. -a quaestus est). Plin. paneg. 37, 1 vectigalia institui ut pro utilitate communi ita singulorum -is (sine s. -is *Madvig*, s. cum -is *E. Baehrens*). Ivlian. dig. 46, 8, 22, 2 adficietur ... -a is, qui procuratori solvit. Vlp. dig. 2, 2, 3, 3 etsi ... patiaris -am, si solvendo debitor non sit. Pavl. dig. 9, 2, 30, 1. 29, 5, 8 pr. Tert. apol. 44, 1 illam -am civitatis nullus expendit, cum tot iusti impendimur, cum tot innocentes erogamur (*homines sunt quasi patrimonium civitatis*). resurr. 12 p. 41, 15 fenore interitu et -a usurā et lucro damno. Cod. Theod. 13, 9, 4, 1 ut ad eorum -am retorqueantur *damna naufragii*, qui minus idoneos nominarunt. *al.; cf. p. 1674, 12.* *speciatim in hereditate* (*cf. supra l. 37; heres -am patitur aut a testatore aut a coheredibus aliisque*): Gaivs inst. 3, 43 in bonis libertinarum nullam -am ... patiebantur patroni. dig. 5, 2, 4 qui *parentes* -am adversus liberos suos testamento inducunt. 40, 9, 29, 1 ne legatario -a fieret. Scaev. dig. 2, 15, 3 pr. (*rescr. Antonini et Veri*) aut cavit sibi pro oneribus hereditatis, aut si non cavit, non debet neglegentiam suam ad alienam -am referre (*i. manumissi et legatarii nullo damno affici debent*). 37, 6, 10. Papin. dig. 29, 5, 4 praegnate ea defuncta nullam -ae querellam intervenisse (*i. inofficiosi testamenti*). Vlp. dig. 5, 2, 8 pr. inofficiosi querellam patrem filii ... nomine instituere non posse invito eo: ipsius enim -a est. 13, 7, 11, 4. 37, 8, 1, 13 *emancipatum* filiis suis qui sunt in potestate *avi* solis conferre ..., quia veniendo ad bonorum possessionem illis solis -am facit (*quia singulae partes minores fiunt*).

ε in ratione intercedente hominibus cum: ① *deis*: Liv. 6, 41, 4 quid de religionibus et auspiciis, quae (*i. quorum contemptio*) propria deorum ... contemptio atque -a est, loquar? Qvint. decl. 329 p. 293, 22 homines adversus deorum hominumque -am natos. p. 296, 19. *al.* ② *bestiis*: Colvm. 9, 14, 11 *apibus* nihil *mellis* est ... detrahendum, ne ... -a contristatae ... profugiant. Plin. nat. 9, 26 *delphinus unguento perunctus* ut -a fugatus. 8, 139 cocleae ... adhaerentes ... saxis ... -a resupinatae avolsaeque. 10, 147 vexatis ... gallinae et columbae pinna evulsa aliave simili -a.

B *-a afficiuntur res*: 1 *corporeae* (*usu pleno; potius pro animantibus supra l. 22. p. 1669, 25*): Plavt. Most. 899 pultabo fores; heus, ecquis hic est, maximam qui his -am foribus defendat? (Rud. 414 quis est qui nostris ... f. facit -am? *ad notionem cf. p. 1670, 12 sqq.*). Cic. epist. 4, 7, 5 nullam potest accipere -am *res familiaris tua.* Nvx 155 nostra notat fusco digitos -a suco. Val. Max. 1, 1, 19 *ut* superantibus *arboribus consecratis* immunitatem consimilis -ae (*i. caedendi*) pareret *Turullius* (*sic infertur arboribus, herbis sim.*: Colvm. 3, 18 quae *stirps* integra et inviolata sine -a deposita est. Plin. nat. 15, 11 perticis decutiunt *olivas* cum -a arborum [Pallad. 2, 15, 3]. 17, 175 noxia. 17, 209. 235. 19, 5 fractum tunsumque et in mollitiem lanae coactum -a *linum* [19, 18]. Pallad. 3, 9, 8. 4, 1, 1 -a laceratus *truncus vitis*). Plin. nat. 19, 12 parvas ... reliquias eius *thoracis* superesse ... experientium -a. 33, 25 res ... -a usus (*gen. explic.*) indigna *anulus.* 37, 18 adroso margine eius *calicis*, ut tamen -a illa pretium augeret. Qvint. decl. 324 p. 276, 11 in sacrilegio propria templi -a est. Frontin. aq. 65 nullam accipit -am *aquaeductus* (*de derivatione furtiva. cf.* 72). Flor. epit. 2, 16, 7 urbis *Corinthi* (*i. excidium. cf.* Ambr. epist. 40, 21 synagogae *sc. combustae*). CIL IX 2438 (*ca. a. 168*) cum magna fisci -a (*cf. p. 1673, 35*). Vlp. dig. 15, 3, 3, 4 pati debet dominus creditorem haec (*sc. ornamenta mutua pecunia empta*) auferre, sine domus videlicet -a (Pavl. sent. 4, 1, 20 = dig. 32, 21, 2). Pavl. sent. 1, 14, 1^a (= dig. 43, 11, 3 pr.) cuius fundo -a irrogata est (*antea*: si in agrum vicini viam publicam quis reiecerit). Marcian. dig. 1, 8, 8 pr. sanctum est, quod ab -a hominum defensum est. Tert. uxor. 2, 3 l. 14 seposita carnis -a ad dominum pertinentis (*aliter p. 1675, 8*). Epist. Alex. l. 275 H. ut -a pedum tabesceret *nix* (*antea*: calcare). Optat. 3, 2 aquae (*de baptismate a Donatistis polluto*). Pavl. Nol. epist. 31, 3 (*inde* Svlp. Sev. chron. 2, 31, 3) Hadrianus ... existimans se fidem Christianorum loci -a perempturum in loco passionis simulacrum Iovis consecravit. CIL IX 5813, 6 quisque hui iugero loci et edib(us) -am fecerit. 2 *incorporeae* (*fere pro animantibus*): Cic. Quinct. 10 multis -is iactatam atque agitatam aequitatem. Verr. II 5, 141 -am facio communi causae (*cf. p. 1672, 9*) et iuri civitatis. 5, 149 -am ignominiamque nominis Romani inultam ... dimittere (*cf.* Liv. 22, 59, 12 -am nomini Romano faciam). de orat. 3, 63 nec ulla ... ei philosophiae fiet -a a nobis. Caes. Cic. Att. 10, 8 b, 1 amicitiae graviorem -am feceris ..., si *eqs.* Pvblil. M 26 mutat se bonitas irritata -a. S 32 sibi ipsa improbitas cogit fieri -am. Sen. nat. 7, 31, 3 per quae virilitati fiat -a. epist. 86, 3 ut aut libertas Scipioni aut Scipio libertati faceret -am. Mart. 9, 7, 1 sexus. Qvint. decl. 249 p. 20, 22 *legis.* Tac. Agr. 9, 4 virtutum. Pavl. sent. 4, 5, 9 fideicommisso non fit -a (Interpr.: non peribit). Tert. anim. 2, 4 cum maxima -a veritatis (28, 4 bonae valetudinis. carn. 3 l. 16 conscientiae). adv. Marc. 4, 16 p. 470, 19 deum patientiae -am facere. Porph. Hor. epist. 2, 1, 219 in poetis culpam esse, propter quam carmina ipsorum patiantur -am. Sol. 21, 1 *Galli* -a religionis humanis litant hostiis (Paneg. 2, 29, 4 Maximin. c. Ambr. 128. Cod. Theod. 16, 10, 12, 2 plena). Avson. 420, 4 p. 378 P. hospitalis foederis. Ambr. off. 3, 19, 116 pudicitiae. Maximin. c. Ambr. 126 nec vos iudicii vestri -am estis ... persecuti (*i. contemptum. cf. ibid.* non solum iudicio vestro, sed etiam ... sacerdotio intulit -am. Cod. Theod. 12, 1, 21. *aliter p. 1673, 6*). Hier. epist. 100, 6, 5 in -am continentiae ... vina quaeruntur. Clavd. 18, 119 ut trabeis (*i. consulatui*) -a cresceret. Avg. civ. 5, 1 p. 191, 15 D. caelo faciunt -am, in cuius velut ... senatu ... opinantur scelera facienda decerni. Cod. Theod. 9, 38, 4 ne ... maiestatis (*gen. obi. quasi explicat.*) -am ... sinamus evadere. 16, 5, 65, 2 (= Iust. 1, 5, 5, 1) nihil his *Manichaeis* relinquendum loci est, in quo ipsis ... elementis fiat -a (*per falsam doctrinam*). Const. Sirmond. 14 ad solam divini cultus -am avulsa capillorum parte (*cf. ibid.* [= Cod. Theod. 16, 2, 31 Iust. 1, 3, 10 pr.] ut in ecclesias ... inruens sacerdotibus ... vel ipsi cultui [in ipso cultu *Iust.*] locoque aliquid importet -ae). Novell. Theod. 18 pr. ad -am nostrorum temporum pertinere, si ... lenones in hac liceret urbe versari. Avell. p. 57, 15 praeter aestimationis -am, cuius ... iactura non levis est. Cassiod. inst. 1, 11, 1 rectae fidei.

II *-am faciunt* **res vel bestiae** (*omisi exempla, quibus auctor -ae homo intellegendus est velut* Cic. rep. 3, 17 lex *Voconia* ... in mulieres plena est -ae. Sen. dial. 6, 5, 1 ne aut oblivio ... illi faciat -am aut mentio tibi. epist. 102, 1 epistula tua mihi fecit -am. *dubites etiam de aliis infra sub A 1 et 2 allatis, plerumque propter ambiguitatem genetivi appositi* [*exempla genetivi mere explicativi attuli sub I*]): A *res*: 1 *de incommodis variis*: Cic. Phil. 12, 9 Gallia omnis aequo animo belli patitur -as (Liv. 3, 6, 7 agros ... etiam sine b. -a vastatos. Plin. nat. 18, 182 arandi rationem ... bellorum -a excogitatam. *aliter p. 1672, 26*). fin. 1, 46 fortunae (*v. vol. VI 1, 1189, 79 sq. et cf.* Sen. suas. 4, 3 fortuna in omnem properavit -am. Sen. benef. 1, 5, 4 fortuita -a. Lvcan. 8, 763 -a fati [9, 143]. *al.*). epist. 6, 10, 4 temporum (Sen. contr. 1 praef. 1 vobis querentibus, quod ... *veteres declamatores* audire non potueritis, detrahere t. -am. Sen. epist. 90, 17 loca ... -a temporis *longi* ... excavata. Cod. Iust. 7, 32, 4 [*a. 290*] transmissi temporis. *cf. p. 1675, 58*). Sen. dial. 2, 8, 3 mortem ... ne -am quidem *esse* (*de morte ut*: Qvint. inst. 10, 1, 115 properata mors -am *Calvo fecit.* Tert. adv. Marc. 3, 19 p. 409, 27 pro -a ... mortis repensandae [*an -da ? cf. p. 1678, 51*]. Inscr. lat. Tun. ed. Merlin 1610, 3 leti crudeli -a ... raptum). epist. 26, 2 aetatis (Romvl. fab. 42 rec. W. Novell. Valent. 27, 1 tantae. *cf. l. 71 sq. et* Petron. 83, 1 vetustatis [Plin. epist. 10, 68 *de monumentis*]). Petron. 102, 13 sine tormentorum -a (*cf. 102, 12* vincla *et* Ivst. 43, 2, 4 puellam vinculis onerat, ex quorum -a decessit). Plin. paneg. 38, 5 orbitatis. Ps. Qvint. decl. 12, 11 ferenda est ... haec quoque rerum naturae -a, quod non tam inmanibus factis paria verba accommodavit. Tert. resurr. 31 p. 69, 15 dispersionis. adv. Val. 16 p. 196, 4 passionis (Hil. trin. 10, 24 Hier. epist. 65, 9, 6 Pelag. in

[D elz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II Cor. 4, 16). CYPR. mortal. 12 p. 304, 16 cum contemnenda sit omnis -a malorum praesentium fiducia futurorum bonorum. PANEG. 11, 2, 4 (*de laboribus in transcendendis Alpibus*). AMBR. epist. 10, 2 p. 940D itineris. 77, 7 p. 1265C -am ... necessitatis (COD. Theod. 12, 13, 4). Nab. 5, 21 inopiae. HIER. epist. 65, 8, 2 patibuli. VVLG. act. 27, 21 (*de naufragio*). PAVL. NOL. carm. 18, 345 nec duro fracta cubili membra dolent, iuvat ipsa -a (*cf.* epist. 29, 13 p. 260, 22 rigidi cubilis -am). PS. AVG. serm. ed. Mai 31, 1 *Christus* carnis elegit -as (PETR. CHRYS. serm. 30 p. 284C. *aliter p. 1674, 18*). COD. Theod. 1, 6, 11 exhibitionis *i. custodiae* (9, 1, 8. *cf.* 9, 37, 4 custodiae. EDICT. Theodor. 8 detentionis). 10, 10, 27, 1 ⟨prae⟩properae, festinationis. 11, 7, 19 conventionis (16, 2, 14 pr. = Iust. 1, 3, 2 pr.). 16, 7, 3, 1 criminationis. CASSIAN. conl. 9, 6, 2 tanti laboris. VAL. CEM. hom. 13, 2 p. 732B districtioris iuris (SIDON. epist. 1, 11, 13 *de poena legali. cf. p. 1680, 83*). PRAEDEST. 1, 60 p. 608A stercoreas (*cf. p. 1669, 37*). MAX. TAVR. serm. 26 p. 586A *ut* hac -a feriretur, ut non tam cibum sibi inveniretur servasse quam vermes. GREG. TVR. glor. conf. 22 sitis. COD. Iust. 1, 3, 32, 3 (*a. 472*) clerici ... nulla praebendi fideiussoris molestentur -a. *al.* *ap. ICTos de muneribus* (*agitur plerumque de immunibus ab -a, cf. p. 1670, 45*): CONST. Sirmond. 11 (= COD. Theod. 16, 2, 40) nulla iugationem talium privilegiorum sorte gratulantem muniendi itineris constringat -a. COD. Theod. 6, 26, 12 (= Iust. 12, 19, 1) scriptionis (descriptionis *Iust.*). 6, 26, 14 pr. (= Iust. 12, 19, 4 pr.) temonis. 8, 3, 1 (= Iust. 12, 54, 1) nominationis. 11, 16, 12 extraordinarii muneris. 13, 10, 4 plebeiae capitationis. *al.*

2 *de afflictionibus corporis* (*acced. gen. explic. l. 39. 43. 48. 52, ex l. 40, gen. obi. l. 44. al.; transit hic illic ad notionem q. e. dolor, morbus sim.* [*potius distinguitur e. g.* SEN. dial. 4, 20, 1 morbus aut -a corporum. epist. 85, 27 membrorum lacerationes vel per morbum vel per -am]): CELS. 1 prooem. 58 possunt ... quaedam subesse corpori ... non tanta, ut concitent morbum, tamen obnoxium ... aliis -is corpus efficiunt (QVINT. inst. 11, 3, 29 omnia ... sunt tenera et -ae o. *cf.* CELS. 2, 10, 14 opportuniores eae partes -ae sunt, quae iam male habent. 8, 9, 1B *os fractum* -ae sub tenui cute expositum est). 8, 2, 1 os, ubi -a accessit, aut vitiatur *eqs.* SEN. epist. 58, 34 paucos ... senectus ad mortem sine -a pertulit. SCRIB. LARG. 23 facilius ... patiuntur oculi, si modo exulcerati non fuerint, -am (*sc. medicamenti salubris, nisi ipsius medici*). PETRON. 102, 10 *solet* venter -am facere (*sc. solvendus*). PLIN. nat. 7, 90 *memoria* morborum et casus -as ... sentit (*sc. defectu*). 11, 50 Luscini -ae cognomen habuerunt (*sc. lusci facti*). 28, 222 -as e calceatu (*cf.* MARCELL. med. 34, 40 adstrictis tumentibusque de -a pedibus). 29, 107 si veneficio acciderit haec -a *sc. alopecia* (*cf.* GARG. MART. med. 1 capillos alopeciae -a raptos). 31, 64 *aqua maris* bibitur ... non sine -a stomachi (GARG. MART. med. 24 ORIBAS. syn. 9 add. p. 401). *al.* TERT. anim. 53, 3 *partes corporis* ex propria quaque -ae causa vastantur. resurr. 57 p. 116, 25 naturae non -ae reddimur (*i. debilitates corporis non resurgunt cum corpore*). GARG. MART. med. 7 *atriplex* ungues sine -a ulceris detrahit. 25 pulmonis et iocineris. 39 lienis. SER. SAMM. 448 saevit penitus haerens -a lumbis. VEG. mulom. 2, 16, 5 oculus videtur incolumis, nullis lacrimis ... prodit -am. HIER. epist. 24, 4, 3 (*B* = VITA Mauril. [BHL 5730] 28) viscerum. PS. HIPPOCR. epist. p. 23, 24 St. melancholica id est nigri fellis -a. CASS. FEL. 1 p. 2, 17 capitis. GREG. TVR. Iul. 23 doloris. CIL V 6415, 1 obscura -a usu mea(e) medicina(e) lenietur. *al.* *in imag. afficitur mens*: SEN. epist. 58, 23 si modo mens sine -a est.

3 *de tempestate sim. variisque rebus naturalibus* (*duo genera* 'caelestis -ae', *sc. tempestatem sterilitatemque, fusius distinguit* PLIN. nat. 18, 278sq.): Q. CIC. Cic. epist. 16, 8, 2 abesse ab -a temporis *i. caeli* (LACT. opif. 3, 1. *aliter p. 1674, 69*). VITR. 2, 7, 2 *saxa quaedam* sufferunt (*sc. sine damno*) et ab oneribus et a tempestatibus -as (*cf.* COLVM. 3, 20, 2 mille tempestatium -as *in vineas*. AMBR. hex. 3, 14, 60 tempestatis). SEN. nat. 2, 11, 2 *stellae* frigora, ... imbres aliasque terris turbide -as movent. 2, 40, 4 *fulmen* adflat et levi -a laedit (*cf.* 2, 52, 2 quid ... vis *fulminis* fecerit, ex ipso genere -ae cognosces). 3, 28, 2 non potest torrentium aut imbrium aut fluminum -a fieri tam grande naufragium. 4, 2, 5 illi *Nilo* non ex natura sua sed ex -a loci color est (*sc. albus in cataractis*). 4, 5, 4 grando fit -ā frigoris (PLIN. nat. 13, 134 *cytisus* non aestuum, non frigorum, non grandinum aut nivis -am expavescit. 18, 253. 20, 152 frigorum aestusque. PALLAD. 1, 37, 7 frigoris et caloris). COLVM. 4, 7, 2 caloris (*cf.* FRONTIN. aq. 121 minus -ae subiacent subterranea nec gelicidiis nec caloribus exposita). 4, 16, 1 terrae vel aëris (EVSTATH. Bas. hex. 5, 8 [*gr.* βλάβας]). 5, 5, 19 ventorum ferarumque (*cf. p. 1676, 23 et* 9, 7, 4 Aquilonis. GELL. 16, 11, 6 Psyllos re aquaria defectos eam -am ... Austro suscensuisse. PALLAD. 6, 2, 1 -am venti). 9, 1, 3 pluviarum (FRONTIN. aq. 15). 11, 3, 7 *veprem* post ignis -am melius renasci. *al.* PLIN. nat. 6, 33 Asiae ... portio, adposita septentrioni, -ā sideris rigens. 12, 27 et his *arboribus* sua -a est (*cf.* 16, 243 *de hedera et visco*. 17, 238 *de ulceribus*). 17, 222 pruinarum. *al.* PLIN. paneg. 30, 2 *Aegyptus* siccitate usque ⟨in⟩ -am sterilitatis exaruit. TERT. adv. Prax. 29 p. 286, 17 fluvius si aliqua turbulentia contaminatur, ... fluvii -a non pertinebit ad fontem. PALLAD. 1, 8, 2 praetorii situs sit loco ... erectiore ... propter -am fundamentorum (*gen. obi.*). 4, 11, 8 septa fieri propter -am gravidarum convenit (*sc. ne frigori exponantur; an de tauris molestis?*). 12, 13, 5 tuta cubilia propter -am pretiosi velleris umor reddat elabens. AMBR. hex. 1, 4, 14 torrentis aestus. HEGES. 4, 9, 1 (*de procella*). 4, 27, 1 p. 285, 18 ne ... impetu maris cedant fundamenta insulae atque -a vetere (*i. perpetua*) solvantur. HIER. in Zach. 14, 16 p. 1536A roris. SVLP. SEV. chron. 2, 44, 1 hiemis (GREG. TVR. glor. conf. 75). PETR. CHRYS. serm. 111 p. 505D fumi. *al.* *de -a mutua, quae fit in mundo*: MANIL. 1, 722 magni cum vulnera caeli conspiciant feriatque oculos -a mundi. SEN. nat. 2, 13, 3 aliqua illos *ignes* potentia deprimit, quae non est in aethere; nihil enim illic -ā cogitur. 2, 58, 2 natura ignem sursum vocat, -a deorsum premit. 6, 2, 7 stet licet ista humus ... nec ulla iactetur -a (*de causa terrae motus ut*: 6, 9, 1 *ignis* viam excundi ad caelum ... vi et -a fecit. 6, 24, 5 illam *terram* interior et altior -a debet impellere). 6, 3, 1 *terra et caelum* vitiis, ut corpora nostra, turbantur et tunc, cum facere videntur -am, accipiunt (*cf.* 6, 32, 8 in -am nostram non sine sua veniunt). PLIN. nat. 20, 2 altero alterius -a deficiente sidere.

B *bestiae* (*de damnis, quae afferunt sive inter se sive hominibus sive herbis sim.* [*cf. p. 1673, 84*]): COLVM. 5, 6, 13 ut novae virgae ... ab -a pecoris tutae sint (5, 6, 21. 5, 9, 10 *truncus* innoxius ab -a pecorum. PALLAD. 3, 10, 5 munienda est *vitis* adversum p. adpetentis -as). 6, 17, 5 tumor ... ostendit -am dentium (*sc. muris*). 6, 37, 9 *equa* admissarium calcibus proturbat, et -a depulsum etiam ceteris equis reddit inimicum. 7, 12, 2 alterum *genus canum eligitur* propellendis -is hominum ac ferarum (*cf. p. 1675, 72*). PLIN. nat. 8, 197 neque difluxisse eas *praetextas Servi Tulli* neque teredinum -as sensisse. 10, 115 caprimulgi ... uberibus advolant suctum propter lactis, qua -a uber emoritur. 11, 61 *apes* plurimorum animalium -is obnoxiae (17, 203 ad arcendas a. -as). 12, 73 forte casuque hoc et -ā odorum fieri (*seq.*: capras ... carpere germinum caules). 17, 237 *arbores* hac -a (*supra*: si lambat capra) moriuntur. 18, 161 *segetes* depastae ... nullam in spica -am sentiunt. PALLAD. 12, 4, 2 ut altitudine animalium supergressa modus transcendatur -ae (*i. folia arboris decerpi non possint*). *cf. p. 1675, 83.*

CAPVT ALTERVM: ***usu secundario.***

I -a *adhiberi videtur de consuetudine iniuriandi vel habitu animi iniurioso not. q. e. iniustitia* (*v. p. 1668, 8. 14. 18; attuli exempla significantiora, ea quoque non admodum certa*): PLAVT. Merc. 29 (*interpol.*) amori accedunt etiam haec: ... inertia aviditas desidia -a *eqs.* Persa 558 perfidia et peculatus ... et avaritia si exulant, ... invidia ... ambitio ... obtrectatio ... periurium ... indiligentia ... -a ... scelus. CIC. Tull. 8 cum omnes leges omniaque iudicia ... ex improborum iniquitate et -a nata sunt. Verr. II 2, 53 quam facile serpat -a et peccandi consuetudo. rep. 2, 70 non modo falsum illud esse, sine -a non posse, sed hoc verissimum esse, sine summa iustitia rem publicam geri nullo modo posse (PS. SEN. mon. 119 omnis iustitiae locus tutus est, nullus -ae). VAL. MAX. 4, 3 pr. -a dominatur, infamia flagrat *eqs.* (SEN. clem. 1, 18, 3 regum et -a latius patet et i. atque odium saeculis traditur). APVL. Plat. 2, 17 -am inordinatam passionem et aegritudinem mentis esse ait. TERT. cult. fem. 2, 2, 6 *decor* timendus est ... propter -am et violentiam sectatorum (*cf. p. 1670, 67 sqq.*). CYPR. zel. 16 p. 430, 25 contra iram, contra -am repugnasse. COD. Theod. 9, 4, 1 (= Iust. 9, 7, 1 pr.) si id ex levitate processerit, contemnendum est, ... si ab -a, remittendum.

II -a *pro persona*: PLAVT. Rud. 626 praetorquete -ae prius collum quam ad vos pervenat.

III *metonymice de iniuriosis*: **A** *animantibus*: SALL. or. Macri 20 rerum ultro -a⟨e⟩ (*suppl. Kritz*, ultra -am *Contarenus*, inulta -a *Mähly*) gratiam debere. VAL. MAX. 8, 1 absol. 4 App. Claudius, nescio religionis maior an patriae -a. ? CLAVD. 18, 475 quantis -a mille per annos sit retro ducibus (*sc. Eutropius servus factus, sed fit coni. Heinsius*). **B** *rebus*: SEN. nat. 3, 20, 1 *aquae* concipiunt corruptae per -am (*i. materiam nocentem*). GARG. MART. med. 49 statim per alvum defluit omnis -a (*i. materia laedens. cf.* AMBR. hex. 6, 9, 60 ne qua incidentis -ae offensione laedantur *pupillae*, pilis ... muniuntur).

IV *nomen putei p. 1686, 82.*

appendix syntactica et stilistica:

1 *accedunt determinationes variae*: **a** *indicatur, quis -am faciat: per gen. subi. vel pron. poss. passim inde a* PLAVTO. *per adi.* TER. *p. 1671, 76.* LIV. *p. 1670, 77. 1672, 68* (perioch.). VAL. MAX. *p. 1672, 27.* PLIN. nat. *p. 1675, 57.* PS. QVINT. *p. 1673, 17. fort. huc pertinet* COD. Iust. 5, 4, 23, 6 (*a. 520/3*) si a scaenica matre procreata ... indulgentiam meruerit liberationem maternae -ae ... sibi condonantem.
ab: TER. Andr. 156 si propter amorem uxorem nolit ducere, ea primum ab illo animadvertenda -a est (DON.: si dixisset '-a eius', amphiboliam fecisset, utrum quam passus est ab alio, an quam ipse aliis intulit).

b *indicatur, quis -am patiatur: per gen. obi. vel pron. poss. passim inde a* CIC. inv. (*gen. obi. iuxta subi.* CAES. *p. 1672, 18*); *nota* sui (PORPH. Hor. carm. 1, 28, 1 COD. Theod. 12, 12, 6 NOVELL. Theod. 18 pr. CAES. AREL. brev. p. 188, 14), sua (CIC. Mur. 57 *opp.* alienam [SEN. dial. 4, 27, 1 clem. 1, 20, 2]. SEN. nat. 5, 18, 4. 6, 32, 8 *opp.* nostram. epist. 39, 4 *opp.* aliorum. CYPR. *et* AMBR. *p. 1671, 8. 9*).
per adi.: CIC. Verr. II 1, 84 publicis (Flacc. 40. phil. frg. V 86 *opp.* suam. CAES. Gall. 1, 12, 7 *opp.* privatas [SEN. contr. 9, 4, 12 SEN. dial.

[Delz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 18, 3]. Bell. Alex. 70, 3 Liv. 7, 25, 2. *al.*). 2, 118 communibus (Plin. *l. 5.* Capitol. Maximin. 17, 7. *al.*). 3, 169 alienis (Sen. clem. 1, 22, 1 Scaev. *p. 1673, 61.* Papin. dig. 26, 7, 40. *adde p. 1676, 80*). 4, 15 privatis (Qvint. decl. 252 p. 35, 12. *adde p. 1676, 84*). Plin. paneg. 90, 2 propriis (*opp.* communibus. Papin. dig. 48, 16, 4 pr. coll. Mos. 4, 5, 1. Cod. Iust. 9, 35, 2 [*a. 230*]. *al.*). Arnob. nat. 4, 35 p. 169, 26 -is ... contumeliisque divinis. Ps. Avr. Vict. orig. 19, 4 avitas. Ambr. epist. 19, 20 domesticam. 66, 7 caelestis. Iord. Get. 64 paternas. *adde etiam p. 1670, 48* (corporalis). *1670, 79* (muliebris) *et cf. infra l. 51* (servilis). in *aliquem*: Cic. Verr. II 1, 86 (*v. p. 1672, 71*). Sest. 64 (*p. 1672, 14*). nat. deor. 3, 84 ad impietatem in deos in homines adiunxit -am. epist. 1, 9, 20 eius in me. ad Q. fr. 1, 2, 11 tua -a in illum. Liv. 21, 20, 5 neque Romanorum in se (*sc. Gallos*) meritum esse neque Carthaginiensium -am. 31, 31, 2. 44, 1, 10. Sen. benef. 3, 22, 3 dominorum in servos. adversus: Tac. ann. 13, 25, 2 -ae a. viros feminasque. *cf. p. 1673, 58.*

c *accedit gen. explic. vel identitatis* (*cf.* in *p. 1672, 51sq. et v. quae monui p. 1674, 62*): Cic. Cluent. 188 mitto illam primam libidinis -am (*vix gen. subi.*). har. resp. 38 (*v. p. 1670, 74*). or. frg. B 33 (Arus. gramm. VII 504, 17) ad -am eripiendi fraudem sceleris adiungere (*cf. gerundivum p. 1675, 18. 21 necnon p. 1672, 52*). epist. 15, 1, 5 (*nisi gen. subi., v. p. 1672, 78*). Caes. Gall. 3, 10, 2 -a retentorum equitum Romanorum (*c. partic. ut*: Verg. Aen. 1, 27 spretae ... -a formae. Liv. 4, 1, 4 agri abiudicati. 44, 30, 11 legatorum violatorum. Qvint. *p. 1671, 4.* Papin. coll. Mos. 4, 11 laesae domus [Cypr. epist. 73, 19 p. 793, 6 patris. Cod. Theod. 9, 8, 1 pudoris]. *al.*). Verg. Aen. 3, 256 nostrae ... -a caedis (Serv. auct.: quidam '-am' pro 'vindictam' accipiunt. *cf. p. 1670, 33*). 3, 604 sceleris ... nostri. Ov. fast. 4, 589 -a facti. Liv. *p. 1672, 26. 1673, 5. 6.* Fest. *p. 1670, 25.* *et saepe.*

d *epitheta notabiliora* (*cf. p. 1676, 70. 83*): acerba: Cic. Verr. II 4, 68. 5, 17 leg. agr. 3, 6 Att. 10, 12 a, 1. epist. 5, 2, 9 (*superl.*). 6, 5. 2 Synod. Hil. coll. antiar. p. 128, 10. *cf.* Cic. Verr. II 1, 81 acerbitas -ae (Val. Max. 1, 1, 15. *al.*). atrox: *p. 1669, 30.* coacta (*i. non voluntaria*): Plin. nat. 7, 92. continua: *p. 1672, 5.* contumeliosior: Vlp. dig. 47, 10, 7, 7. diuturna: Liv. 4, 7, 6 Ambr. epist. 19, 10 p. 985C. evidens: Vlp. dig. 9, 4, 8. famosa: *p. 1670, 84.* fortuita: *p. 1674, 68.* grandis: Petron. 106, 4. gravis: *v. vol. VI 2, 2294, 22* (*nota supra p. 1669, 41*). immanis: Cic. dom. 64 Cod. Iust. 12, 1, 5 pr. inclementior: Cod. Iust. 8, 46, 4, 1 (*a. 259*). indigna: *v. p. 1189, 53. cf.* Cic. Verr. II 1, 144 indignitas -ae (Liv. 8, 28, 6. 26, 40, 7. 38, 24, 4). infamis: Rescr. imp. Pii Vlp. dig. 1, 6, 2. insignis: Cic. Quinct. 28 Verr. I 7. II 1, 84. 2, 83. 2, 110 Caecin. 36 epist. 4, 13, 2. 5, 2, 8 Avg. civ. 2, 10 p. 64, 18 D. insignita: Cato or. frg. 9. *cf. p. 1671, 70. 1673, 14.* iudiciaria: Cod. Theod. 16, 3, 2. levis: Cic. Verr. II 1, 119 (*superl. ut* Sen. dial. 11, 2, 3). Sen. dial. 4, 14, 4. *al.* magna (maior, maxima): Plavt. Aul. 643 *et passim. cf.* magnitudo *vol. VIII 119, 21.* mediocris: *v. vol. VIII 562, 2.* minor (minima): Cic. Att. 11, 2, 2 Liv. 29, 17, 8. *al.* modica: Liv. 29, 8, 6 Tac. ann. 3, 51, 1. nefaria: Cic. Cluent. 11 parad. 28. *al.* nova: Cic. Verr. II 2, 147 Pvblil. V 16 Ov. trist. 4, 4, 23 Liv. 6, 21, 9. noxia: Plin. nat. 17, 175. occulta: Amm. 22, 12, 4. recens: Caes. Gall. 1, 14, 3 Hil. c. Const. 3. servilis: Vlp. dig. 47, 10, 7, 2 Ps. Avr. Vict. epit. 14, 8. summa: *p. 1671, 81. 1680, 13. 36. 38. al.* tacita: Pvblil. S 46. vetus: Pvblil. V 16 Caes. Gall. 1, 30, 2 Liv. 2, 6, 3 Phaedr. 1, 21, 6. *al.* violenta: Lex Visig. 2, 2, 8. voluntaria: Tert. anim. 19, 5.

2 *locutiones verbales vel a verbis derivatae selectae* (-arum actio, agere *sim. v. p. 1669, 43sqq.*): -am, -as: abstinere: Liv. 42, 26, 6 Petron. 108, 5. *vice versa*: Cic. fin. 2, 71 se ab -a (Physiogn. 27 p. 43, 2. *cum simplici abl.*: Cic. off. 3, 72. CIL IX 2438 [*ca. a. 168*] -ris faciendis). accipere: *v. vol. I 315, 65.* admittere *i. facere*: *v. vol. I 753, 29. i. permittere*: Tert. adv. Val. 27 p. 204, 1. *cf.* Cod. Iust. 9, 35, 5 (*a. 290*) -ae admissum. aestimare (*sc. quantae pecuniae sit*): *p. 1668, 53.* Gaivs inst. 3, 224 Vlp. coll. Mos. 2, 2, 1. *cf.* Iavol. dig. 47, 10, 21 -arum aestimatio (*similiter* Pavl. dig. 47, 10, 18, 2). afferre: Qvint. inst. 8, 3, 46 Vlp. dig. 37, 10, 3, 13. 43, 13, 1, 1 Frg. Vat. 183. animadvertere (*i. punire*): Ter. Andr. 156. arcere: Liv. 10, 11, 13 Plin. nat. 17, 203. *vice versa*: Cic. leg. 1, 40 homines ab -a (Cod. Iust. 10, 1, 5, 1). capere (*i. pati*): Cic. part. 77. cavere: *v. vol. III 631, 79.* coercere: Tert. adv. Marc. 4, 16 p. 469, 13. cohibere: Novell. Theod. 18 pr. committere: *v. vol. III 1911, 69. cf.* Tert. adv. Marc. 2, 18 p. 359, 19 commissio -ae. compensare: *v. vol. III 2048, 45. cf.* Sen. epist. 81, 17 compensationem -ae (Ps. Qvint. decl. 13, 11 Amm. 18, 3, 5). concedere (*i. ignoscere*): Bell. Alex. 70, 5. condonare: *v. vol. IV 157, 5. 7.* conferre (*i. committere*): *v. vol. IV 184, 72.* conflare (*i. machinari*): Cic. S. Rosc. 1. consummare (*i. perficere*): Vlp. dig. 2, 2, 1, 2. contestari (*i. ad iudicem deferre*): Cod. Theod. 11, 8, 3, 1 = Iust. 1, 55, 9, 1. continere (*i. fieri sinere*): Vlp. dig. 26, 10, 1, 7 = Inst. Iust. 1, 26, 3. curare (*i. ulcisci*): Sall. Iug. 14, 19. dare: *p. 1671, 63.* CIL V 8726. defendere: Cic. S. Rosc. 1 off. 3, 74 Caes. civ. 1, 7, 8. *vice versa*: Plavt. Bacch. 443 te ... -ā (ab: Lent. Cic. epist. 12, 15, 6 Caes. Gall. 1, 31, 16. 5, 20, 3 Bell. Afr. 97, 2 Sall. Catil. 35, 6 Liv. 8, 37, 4. *al.* contra: Cod. Theod. 1, 29, 1). demere: Liv. 4, 7, 4. 4, 10, 6. 8, 23, 7. demussare: Amm. 30, 1, 15. depellere: Liv. 8, 23, 7. discutere: Val. Max. 5, 6 ext. 4. donare: *v. vol. V 1, 2014, 76.* elidere: Sen. epist. 66, 20 (*iuxta* opprimit). emendare: Sen. dial. 12, 18, 3. excipere: Val. Max. 5, 10 pr. patienter (Firm. math. 6, 29, 17). Lex Visig. 8, 4, 26 (*i. accipere*). exercere: Tert. adv. Marc. 2, 18 p. 359, 14. exigere, expostulare, exsequi: *v. vol. V 2, 1458, 16. 1577, 43. 50. 1850, 74.* facere (Gloss. ὑβρίζω): *c. dat.*: Lex XII tab. *p. 1668, 40.* Plavt. Aul. 643. *al.* Caecil. com. 186 opulentitate nostra sibi -am factam (*cf.* Liv. 41, 8, 9 ea lege male utendo. Sen. benef. 5, 20, 6 adpellando. *al.*). Ter. Hec. 256 *seq.* si (Ad. 595 Cic. Verr. II 1, 25. *al. cf.* Cic. Flacc. 84 quod [Sen. dial. 2, 2, 3. *al.*]. epist. 3, 10, 2 cum [Liv. 10, 8, 3]. Avg. serm. coll. Morin p. 525, 2 quando). Haut. 565 facis ... -am illi, qui non abstineas manum (Cic. Pis. 8. Sen. contr. 7, 6, 8 [quia *edd.*]. *cf.* 7, 6, 3 fecit ... servo -am, cui detraxit abstinentiae gloriam [10, 1, 5 nulli -am facio nisi patri, quem *eqs.*]). Ad. 148 in hac re (Cic. Flacc. 80 in eo. Sen. epist. 81, 16 in patre. *al.*). *al.* Cic. Verr. II 4, 37. *al.* Sen. contr. 10, 1, 5 numquid tibi -am facio sordidatus? Sen. benef. 5, 7, 6 -am sibi fecit (7, 32, 1 epist. 63, 10. *al.*). *et saepe.* in *aliquem*: Vlp. dig. 47, 10, 1, 5. contra: Serm. Corp. Vind. 21 p. 235, 25 Cod. Iust. 8, 58, 2. *absol. fere i. q.* '*iniuste facere*' (*ap.* Cic. *sermoni vulg. tribuit Wölfflin, Ausgew. Schr. 108*): Plavt. Truc. 836 Ter. Hec. 692. Met. Nvm. or. frg. Gell. 12, 9, 4 (*opp.* ferre). Cic. Quinct. 31. S. Rosc. 146 *seq.* si (Sen. contr. 7, 6, 13. *cf.* Calp. decl. 25 quod). Font. 20 maiorem ab eo -am fieri, qui *eqs.* (Caes. Gall. 1, 36, 4). rep. 3, 23 epist. 3, 8, 3 Pvblil. I 55 Sall. Catil. 12, 5 Iug. 15, 1 Liv. 1, 30, 5. 3, 65, 8 Sen. dial. 3, 3, 1. *al.* ferre: Caecil. com. 48 Cato or. frg. 9 Ter. Hec. 165. 301. Met. Nvm. *supra l. 20.* Cic. div. in Caec. 30. *al.* iacere, immittere: Cic. parad. 28. imponere: *v. p. 656, 56.* importare: *p. 1674, 54.* Hil. coll. antiar. p. 61, 5. incusare: Liv. 8, 23, 4. inferre: *v. p. 1384, 83.* iniungere: Liv. 3, 65, 11. insectari: Cic. Att. 5, 17, 6. intendere: Vell. 2, 13, 3. irrogare: Pavl. *p. 1674, 16.* Arnob. nat. 2, 1 p. 47, 18 Firm. math. 1, 7, 7. 4, 6, 3. Cod. Iust. 1, 40, 5 (*a. 364*). *al.* mussitare: Ter. Ad. 207 Qverol. p. 42, 10 R. neglegere: Cic. Verr. II 4, 82 Caes. Gall. 1, 35, 4. 1. 36, 6 Liv. 29, 9, 9. Fronto p. 209, 11 N. (*opp.* vindicare). *cf.* Paneg. 4, 13, 2 -ae suae neglegens. offerre: Ter. Hec. 740. opprimere: *supra l. 1.* pati (Gloss. ἀδικοῦμαι): Pacvv. trag. 279. *et passim. cf.* Phaedr. 1, 5, 3 patiens ... -ae (impatiens: Colvm. 4, 3, 4 Flor. epit. 3, 21, 6). Sen. benef. 3, 12, 4 patientiam -arum (clem. 1, 8, 6 Tert. patient. 8, 1. *sim.*: Svlp. Sev. Mart. 26, 5 adversum ... -as). pensare: Val. Max. 4, 2, 4 Frontin. strat. 3, 16, 3. *al.* perferre: Cic. Verr. II 2, 8 Spart. Sept. Sev. 3, 7. *al. cf.* Cic. de orat. 2, 184 perferentis -arum. permittere: Sen. dial. 2, 3, 3 Tert. apol. 45, 3. perpeti: Lent. Cic. epist. 12, 15, 3. persequi: Cic. div. in Caec. 53. 64 Verr. II 2, 11. *al.* praerogare: Optat. 3, 4 p. 84, 9. prohibere: Sall. Iug. 14, 7. 31, 23 Liv. 3, 58, 8. *al. vice versa*: Caes. Gall. 2, 28, 3 ab -a ... se (*al.* Sall. Iug. 107, 1). propellere: Colvm. 7, 12, 2. propulsare: Cic. inv. 2, 161 S. Rosc. 145. *al.* prosequi (*i. persequi*): Synod. Hil. coll. antiar. p. 110, 3. recipere: Vell. 2, 13, 3. referre: Apvl. Plat. 2, 20. remittere *i. irritam facere*: Sall. or. Macri 22. *i. ignoscere*: Sen. contr. 2, 3, 1. *al.* removere: Epist. imp. Const. (CIL III 7000) 3, 15 Cod. Theod. 7, 20, 9. *al.* repellere: Cic. off. 3, 74 Liv. 3, 65, 11. *al.* repensare: Sen. dial. 4, 32, 1. reponere: Sen. dial. 4, 28, 5. reprehendere: Cic. dom. 88 prov. 42. repulsare: Cod. Theod. 9, 10, 2. rescindere: Cic. Verr. II 2, 63 (*iuxta* inritas faceret). revellere: Cic. Att. 5, 20, 1. sarcire: Cic. Phil. 9, 8. sinere: Tac. ann. 3, 38, 3 inultas. Tert. adv. Marc. 1, 22 p. 320, 2. solvere: Sall. or. Lep. 15. Ov. fast. 5, 303 magnis ... poenis. summovere: Sen. dial. 2, 7, 6. *al.* tolerare: Cic. inv. 2, 84 Att. 1, 17, 4. *al. cf.* Ps. Hil. libell. 20 p. 92, 13 -arum ... tolerantia. tollere: Cic. Verr. II 3, 227 Sen. benef. 6, 5, 4. tradere: Met. Nvm. or. frg. Gell. 12, 9, 4. vindicare: Cic. Verr. II 2, 109 Pvblil. I 55. Sall. Iug. 20, 4 manu. Liv. 22, 4, 1. Phaedr. 1, 21, 6 ictu. *al. cf.* Liv. 3, 46, 6 vindex -ae. Sen. contr. exc. 3, 8, 3 vindictam -arum (Pavl. sent. 5, 4, 19 Ambr. epist. 66, 7). *vice versa*: Liv. 37, 52, 3 regnum ... ab -is (42, 46, 10 Vell. 2, 126, 4 Val. Max. 6, 9, 15. *al. cum simplici abl.*: Novell. Theod. 1, 4). ulcisci: Plavt. Men. 471. Cic. inv. 2, 81 -as -is. *et passim. cf.* Cic. div. in Caec. 11 ultorem -arum (*al.* Tert. coron. 11 l. 13). Qvint. decl. 331 p. 305, 23 -arum ... ultio (372 p. 411, 2 Vlp. dig. 47, 10, 17, 22. *al.*). *v. et* Caes. Gall. 5, 38, 2 ulciscendi ... pro ... -is (Arnob. nat. 3, 16 p. 123, 12).

3 *locutiones praedicativae*: a -a est, videtur (*l. 78. 82*): *c. pron.* (*cf. l. 83*) *vel subst.*: Cic. prov. 42 ne haec quidem fuit -a (*cf.* Ov. Ib. 7 hoc ipsum. Sen. *p. 1669, 5.* Arnob. nat. 7, 31 p. 265, 2 -a est ista, non honor). Pvblil. I 27 in calamitoso risus etiam -a est. S 46 suspicio probatis tacita -a est. Ov. epist. 19 (20), 93 scriptum. met. 5, 525 non hoc -a factum (*sc. raptus Proserpinae*), verum amor est. Sen. dial. 2, 8, 3 (*v. p. 1674, 73*). 7, 10, 3 temperantia ... summi boni -a est. Vlp. *p. 1668, 77.* Tert. anim. 24, 3 oblivio. Ivst. 5, 11, 3 Cyro iudicium patris -a videbatur. *al.* *c. inf. vel acc. c. inf.*: Liv. 26, 29, 8 quanto maiorem -am, immo contumeliam esse, sortem suam ad eum transferri. Sen. contr. exc. 4, 1, 2 Sen. benef. 3, 31, 3 dial. 4, 30, 1 Mart. 9, 7, 1 Qvint. inst. *p. 1669, 13.* decl. 265 p. 83, 18 sq. 337 p. 329, 1 Tac. Agr. 9, 4. Pompon. dig. 11, 7, 28 videretur. *al.* *c. enuntiato* (*add. pron. praepar. p. 1679, 1. 5*): Ov. trist. 4, 4, 23 nec nova, quod tecum loquor, est -a nostra (Qvint. decl. 265 p. 82, 24. 305 p. 194,

[*Delz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

20 haec ... est exacti iniusti supplicii manifesta -a, q. *eqs.*). SEN. contr. exc. 5, 1, 2 -a est, ut, qui meo arbitrio debui, tuo moriar (COD. Theod. 3, 1, 6 = Iust. 4, 38, 14). contr. 9, 1, 3 maior -a est, si nunc manus ... alligantur quam fuit beneficium, quod *eqs.* (SEN. benef. 5, 23, 1. VLP. dig. 43, 20, 1, 43 nec est hoc beneficium, sed -a, si quis ... non impetraverit. TERT. apol. 38, 5 si oblectari ... nolumus, nostra -a est, ... non vestra. *al.*). TERT. patient. 1, 8 cum. *liberius*: SEN. benef. 6, 27, 7 -a ... *est*, quidquid optas (epist. 71, 19 q. ex illa *regula* mutaveris, -a est recti. PS. SEN. mon. 99 q. patieris non -am esse sed legem). AMBR. epist. 17, 7 nullius -a est, cui deus ... antefertur. **b** -ae loco est (*c. inf.*): SEN. dial. 5, 31, 1 ut ... -ae l. sit plus accipere potuisse. **c** -ae est: RVFIN. Clement. 2, 49 filium dixisti habere deum, quod est -ae. **d** -am appellare *sim.* (*c. struct. variis*): CIC. div. in Caec. 60 id quod tu -am appellas. LIV. 30, 25, 2 eo indigniorem -am ratus Scipio ... fidem indutiarum violatam esse. SEN. contr. 2, 1, 36 -am vocatis finem servitutis (contr. exc. 6, 7 *seq.* quod. SEN. benef. 2, 29, 2 *seq. a. c. i.* dial. 4, 31, 2. 5, 30, 2. 12 [11], 10, 2 QVINT. decl. 281 p. 146, 22). SEN. benef. 2, 18, 6 qui munus suum fastidire te -am iudicaturus est (4, 40, 2 dial. 12 [11], 17, 2). dial. 3, 2, 4 ut -am putet *populus*, quod non libenter pereunt *gladiatores* (VLP. dig. 48, 5, 24, 2. BOETH. cons. 2, 2, 10 W. descendere). 6, 16, 6 numquam ... -am dixeris ex aequo cum potentiore dividere (*cf. p. 1669, 8*). TERT. anim. 56, 3 si -a deputabitur animae cessatio sepulturae (AVG. civ. 4, 27 p. 180, 30 D. *seq.* si). AMBR. epist. 18, 8 -am ducimus omne ... deum putare. **e** ad -am referre *sim.*: SVLP. SEV. dial. 2, 12, 9 quis ... hoc ... non ad suam -am rettulisset? INTERPR. cod. Theod. 11, 30, 15 non debere iudices ... assertiones appellantium ad suam -am revocare. CONC.S IV 2 p. 180, 43 neque ... iudices ad -am hunc sermonem susceperunt.

4 *locutiones adverbiales*: **a** *abl.* -ā *i.q. contra ius, iniuste* (*opp.* iure *l. 54. 75 sqq.* [*cf. p. 1668, 4. 1671, 74*], merito *l. 84*; *hic illic dubitare licet, utrum -ā adverbium sit an potius abl. instr. vel modi, cf.* 'vi et -a' *p. 1681, 5; de lege Aquilia v. p. 1671, 32 sqq.*):
α vario usu: PLAVT. Aul. 330 hercle -a dispertivisti: pinguiorem agnum isti habent. Epid. 715 maxima hercle -a vinctus asto. Poen. 37 ne palma detur quoiquam artifici -a. RHET. Her. 2, 20, 32 falso et -a conferri. CIC. inv. 2, 79 -a sororem occidisti (Mil. 41 QVINT. decl. 379 p. 423, 15. *cf. l. 79. p. 1671, 36. 46 et* FEST. p. 194 -a interfecto Icaro. PLIN. nat. 34, 24 -a caesis [*v. infra l. 65. 81*]). Quinct. 63 postulabas (VARRO ling. 9, 65). 95 exturbari fortunis omnibus. Verr. II 1, 83 te -a circumsessum esse. 3, 7 si ... contra rem meam decrevisset aliquid -a *Verres*. Catil. 1, 17 suspectum. fin. 4, 76 aeque peccat, qui parentem et qui servum -a verberat. 5, 51 patria pulsus (LIV. 3, 15, 9. *cf.* COLVM. 9, 9, 2 velut -a repulsa *iuventus apium*. PETRON. 22, 1 depulsa fuerat ancilla. TRAIAN. Plin. epist. 10, 57, 2 si existimabat se -a relegatum). Tusc. 4, 18 laborantis (*cf. Diog. L. 7, 111* ἀναξίως). *al.* VARRO ling. 9, 96 reprehendunt (10, 48. *cf. infra l. 74*). LIV. 6, 39, 10 agrum -a possessum (38, 34, 8. *cf.* COD. Iust. 3, 32, 5 pr. [*a. 239*] domum ... -a occupatam esse). SEN. dial. 12, 3, 2 nemo potentiam eius -a sensit. PLIN. nat. 17, 7 cautum ... est XII tabulis, ut, qui -a cecidisset alienas *arbores*, lueret *eqs.* (*voce -a lex ipsa vix usa est, cf. Pernice, Labeo II 1², 19, 1*). QVINT. decl. 291 p. 162, 10 distraxisti. 337 p. 328, 1 amisi (VLP. dig. 3, 5, 1 [*Bas. 17, 1, 1* ἀδίκως]). PS. QVINT. decl. 13, 8 quidquid iure possidetur, -a aufertur. MARCIAN. dig. 23, 2, 19 qui liberos ... -a prohibuerint ducere uxores. GAIVS inst. 4, 16 (*formula actionis in rem sacramento*) quando tu -a vindicavisti. TERT. adv. Hermog. 9 p. 136, 9 *deus materia* aut precario usus est, qua egens eius, aut et -a, qua praevalens eius. COD. Iust. 3, 34, 6 (*a. 269*) ex tuis praediis aquae agmen ... -a propagari. 6, 30, 3, 1 (*a. 241*) quae ab alio -a detinentur. *al.* *negatur* (*cf. sub β*): RHET. Her. 2, 19, 28 a quo *inimico* sibi non -a summum periculum metuebat (CIC. Tull. 49 de orat. 1, 123 Tusc. 4, 71 nat. deor. 3, 89 PANEG. 4, 2, 9. COD. Iust. 3, 22, 1 [*a. 231*]. *al.*). CIC. S. Rosc. 17 neque enim ... -a metuebat (CVRT. 3, 8, 20. COD. Iust. 9, 34, 2 [*a. 239*]. *cf.* CAES. Gall. 1, 36, 5 se ... n. his n. eorum sociis -a bellum inlaturum). LIV. 1, 14, 3 haud -a caesum (CVRT. 3, 5, 15. 7, 6, 21. 10, 7, 10 PANEG. 2, 24, 4 BOETH. cons. 5, 6, 36 W.). *β in clausulis vel articulis orationis*: neque (nec) -a: PLAVT. Epid. 176 sacruficas ... Orco hostiis, n. adeo -a, quia *eqs.* Mil. 58. TER. Andr. 377 n. id -a (Haut. 581). CIC. S. Rosc. 116 Cluent. 32. 110. de orat. 2, 76 n. mehercule -a (nat. deor. 3, 23 epist. 2, 8, 1). *al.* CAECIN. Cic. epist. 6, 7, 1. LIV. 26, 13, 14 n. -a forsitan. COLVM. 7, 1, 1. *al.* non -a: TER. Andr. 60 gaudebam. :: n. -a: nam *eqs.* Eun. 433. *positive*: CIC. Tusc. 5, 116 male audiebat, etiamsi, ut mihi videbatur, -a. VARRO ling. 9, 110 analogiam ... reprehendunt multi (multa *cod.*); -a: nam *eqs.* *γ* iure an -a *sim.*: PLAVT. Rud. 1069 quo modo habeas, id refert, i. ne an -a. RHET. Her. 1, 14, 24 i. an -a factum sit, quaeritur (CIC. Tull. 42). CIC. inv. 1, 35 *quaeritur*, si cum potestate *est*, i. an -a. Verr. II 2, 150 non quaero, i. an -a sint inimici. Mil. 31 non illud ... in iudicium venit, occisusne sit ..., sed i. an -a (QVINT. inst. 7, 1, 34 aut i. aut -a. CALP. decl. 17 si -a ... si i. *cf. supra l. 37 et* LIV. 39, 36, 16 i. an -a caesi sint). LIV. 2, 54, 7 cum ... constaret i. an -a (*i. 'sive i. sive -a'*) eripiendos esse reos. 21, 18, 6 utrum i. an -a. VLP. dig. 39, 1, 1 pr. sive i. sive -a opus fieret. *cf.* VAL. MAX. 8, 5, 6 hunc ego ... quam ... merito vel -a accusetur ignoro.

b *coniungitur c. praepos.*: **absque -a** (*cf. p. 1668, 18*): SVLP. SEV. Mart. 14, 3 ut non a. -a sit repulsus. COD. Theod. 9, 45, 4, 2 a. aliqua eorum -a. 12, 12, 13 pr. a. ullius -a. **ad -am** (-as *l. 10; ubique indicatur, quis -am accipiat*): CIC. *p. 1669, 1.* RESCR. impp. M. Aur. et L. Veri Vlp. dig. 25, 4, 1 pr. captasse hoc ad aliquam mulieris -am. PAVL. sent. 1, 1ª, 25 (= dig. 50, 7, 11 pr.) quae ad -am eius vel damnum parata sunt. 5, 4, 13 (= dig. 47, 11, 1, 1) si quis ... fistulas ... ad -am publicam contaminaverit. SYMM. rel. 3, 12 AVG. civ. 14, 5 p. 11, 22 D. *et saepius ap. ICtos.* *per plur.*: OPTAT. 4, 5 p. 107, 13 tractatus vestros ad nostras -as explicatis. **citra -am**: CONSVLT. 6, 17 (*a. 294*) cuiusquam. COD. Theod. *p. 1670, 51. 58.* **cum -a** (-is *v. p. 1670, 31. 38; nude non adhibetur*): CIC. Verr. II 3, 194 (*v. infra l. 57*). 3, 221 c. summa sociorum -a (Lig. 24 prohibiti s. c. -a. epist. 12, 25, 2 qui s. c. tua -a ... provinciam ... obtinebat. LIV. 4, 4, 5 plebis. RVT. LVP. 1, 13 ab suis diis penatibus vi c. s. -a esse exturbatum). PLIN. nat. *p. 1674, 3.* POMPON. dig. 50, 17, 206 neminem c. alterius detrimento et -a fieri locupletiorem. PAPIN. dig. 36, 1, 12. CIL *p. 1674, 12.* TERT. *p. 1674, 35* (*ter*). VVLG. act. 27, 10 c. -a et multo damno non solum oneris ..., sed etiam animarum nostrarum incipit esse navigatio (*gr.* μετὰ ὕβρεως). AVG. civ. 18, 18 p. 280, 18 D. veri dei. COD. Theod. 12, 12, 6 sui (*i. proprio sumptu*). *al.* **in -am** (*abl. pro acc. l. 30; praeter l. 29 ubique indicatur, quis -am accipiat*): SEN. dial. 4, 27, 2 nihil ... horum in nostram -am fit (*opp.* ad salutem). epist. 39, 4 non tantum in aliorum -am, sed etiam in suam utuntur *felicitate*. TAC. hist. 2, 20, 1 nullius. TRAIAN. Plin. epist. 10, 109 ⟨in⟩ -am privatorum. GAIVS dig. 47, 10, 19 PAPIN. dig. 50, 17, 75 CALL. dig. 48, 19, 28, 7 PAVL. sent. 5, 4, 15. HIER. epist. 123, 3, 3 quae fornicatae sunt in -am ... Christi. *al.* *nude*: EVGRAPH. Ter. Andr. 42 ut ... voces ex libertate prolatas in convicium aut -am ... proferret. in -a (-is): AVELL. p. 305, 28 quae ... in -is ... Cyrilli ... dicta sunt. GREG. M. epist. 9, 156 p. 157, 13 *Iohannem* in omnium despectu et -a ... modestiae ... terminos excessisse. p. 157, 36 hoc in totius ecclesiae -a ... fit. **per -am** (-as *l. 51*): CIC. Quinct. 90 p. vim, p. -am ... totum agrum ... suum facere (TERT. anim. 57, 3 quas *animas* p. vim et -am saevus ... finis extorsit. *cf. p. 1681, 6*). div. in Caec. 55 servos abducebat. Verr. II 2, 47 bona ... p. summam -am erepta (CAEL. Cic. epist. 8, 14, 1. LIV. 42, 24, 9 *opp.* iure belli). 3, 102 ab his p. summam -am, p. acerbissimas contumelias plus ... ablatum esse (3, 224 off. 1, 44 VLP. dig. 50, 8, 2, 6 MACER dig. 48, 7, 3, 2). 3, 105. 4, 10. SALL. or. Lep. 2 (*opp.* optumo iure). or. Phil. 15 partum. SALL. (?) rep. 1, 8, 5 alienas *domos* occupando (VLP. dig. 47, 10, 15, 31. COD. Iust. 9, 33, 1 *a. 242*). R. GEST. div. Aug. 26 bello p. -am illato. LIV. 4, 51, 5. 23, 6, 1. 42, 50, 10. GELL. 10, 3, 2 viros virgis p. -am caesos. PAPIN. dig. 20, 1, 3, 1 victus apud iudicium. TRYPH. dig. 20, 6, 13 absolutus. VLP. dig. 4, 2, 3, 1 si p. -am quid fecit ... magistratus (*Bas. 10, 2, 3* ἀδίκως. 47, 10, 32 *syn.* iniuriose. EVGRAPH. Ter. Eun. 858/861 iniuste aut p. -am). 43, 30, 1, 4 iudicatum. 47, 8, 4, 14 verberat. 47, 10, 13, 3. 47, 10, 13, 5 in ... muneribus atque honoribus, quae p. -am iniunguntur. *ibid.* sententiam dixerit. 48, 6, 10 pr. pecuniam ... exegerit (CIL VIII 10570, 2, 21 *a. 180/3*). PAVL. dig. 49, 15, 19 pr. ab extraneis detinebatur. IVST. 9, 4, 8 pulsos. *al.*; *cf. p. 1671, 53.* *per plur.* (*liberius*): TAC. Germ. 35, 2 ut superiores agant, non p. -as assequuntur. ann. 13, 14, 2 quod *imperium* ... p. -as matris exerceret *Nero*. **sine -a** (*sive nude [passive l. 58] sive indicato eo, qui -am accipit; in formulis legum et senatusconsultorum l. 64. p. 1673, 39 sqq.*): CIC. Quinct. 34 s. -a potentiam levem ... esse arbitrantur. Verr. II 3, 194 s. cuiusquam -a factum (*opp.* cum maxima sociorum -a). 3, 201 sociorum. dom. 86 cursum vitae conficere s. dolore et s. -a (*passive i. nulla -a affectum. cf.* off. 1, 35 in pace vivatur. LIV. 1, 32, 4 otium. SEN. dial. 3, 2, 5 irascuntur s. causa et s. -a [nat. 5, 18, 9]. nat. 6, 1, 2. 6, 18, 7. SVET. Aug. 14 incolumis ac s. -a. PORPH. Hor. carm. 2, 19, 19/20 *syn.* sine fraude, sine noxa. *ambigue l. 70*). prov. 10 pactiones s. ulla -a factas. *al.* CAEL. Cic. epist. 8, 8, 9. CAES. Gall. 1, 9, 4 s. maleficio et -a. 4, 8, 2 BELL. Afr. 3, 1. LIV. 41, 22, 6 s. damno -aque ⟨eor⟩um (*cf.* S. C. de nund. salt. Beg. [CIL VIII 11451] 24 s. -a et incommodo. COD. Theod. 1, 6, 7 [= Iust. 1, 28, 3] s. -a ac detrimento ... honoris). *al.* VAL. MAX. 4, 7, 4. SEN. nat. 1, 15, 3 nec s. -a decidens *fulgus* (*cf.* 5, 4, 2 non s. ... -a [6, 32, 8 PLIN. nat. 31, 64 PAPIN. dig. 38, 1, 43 TERT. apol. 40, 4]). *al.* COLVM. 2, 14, 6 s. -a ... etiam cum officio. *al.* PETRON. 107, 3 patimini liberos homines ire s. -a, quo destinant. *et saepe.*

5 *opposita et apposita notabiliora* (*ad notiones speciales v. supra passim*): beneficium (*cf.* SEN. benef. 3, 22, 3 inter se contraria sunt b. et -a [5, 7, 6]): CIC. Verr. II 3, 214 *et passim. nota oxymoron*: TERT. pall. 1, 2 -ae beneficium. commodum: PETRON. 92, 12 TAC. hist. 1, 8, 1. *cf.* LEX conviv. Querol. p. 60, 4 P. -arum commodum (*i. compensationem.* p. 60, 11 -arum merita). contumelia: *v. vol. IV 799, 32 sqq. 800, 17. cf. p. 1668, 22. 1671, 73 et* MAX. TAVR. serm. 77 p. 688ᴰ -arum contumelia. gratia: LIV. 1, 9, 15 TERT. scorp. 6 p. 158, 22 COD. Theod. 14, 17, 3. honor: CIC. Phil. 9, 8 epist. 5, 2, 7 SEN. dial. 2, 19, 1. ARNOB. *p. 1678, 73. al.* incommodum: CIC. Verr. II 3, 74 *et p. 986, 80. 987, 24. supra l. 65.* iniquitas: *p. 1672, 61. 1676, 42.* ius: PLAVT. Rud. 1069 TER. Andr. 214. *et passim. de abl. pro adv. v. p. 1679, 31. per oxymoron* 'ius -ae' *p. 1670, 49. 1671, 82,* 'iuris -a' *p. 1675, 13; cf. p. 1671, 79 sqq. 1674, 27.* iustitia: *p. 1676, 44.*

[Detz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lex: *p. 1679, 9.* meritum: LIV. 21, 20, 5 SEN. benef. 1, 1, 8. *cf. p. 1679, 84 (abl.). 1680, 76.* munus: SEN. benef. 3, 12. 4. 5, 23, 1. 6, 27, 7. officium: COLVM. 2, 14, 6 SEN. epist. 81, 6. violentia: *p. 1676, 50. cf. p. 1677, 54.* vis: CIC. inv. 2, 161. Verr. II 1, 96 eadem ... vi et -a (*abl. modi ut*: LIV. 34, 62, 12 SEN. nat. 6, 9, 1 FLOR. epit. 1, 2, 4). 3, 91 per vim atque -am tuam (Planc. 77. *cf. p. 1680, 33*). *al.* LVCR. 5, 1152 (ius *Q*). LIV. 7, 31, 3. *al. et saepius. cf.* CIC. Verr. II 1, 74 vis ... -ae (3, 45 SEN. epist. 81, 7).

abl. **iniūriā** *pro adv. v. p. 1679, 30.*

deriv.: iniurio(r), iniurius (iniuriosus). *Delz.*

iniūriābilis, -e. *ab* iniuriare (-ri) *sec. gr.* ὑβριστικός. *i. q. quo iniuria infertur, iniuriosus*: CASSIOD. Ios. antiq. 2, 5 p. 41 (*loq. Ioseph ad fratres*) relinquentes unum ex vobis apud me nihil -e passurum (*gr. 2, 106* ὑβριστικόν).

iniūriātor, -ōris *m. ab* iniuriare (-ri), *cf. gr.* ὑβριστής. *i. q. qui iniuria afficit* (*acced. gen. obi. l. 22,* in *c. acc. l. 20*): ITALA II Cor. 7, 12 (*cod.* f *supra lineam textus gr.*, *cod.* g *var. l.*) non propter -em (eum qui fecit iniuriam *f et Vulg.*, e. q. i. f. *g var. l.; gr.* ἀδικήσαντος) neque propter eum qui iniuriam passus est. CASSIOD. Ios. antiq. 19, 1 p. 550 festinemus ... comprimere tantum -em in cives suos *eqs.* (*gr. 19, 42* τοσαύτῃ ... χρώμενον ὕβρει εἰς). IGNAT. Phil. 11, 3 tu (*sc. princeps mundi*) ... -r legis dei et legitimorum inimicus (*gr.* ὑβριστής).

f. **iniūriātrīx,** -īcis *sec. gr.* ὑβρίστρια. *i. q. quae iniuria afficit*: ITALA Ier. 50, 31 (CONC.[S] I 3 Rustic. p. 147, 27) ecce ego ad te -em, dicit dominus (*gr. I 1, 2 p. 93, 9 et LXX 27, 31* ὑβρίστριαν, *vers. Tur.* iniuriantem, *Vulg.* superbe).

iniūriē *v. p. 1685, 21.*

iniūrio,** -āvī, -ātum, -āre *et* **iniūrior**, -ātus sum, -ārī. *ab* iniuria, *cf. gr.* ὑβρίζω. -ra- *l. 43. 45. 81. p. 1682, 53.* SYNON. Cic. p. 437, 5 B. obiurgat, inflat, -at *eqs.* GLOSS. ὑβρίζω. *legitur inde ab* ITALA *praecipue in versionibus ex graeco factis, passim pro* ὑβρίζω (*hoc infra non adnotavi*), ἐνυβρίζω, περιυβρίζω, ἀδικέω, ἀτιμάζω, *singulariter pro* ἐξυβρίζω (*p. 1682, 61*), βιάζω (*p. 1682, 69*), λυπέω (*infra l. 46*), σκώπτω (*p. 1682, 17*); *raro legitur extra* ECCL. **[falso trad.*: LVCIL. 57 (inpuratum *Muretus*). SEN. benef. 7, 31, 1. TERT. scorp. 6 p. 157, 3 (*ed. Gangn., Pawel*).**]**

i. q. ὑβρίζειν:

I *verbum activum*: A *transitive c. acc. (subaud. l. 27. 60. 61. 81. 83. p. 1682, 6) i. q. iniuria afficere* (-ans *pro subst. l. 83. p. 1682, 6,* -tus *pro subst. p. 1682, 4. 5*): **1** *-ant homines*: **a** *alterutrum* (*de stupro p. 1682, 5*): ITALA Is. 13, 3 (Cozza, Sacr. Bibl. vetust. frg. p. 222) ⟨g⟩audentes simul et -rantes *gigantes* (*Hier. in Is. 13, 3 p. 207*[D] contumeliam [*Tycon. reg. 7 p. 50, 17* iniuriam] facientes, *Vulg. aliter*). Ier. 15, 18 (Wirc. *al.*) -antes (-rantes *Wirc. m. pr.*) me (*gr.* λυπούντες, *Vulg. aliter*). 21, 12 (Ps. Aug. spec. 10 p. 363, 11. *al.*) eripite direptum de manu -antis eum (*gr.* ἀδικοῦντος, *Vulg.* calumniantis). 50, 31 (*v. supra l. 27*). Matth. 22, 6 (cod. d) tenentes servos eius -erunt et occiderunt (*Vulg.* contumelia adfectos. *cf.* Luc. 20, 11 [cod. d; *gr.* ἀτιμάσαντες, *Vulg. ut supra*]. act. 14, 5 [cod. d; *Vulg. ut supra*]. *inde* ECCL.). HIL. coll. antiar. p. 65, 27 -ti graviter et male tractati sumus (GREG. TVR. Franc. 4, 13 p. 144, 12. *cf.* MVTIAN. Chrysost. hom. 15. 3 p. 339/340 ferociter. FACVND. defens. 4, 2 p. 613[B] confidentius). OPTAT. 3, 4 p. 85, 3 -tos esse quam plurimos, ... aliquos necatos. VITA Anton. p. 86, 18 perlatores litterarum (*Migne gr. 26, 964*[B]). SCHOL. Stat. Theb. 7, 164 verba Penthei -antis Liberum. AVG. in psalm. 124, 7 p. 1654 (*opp.* honorarent). serm. 46, 13, 31 *bis.* ROMVL. fab. 12 prom. (rec. vet.) per blanda verba ([*rec. gall.* faciunt contumelias, *aliae verss. aliter*]. *cf.* CONC.[S] I 2 p. 80, 17 [= I 3 vers. Tur. p. 105, 24] non verbis perperam vanis -ent [*gr. I 1, 3 p. 20, 5* περιυβριζέτωσαν. CASSIOD. in psalm. 119, 7 non persequens, non -ans, sed honorans v. utique blandissimis]). AVELL. p. 286, 14 patres vel doctores ecclesiae. p. 289, 11 (= FACVND. defens. 8, 5 p. 728[A]) post mortem. p. 565, 13 -ari ... et adnullari. p. 675, 8 contempta est et -ta synodus Chalcedonensis (RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 95, 19 excommunicatione [*gr. I 1, 7 p. 148, 21* περιυβρίσαντες]. EDICT. imp. Iust. de fide p. 95, 27 [*gr. p. 94, 29* ἐνυβριζούσης]. FACVND. defens. 7, 7 p. 710[A] hac contumelia). CONC.[S] I 2 p. 76, 22 (= I 3 vers. Tur. p. 100, 25) sententiā condemnationis (*gr. I 1, 3 p. 16, 34*). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 22, 28 quicumque ... -andi erant (*Isid. Pelus. epist. 4, 179* οἱ ... μέλλοντες ὑβρίζεσθαι), irascendi erant, ut assolent hi qui -antur (*om. gr.*) indigne. CONC.[S] II 3, 1 p. 158, 4 *episcopus* -tus sum (*II 2, 1 p. 69, 10* conviciatus, *gr. II 1, 1 p. 170, 25*). *al.* VITA Alc. Avit. 2 p. 178, 27 pontifices acerrime insidias praetendendo. BOETH. anal. post. 2, 14 p. 757[B] *habent* non tolerare -ti (*infra*: cum -antur [*gr. p. 97b, 24* ἀτιμαζομένων]). VITAE patr. 3, 85 p. 775[C] -ari et affici conviciis (*5, 15, 83 p. 967*[C] contumeliam pati, *gr. Nau 1912 p. 209 n. 324*). 3, 199 p. 804[B] (*ex* 7, 42, 4 p. 1058[A]) nequando -tus aliquis irascatur (*5, 15, 11 p. 956*[A] contumeliis affecta, *gr. Cot. p. 394*[B]). 6, 4, 12 p. 1017[B] *senex* -vit ... iuvenem ...; at ille -tus risit (*cf. p. 1682, 58*). *al.* EPIPHAN. in euang. 27 p. 43, 26 non detrahere, non blasphemare, non -are (-rare *S*), non mentire. CHRYSOST. ed. Froben II 1198[A] tu me -as, ego te glorifico (*cf.* 1198[B]). MVTIAN. Chrysost. hom. 7, 4 p. 289/290 (*iuxta* male dicit *eqs.*). 21, 3 p. 369/370 -antes, accusantes, incusantes (*gr.* ἀδικοῦντες). 25, 2 p. 391/2 noli te ipsum -are (*saepius*). *al.* GREG. TVR. vit. patr. 17, 3 p. 730, 27. NOVELL. Iust. 39, 2 pr. filii sic mirabili matris partu -ti (*gr.* περιυβρισμένοι). 60 tit. ut defuncti ... non -entur a creditoribus (*gr.* ἐνυβρίζεσθαι. *cf.* 60 pr. -are. 60, 1 pr. -ti [*gr.* περιυβρισμένου]). 134, 9, 1 circa castitatem -tae (*i. stupratae*). GREG. M. epist. 13, 50 p. 415, 8 si ... iniuriam ... episcopus ... passus fuerit, -antem lex ... percutiat. *et saepius.*

obi. res ad homines pertinentes: ITALA Is. 53, 3 (Aug. cons. euang. 1, 31, 47 p. 49, 21. *al.*) facies eius -ta est nec magni aestimata est (*gr.* ἠτιμάσθη, *Vulg.* despectus). PS. AMBR. trin. 26 p. 537[C] *carnis infirmitatem.* HESYCH. in lev. 5, 11 p. 837[B] utpote frequenter -ta poenitentia. CONC.[S] I 3 Rustic. p. 90. 7 fidelium ... zelum (*vers. Tur.* iniuriam facio, *gr. I 1, 2 p. 69, 17*). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 13, 36 virginitatis et sacerdotii dignitatem (*Isid. Pelus. epist. 3, 408* ἐνυβρίσαντας). p. 19, 23 -etur *virtus* (*gr. ibid. 5, 223*). p. 40, 23 ad refutandum -andumque illa quae confessus est Petrus (*gr. I 1, 5 p. 126, 10* ἐπ' ... ὕβρει). FLAVIAN. Leo M. epist. 5 (Conc.[S] II 3, 1 p. 8, 6) subvertentes et -antes paternas doctrinas (*II 2, 1 p. 22, 1* vituperantes, *gr. II 1, 1 p. 36, 25* σκώπτοντες). MVTIAN. Chrysost. hom. 7, 4 p. 289/290 *canos* (*opp.* honorari; *gr.* ἀδικῇς). *ibid.* aetatem. NOVELL. Iust. 130, 9 *libertatem* (*gr.* ἐνυβρίζεσθαι. GREG. M. epist. 11, 4 p. 263, 16 (*opp.* honorare). EDICT. imp. Iust. de fide p. 97, 22 quae (*gr. p. 96, 24* τὰ ... ὑβριζόμενα). **b** *trinitatem* (*et res ad trinitatem pertinentes*): ITALA Luc. 18, 32 (cod. d) tradetur gentibus et -bitur et espuent in eum *filium hominis* (*cod. e* deridetur, *Vulg.* illudetur). Hebr. 10, 29 (Mutian. Chrysost. hom. 20, 1 p. 361/2. *al.*) spiritum gratiae ([*gr.* ἐνυβρίσας, *Vulg.* contumeliam fecerit]. PS. AVG. c. Fulg. Rev. Bén. 58, 1948 p. 201, 28 sanctum). HESYCH. in lev. 5, 13 p. 839[D] Christum (CONC.[S] II 3, 1 p. 45, 11 [*gr. II 1, 1 p. 70, 17*]. MVTIAN. Chrysost. hom. 23, 3 p. 381/2). 5, 14 p. 840[B] deus ... -atur (AVELL. p. 274, 7 = 18 [*gr. Diod. Tars. c. Syn. Migne gr. 33, 1560*[C] = *86, 1388*[A]]. CONC.[S] I 2 p. 58, 27 [*I 3 p. 74* = *p. 127, 27* iniuriam passus est, *II 3, 1 p. 210, 25* sustinuit contumeliam, *gr. I 1, 7 p. 95, 13*]. *al.*). 13, 14 p. 932[C] factorem in naturalibus accusationibus. CONC.[S] I 3 Rustic. p. 162, 39 dei naturam (*vers. Tur.* exhonorant, *gr. I 1, 2 p. 75, 5*). I 5 p. 332, 5 rec. Q in -to corpore (*rec. B* sustinentem contumeliam, *gr. Migne gr. 26, 1065*[B]). MVTIAN. Chrysost. hom. 21, 1 p. 365/6 dei gratiam (*gr.* ἐνυβρίσαντα). FACVND. defens. 2, 4 p. 572[A] assumptam ... humanitatem Christi. **c** *varias res*: CONC.[S] I 2 p. 76, 11 (= I 3 vers. Tur. p. 100, 13) legem conculcans ... et -ans ... consequentiam (*infra*: contumeliis ... adfecit, *gr. I 1, 3 p. 16, 22 et 24*). p. 197, 9 rectum -antes iter (*gr. I 1, 4 p. 23, 11* περιυβρίζοντες). GREG. TVR. Franc. 5, 32 tit. de basilica ... -ta per mulierem. PALLAD. hist. mon. II 20, 8 p. 380[A] -a (VITAE patr. 7, 9, 3 p. 1033[A] -are) hunc lapidem, caede eum.

2 *-ant vel -antur bestiae*: ROMVL. fab. 63, 8 rec. vet. pullos suos -ari putantes *lupi ab ovibus* (*rec. gall.* vexari). CASSIOD. var. 10, 30, 6 a quo -tus esse sentitur *elephas.* LEX Visig. 8, 4, 19 si *canem* ad innocentem ... -andum incitavit.

3 *-at res* (*fere i. q. foedare*): CASSIOD. var. 12, 11, 1 *puritas naturae* nullis maculis -ta turpatur.

B *c. dat. i. q. iniuriam facere*: HESYCH. in lev. 15, 1 p. 967[D] dignitati non -are legis. GREG. TVR. Franc. 4, 13 p. 145, 9 quod ... ipsi (-e *var. l.*) -retur *Cautino.*

II *deponens*: A *c. acc. i. q. iniuria afficere*: ITALA IV reg. 17, 4 (codd. n. 91. 94 ed. Beuron.) -tus (-ratus *94*) est eum rex Assyriorum (*gr.* εὗρεν ... ἀδικίαν, *Vind.* iniuriam fecit ei, *Vulg.* deprehendisset). OP. imperf. in Matth. 13 p. 703 qui te innocentem -atur. VITAE patr. 3, 80 p. 774[C] (*ex* 7, 7, 4 p. 1032[A]) quanto plus eum *fratrem* aliquis -batur aut deridebat (*5, 16, 12 p. 971*[B] iniuriis ... appetisset, *gr. Nau 1912 p. 294 n. 336*). 3, 84 p. 775[B] ego te -or et tu rides? (*6, 4, 12 p. 1017*[B] iniurias facio, *cf. p. 1681, 80; gr. deest*). 7, 9, 3 p. 1033[A] (*v. supra l. 42*). NOVELL. Iust. 5, 2, 3 -tus est dei culturam refugiens (*opp.* iniuriam patietur, *gr.* ἐξύβρισε). 8, 10 pr. si eos ... -ari praesumpserint. LVCVLENT. 6 p. 822[D] si aliquis nos laesit vel -tus est.

B *c. dat. i. q. iniuriam facere*: ROMVL. fab. 95 epil. rec. vet. qui infirmis et eorum innocentiae -antur. VITAE patr. 7, 6, 1 p. 1031[A] (*inde* 3, 76 p. 774[A] *perperam, cf. Salonius, Vitae patr. 43 sq.*) qui nulli voluntarie nocet et resistentibus non -atur ..., qui vero aliis nocet aut -atur *eqs.* PASS. Theclae Cb 26 p. 71, 11 noli maculare hospitam, noli -ari dei ancillae (epit. VII 26 p. 164, 20 -are d. ancillam, *Cd* iniuriam facere, *aliae verss. aliter; gr. p. 254, 3* μὴ βιάσῃ).

deriv.: iniuriabilis, iniuriator (-trix).

***iniūriōsus,** -a, -um. *ab* iniuria, *nisi ab* iniurius; *cf.* periuriosus. *deest gen. plur.* *compar. p. 1683, 15. 35.* *superl. p. 1683, 9. 26* (*cf.* perquam *p. 1683, 65,* satis *p. 1683, 63. al.*). NOT. Tir. 32, 53. SYNON. Cic. p. 434, 24 B. GLOSS. ὑβριστής. insectator, procax, convi[n]ciator. *legitur (falso trad.* NAEV. *p. 1685, 22.* TER. *p. 1684, 79) inde a* GRACCH. or. (*adv.*), RHET. Her., CIC., BRVT. Cic. ad Brut. (*adv.*), HOR.; *in poesi postea nonnisi* PRVD. *p. 1684, 5.*

i. q. iniuriam faciens (*in fig. quasi 'litot.' p. 1683, 19. 48. al.; in quem vel quid, indicatur per dat. p. 1683, 19 sqq. 37. 39. 1684, 5,* in *c. acc. p. 1683, 10 sqq. 51. 54. 60,* adversus *p. 1683, 15 sqq.,* erga *p. 1683, 18*): **1** *de animantibus* (*bestiis saepius ap.* ROMVL. fab., *e. g. p. 1683, 25*): **a** *nude ponitur* (*pro subst. l. 84. p. 1683, 6. al.*): SEN. contr. 1, 2, 8 omnis sordida -aque turba huc (*sc. in lupanar*) influit. SEN. dial. 2, 18, 5 poenas exigat a procace et superbo et -o (ITALA Is.

[*Knauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 12 [Cypr. epist. 59, 3 p. 669, 20. *al.*: *gr.* ὑβριστήν, *Vulg.* superbum]. Rom. 1, 30 [Cypr. epist. 67, 9 p. 743, 6; *gr.* ὑβριστάς, *Vulg.* contumeliosos]). VLP. dig. 17, 2, 14 -us et damnosus socius. TERT. adv. Marc. 4, 28 p. 518, 23 *fratrem* (VITAE patr. 5, 16, 5; *gr. Cot. p. 485C* ὑβριστήν). ITALA psalm. 70, 4 (Aug. serm. coll. Morin p. 296, 16. *al.*) de manu facinerosi et -i (*gr.* ἀδικοῦντος, *Vulg.* iniqui). I Tim. 1, 13 (cod. g *al.*, *ECCL.*) blasphemum et persecutorem et -um (*gr.* ὑβριστήν, *Vulg.* contumeliosus). VOPISC. quatt. tyr. 7, 4 *de Aegyptiis* (*cf.* 8, 5 [*epist. imp. Hadr.*] genus hominum . . . -issimum). *al.* **b** *indicatur, in quem* (*cf. p. 1682, 79*): in *c. acc.*: CIC. off. 1, 44 *nimis benigni* in eo peccant, quod -i sunt in proximos. HIL. in psalm. 118 gimel 15 p. 386, 8 ne in quemquam -us existeret (PALLAD. hist. mon. I 6 p. 276B in se [*gr. p. 56, 18 B.* ἑαυτὸν ὑβρίζων]). MYTHOGR. 1, 16 (*opp.* gratiosum). FACVND. defens. 1, 2 p. 533A Ibas tanquam -us in beatum Cyrillum. adversus (-um): SEN. contr. 2, 4, 5 mulier, nescio an a. patrem -ior ⟨sis⟩, quod abstulisti illi heredem an quod dedisti. CALL. dig. 1, 19, 3, 1 quasi tumultuosum vel -um a. colonos. AVG. serm. 360 (*affert* ITALAM I Tim. 1, 13 [*v. supra l. 7*]). erga: RVFIN. Orig. in Rom. 8, 5 p. 1173A non est -us Moyses . . . e. electos *dei*. *dat.*: PORPH. Hor. carm. 2, 8, 18 ostendit etiam illis amatoribus gratam eam *dominam* esse, quibus fuerit -a. COD. Iust. 6, 6, 7 (*a. 286*) paternos . . . libertos . . . -os tibi fuisse ferendum non est (LEX Visig. 5, 7, 9 *et* 10 manumissori). 9, 51, 8 (*s. IV*). QVODV. haer. 6, 8 p. 1111 an forte -us *Christus* patri iudicandus est et ingratus? (SALV. gub. 5, 9). ROMVL. fab. 42, 1 (rec. vet. *al.*) calvo fuit musca -a (rec. W *antea*: qui sibi -i sunt). SALV. gub. 4, 35 -um nobis deum existimamus, cum ipsi -issimi deo sumus (6, 53). 6, 24. LEX Visig. 9, 3, 3 altario.

2 *de rebus fere ad animantes pertinentibus* (*singulariter de ventis infra l. 83; usu latiore v. sub b*): **a** *vi strictiore c. respectu laesionis per iniuriam factae*: **α** *incorporaliter* (*de maledictis, conviciis sim. l. 44 sqq. 72 sqq.*): Ⓘ *c. subst.*: RHET. Her. 2, 12, 17 ratio refelletur, si aut falsa erit aut inutilis aut turpis aut -a. 4, 25, 35 avaritia *est* -a adpetitio alienorum. CIC. leg. 1, 40 -a facinerosaque vita. SEN. contr. 9, 5, 6 vis (TERT. spect. 18 vires aut -ae aut vanae). 10, 1, 12 multo . . . hoc -ius est (SIDON. epist. 9, 9, 3). SEN. benef. 6, 27, 7 votum tuum aut supervacuum est aut -um, immo -um, etiam si inritum. PAVL. dig. 49, 15, 19, 5 ne contrarium ius non tam ipsi *servo* -um sit . . . quam domino damnosum constituatur. TERT. anim. 56, 2 moram eius *sepulturae* -am animabus incusavit *Homerus*. adv. Marc. 1, 23 p. 322, 9 bonitas (*syn.* iniusta). ITALA prov. 20, 1 (Ps. Aug. spec. 52 p. 526, 1 *S* = Ps. Isid. test. RevBén. 45, 1933, 133) proterva res est vinum et -um ebrietas (*gr.* ὑβριστικόν, *Vulg.* tumultuosa, *Ps. Aug. var. l. et Ambr. off. 2, 109 p. 133A* contumeliosa). IVST. 18, 7, 16 exilii. SCHEM. dian. 2 dicturi aliquid, quod arrogans aut -um esse videatur; . . . -um . . . dictum apud . . . Ciceronem (*al. cf.* Ps. ASCON. Verr. p. 248, 1 verbum [PALLAD. hist. mon. I 10 p. 286C; *cf. gr. p. 74, 1 B.* λοιδορεῖ]. RVFIN. Basil. reg. 41 omnis sermo *infamans* . . . maledicus est [*gr.* λοιδορία], etiam si videatur non esse -us [*gr.* ῥῆμα . . . ὑβριστικόν]. AVG. pecc. mer. 1, 35, 66 p. 66. 24 ut convicia parvulorum . . . -a non sint. in psalm. 90 serm. 1, 5 non est . . . -um nomen gallinae. *al.*). EXVP. 4 lex -a erat in veteres cives. HIL. coll. antiar. p. 101, 2 -ae pro dei confessione tolerantiae. RVFIN. Clement. 5, 19 *qui* nomen . . . -a conditione violaverit. AVG. civ. 8, 21 p. 352, 8 D. religiosam erga deos Platonis prudentiam et in deos -am libidinem *daemonum*. SVLP. SEV. chron. 2, 45, 2 custodia. VICTRIC. 13 subiectionis. COD. Theod. 6, 5, 1 nihil est tam -um . . . quam usurpationis ambitio. CONC.S I 2 p. 87, 16 (= I 3 vers. Tur. p. 171, 32) charta (*gr. I 1, 3 p. 8, 10* ὑβριστικῷ). COD. Iust. 8, 48, 6 rhapismata. 11, 68, 1 (*a. 425*) nominatione. *al.* Ⓘⓘ -um est (fit *l. 66*, putatur *l. 67*): *c. (acc. c.) inf.*: CIC. leg. agr. 1, 14 ab invito emere -um esse. Balb. 24 in socios . . . et in . . . foederatos -um et contumeliosum est . . . praemiis . . . exclusos esse fidelissimos . . . socios. SEN. epist. 70, 28 rapto vivere. IVLIAN. dig. 25, 3, 1, 14 esse satis -um ait, . . . suum heredem ei nasci (COD. Iust. 6, 57, 5, 1 s. -um, s. acerbum et . . . indignum). COD. Iust. 3, 32, 6 (*a. 239*) tibi vel omnes (*possessiones*) tradi *eqs.* 4, 10, 3 (*a. 286*) conveniri colonos . . . perquam -um est. ARNOB. nat. 6, 9 quid fieri potis est -ius contumeliosius durius quam . . . ? ZENO 1, 7, 2 -um . . . putabitur, deo indicare quod noverit (ENNOD. opusc. 3, 2 p. 331, 13). SIDON. epist. 6, 2, 2. *c.* ut: AVG. discipl. 10, 11 indignum est, -um est, ut sapientia pecuniae comparetur. *c.* quod: ENNOD. opusc. 3, 45 p. 342, 8 ne -um putetis q. grandaevos . . . puer appellat. Ⓘⓘⓘ *neutr. pro subst.* (*cum indefinitis praeter l. 76*): COD. Iust. 9, 35, 5 (*a. 290*) non convicii consilio te aliquid -um dixisse (VAL. CEM. hom. 5, 3 p. 707B proferat. CASSIOD. Didym. in Iac. 3, 2 p. 6, 5 a. vanum aut risibile aut -um dicere). CLAVD. DON. Aen. 12, 310 p. 590, 12 dicere potuit . . . alia aut bona aut -a. RVFIN. Orig. in gen. 3, 5 p. 46, 15 qui . . . -a (*eqs.*) . . . proloquitur. AVG. conf. 5, 8, 14 multa -a faciunt *scholastici*. in euang. Ioh. 115, 5 quae -a Christo Pilatus . . . ingessit. CONC.S I 2 p. 35, 9 (*cf.* I 3 vers. Tur. p. 60, 5) episcopi non iniuriae causa missi nec -um quiddam ⟨agere⟩ (*gr. I 1, 2 p. 12, 3* ἐφύβριστον). VAL. CEM. hom. 5, 7 p. 709C nihil -um improbus sermo confingat (EDICT. imp. Iust. de fide p. 97, 9 dixisse [*gr.* ὕβρεως ἐχόμενον]). **β** *corporaliter de ludibrio, violatione sim.* (*cf. p. 1684, 47*): HOR. epod. 17, 34 donec cinis -is aridus ventis ferar (SCHOL.: qui . . . iniuriam faciunt omnibus rebus). carm. 1, 35, 13 -o ne pede proruas stantem columnam. PLIN. nat. 17, 227 circumfossor -o ictu verberavit . . . radices.

b *vi latiore*: **α** *fere i. q. noxius, molestus*: HIL. in psalm. 132, 1 bona est tolerantia iniuriae . . ., sed iucunda non est; illic enim -um perfectae virtutis officium est. PRVD. perist. 10, 594 -a est nil videnti claritas. CONSVLT. Zacch. 3, 3 p. 102, 28 ut somnus non agi videatur -a brevitate, sed pelli. COD. Theod. 8, 11, 1, 1 necessitatis. **β** *fere i. q. indignus*: PS. AMBR. serm. 63, 5 (= MAX. TAVR. serm. 112) dum aedes suas -as putat *centurio*, magis eas honorificas fecit et gratas. *? acc. n. pl.* **iniūriōsa** *pro adv. (sec. gr.)*. *i. q. iniuriose*: CONC.S II 3, 1 p. 6, 16 (= p. 7, 15; *de origine Christi*) nec possumus -a (-e *var. l.*) perscrutari qui iubemur honorem dare (*gr. II 1, 2 p. 46, 3* ἐφύβριστα).

adv. ***iniūriōsē.** *compar.* CIC. *l. 23.* NON. *l. 41.* RVFIN. Orig. in Rom. 8, 5 p. 1173A -ius compellasse; *superl.* AVG. divers. quaest. 82, 1 OROS. hist. 4, 14, 2. GREG. TVR. *l. 49.* *de notione*: NON. p. 124, 33 (*v. p. 1685, 23*). SYNON. Cic. p. 430, 24 B. GLOSS. ἀδίκως. [*dub.*: NAEV. *p. 1685, 22.* AMM. 26, 8, 2 -e (*edd. vett.*, iniuria se [iniuriosa *m. 3*] *V*, inrisive *Novák, Clark*) conpellabatur (*cf. l. 15*). ROMVL. fab. 27, 23 rec. gall. (*MF pro* invidiose).]

i. q. cum iniuria: **1** *c. verbis*: GRACCH. or. frg. Char. gramm. p. 262, 19 B. nequaquam -e nobis contumeliam imponi sinatis. CIC. Manil. 11 mercatoribus aut naviculariis nostris -ius tractatis (VAL. MAX. 2, 9, 2 illo *crimine* coniugalia sacra spreta tantum, hoc etiam -e tractata sunt. COLVM. 1, 8, 17 POMPON. dig. 1, 2, 2, 24. ITALA Marc. 12, 4 [cod. a; *gr.* ἠτίμασαν, *Vulg.* contumeliis affecerunt]. VITAE patr. 5, 16, 7 [*om. gr.*]). ad Q. fr. 1, 1, 21 qui in magistratibus -e decreverant (CONC.S I 3 vers. Tur. p. 117, 11 -e et non rationabiliter [*gr. I 1, 3 p. 48, 17* ὑβριστικῶς]). BRVT. Cic. ad Brut. 1, 13 (= 9, 21 Sj.), 1 *Lepidus* si eripuerit se nobis, quod velim temere atque -e de illo suspicati sint homines. LIV. perioch. 47 p. 53, 11 contenderat. VLP. dig. 7, 1, 27, 1 ne . . . contumeliose -eve utatur usufructu (*cf.* AVG. doctr. christ. 2, 40, 60 perverse atque -e . . . abutuntur). 47, 10, 32 nec magistratibus licet aliquid -e facere (*cf.* SERV. auct. Aen. 8, 570 fiat). PAVL. dig. 44, 7, 34 pr. qui servum alienum -e verberat. COD. Iust. 3, 34, 5 (*a. 246*) si quid pars diversa contra servitutem aedibus tuis debitam -e extruxit. 5, 16, 10 (*a. 239*) res pater defuncti -e abstulit (AVG. epist. 153, 22 ut remissa iniuria, quod -e abstulit, reddat. 153, 23). EPIST. imp. Philipp. (CIL III 14191) 4 ⟨si⟩ quid -e geratur. NOVATIAN. trin. 28 p. 941A potatus *Christus*. LAMPR. Alex. 59, 8 cum -e . . . multa dixissent (NON. p. 330, 20 -ius. DON. Ter. Eun. 833, 2 *opp.* honorifice. SERV. Aen. 4, 543. 7, 578. AVG. epist. 153, 15 *opp.* veraciter). AVSON. 461, 2 p. 401 P. *Vlixes* ab Antinoo -e afficitur. MAXIMIN. c. Ambr. 97 ut eos -e iam adversis inimicisque sensibus inlideretis. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 32, 28 a vobis -e ac violenter expulsus sum. CONC.S II 3, 1 p. 71, 22 haereticum me -e . . . vocantis (*II 2, 1 p. 49, 38* contumeliose, *gr. II 1, 1 p. 94, 27* ὑβριστικῶς). *al.* *spectat ad laesionem corporalem* (*cf. p. 1683, 82*): CASSIOD. var. 12, 4, 5 non calcibus -e tunditur *vinum*. GREG. TVR. Mart. 3, 1 una mihi ex aristis . . . piscis -issime adhaesit in gutture (*infra*: illa quae iniuria(m) faucibus intulerant). **2** *c. adi.*: AVSON. 192, 30 p. 51 P. digna nequiens promere officium colo, -e sedulus.

cf. Onom.

iniūrium *v. p. 1685, 1.*

iniūrius, -a (*?*), -um. *ab* iniuria. *adhibentur formae* -us *et* -um (*m., n.*), *? f. sg.* -a *l. 59. 61. 75. p. 1685, 19*; *pro superl. accedit* vehementer SYMM. epist. 2, 54, *cf.* periniurius. *de notione* (*cf. p. 1685, 9*): SERV. Aen. 9, 107 (= ISID. orig. 5, 26, 10) iniuria est ⌊ἀδίκημα, id est⌋ (*om. Isid.*) iniustitia; hinc est apud comicos -us (-a's *Isid.*, *cf. infra l. 75*), qui audet aliquid contra ordinem iuris (*inde quodammodo pendere videtur* GLOSS. ALMA 4, 1928, 149 -a: dicitur virtute iniusta). GLOSS. ἄνομος. ἄδικος. iniquus. iniustus. *vox antiqua* PLAVTI *et* TER. *propria, post quos occurrit singulis locis ap.* CIC., LIV., FRONTONEM, APVL. *et paulo crebrius saeculis posterioribus ubique in sermone pedestri* (*poetae adhibent* iniuriosus *p. 1682, 77*). [*falso editur n. pl.* -a: ITALA apoc. 22, 11 *bis* (cod. g, *cuius imago phototypica praebet* iniuriã *et* -am). AMBROSIAST. in II Cor. 7, 12 p. 306B (iniurias *cod. antiquiss.*). PASS. Caesar. (BHL 1511) 18 (iniuriam *var. l.*). *cave huc trahas etiam* TIRONEM *p. 1671, 20.*]

i. q. iniuriam faciens (*in fig. quasi 'litot.' p. 1685, 2. 12. 16. al.*): **1** *de hominibus*: PLAVT. Curc. 65 -u's (-um est *codd. deficiente A*), qui quod lenoni nulli est id ab eo petas (SYMM. epist. 1, 41 vereor, ne me -um putes, qui *eqs.*). Epid. 551 inique -u's. Merc. 54 *pater dicit* intemperantem, non modestum, -um trahere, exhaurire me quod quirem ab se. Mil. 436 Diceae nomen est. :: -a es[t], . . . ἄδικος es tu, non δικαία, et meo ero facis iniuriam (*v. app. crit. et l. 59*). Rud. 1152 ius bonum oras. :: edepol haud te orationem, nam tu -u's. TER. Andr. 377 ipsus sibi esse -us videatur, neque id iniuria (DON.: iniustus). Haut. 320 multimodis -us (iniuriosus *Eugraph.*), Clitipho, es. IVLIAN. AECL. in Iob 22, 2 p. 380 si . . . minime reus es, qui te afflixit, probatur -us. 24, 12 p. 385 tyrannicae dominationis est . . . -um in loco iuris exsistere. PS. THEODOT. hom. 6, 12 p. 1427D -us violator. BOETH. cons. 2, 1, 17 W. diff. top. 4 p. 1210B in top. Cic. 1 p. 270, 16 ENNOD. epist. 2, 12, 4 p. 52, 10.

[*Knauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *de rebus*: a *praedicative* -um (est), videtur (*l. 15*): Plavt. Cist. 103 nihil amori -um est ([amore *P et fort. A, unde* nihil amore iniuriust *Dousa*]. Fronto p. 120, 1 N. n. est ita durum aut ita -um, . . . quin *eqs.*). 374 me respondere postulas? -um est. Ter. Ad. 106 id laudi ducis, quod tum fecisti inopia? -um est. 205 id . . . possum ferre . . ., quamquam -um est. Cic. off. 3, 89 negat (*Hecaton*), quia sit -um. *c. (acc. c.) inf.*: Plavt. Aul. 699 me illi irasci -um est. Ter. Hec. 71sq. eandem -um est esse omnibus. :: -um autem est ulcisci adversarios? (Don.: '-um' iniquum. '-um' autem indignantis modo significatio est et vim adverbii habet. *cf.* Schol. Ter. p. 74, 24). Liv. 43, 5, 5 indicta causa damnari absentem consularem virum -um esse. Apvl. met. 11, 6, 5 nec -um, cuius beneficio redieris ad homines, ei totum debere, quod vives. Avson. 335 p. 198, 36 P. -um est de poeta male sobrio lectorem abstemium iudicare. Symm. epist. 1, 36 magnopere flagitare (1, 97 videtur -um f. officia). 2, 54. Sidon. epist. 5, 4, 2 silentii vestri invidiam verti non -um est. Ennod. dict. 8, 9 p. 79, 13 paene . . . non -um est vinci prosapiem. *c.* ut: Sidon. epist. 7, 1, 7 non -um est, . . . ut nobis . . . veniat pars patrocinii. *?* **b** *adiective*: Vvlg. II Petr. 2, 7 a nefandorum *Sodomitarum* -a conversatione (*gr.* ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφῆς, *de varr. ll. v. Wordsworth-White ad l.*).

adv. **iniūriē.** *i. q. cum iniuria*: Naev. trag. 37 oderunt di homines †iniuriose (iniuros *Bothe*, iniustos *Havet, ALL 3, 1886, 282*). :: egone an ille -e facimus? (Non. p. 124, 33 *ad l.*: '-e' dictum pro iniuriose).

cf. iniuriosus. *compos.*: periniurius.

[**1. iniūro(r)** *v.* iniurio(r). **2. iniūro**: Lex colleg. aq. (CIL VI 10298) 17 qui -verit ('*einschwören*' *Mommsen, Ges. Schr. III 112, sed postea emendavit* ni iuraverit).]

iniūrus, (-a, -um). *ab* in *et* ius *sec.* illex *sim. a* Plavto *formatum videtur; cf.* periurus *et gr.* ἄδικος. Pavl. Fest. p. 110 '-um' periurum. [*e coni. dub. l. 3. 22.*]

i. q. iure carens, ἄδικος: Plavt. Persa 408 oh, lutum lenonium . . ., impure, inhoneste, -e (*P, Non.*; periure *A*), inlex, labes popli *eqs.* (Non. p. 447, 4 *ad l.*: hoc est vivens sine lege, sine iure).

inius *v.* ahenus. *Knauer.*

ᵡ**iniussū** *m. abl. defect.* *ab* in *et* iussu. *?* -o: Spart. Hadr. 5, 6 (*P*, -u *cod. Vat. 1899*, iussu *Σ fort. recte*). *inde a* Ter., Catone; *adamant* Cic. (23^{ies}), Liv. (30^{ies} *in prima decade*, 18^{ies} *in cett. libris, bis in* perioch.), Dig.; *rarescit post saec. III; in poesi praeter* Ter. *nonnisi ap.* Ivvenc. [*e coni. dub.*: Cic. Catil. 4, 10 (*pro* iussu). Cod. Theod. 9, 42, 19 (*pro* in ius). *falsa var. l.*: Liv. perioch. 64 p. 76, 15 (*pro* invisi).]

i. q. sine iussu (*agunt animantes praeter l. 54; nota* '-u iubere' *l. 57 et fig. litot. inde a* Ter. *l. 47 passim*):

1 *c. gen. vel pron. poss.* (-u *anteponitur attributis suis praeter* Sall. *l. 59,* Liv. *l. 64. 71. 72 bis,* Pavl. Nol. *l. 52*): **a** *in vita privata*: Ter. Hec. 562 incendor ira esse ausam facere haec te -u meo (704 puerum . . . non tollent. Phorm. 231 Cic. Att. 13, 21, 4. *cf.* Tusc. 1, 74 suo *dei*). Cato agr. 5, 3 -u domini credat nemini *vilicus* (143, 1 d. aut dominae. 144, 1 d. aut custodis. Varro rust. 1, 16, 5 [*antea*: -u vilici]. Vlp. dig. 47, 10, 15, 34 [*edict. praet.*]. Ivvenc. 2, 492 [sine iussu *M, cf. Matth. 10, 29* sine patre vestro. *eodem spectat* Pavl. Nol. epist. 5, 10 cuius -u, *ubi* sine c. iussu *LM*]). Cic. rep. 6, 15 *dei*. Iavol. dig. 24, 3, 66, 6 (*ex Labeone*) uxoris. Pavl. dig. 24, 3, 25 pr. patris. -u *agunt res*: Fronto p. 114, 26 N. si ultro, si -u atque invocatu meo venerint *verba*. **b** *in vita publica* (*per imaginem l. 67*): -u *populi, senatus sim.*: P. Scaev. Cic. dom. 136 -u populi (Cic. inv. 1, 56 iubeatis. Verr. II 2, 14 p. ac senatus [*coniungitur ut*: 3, 19. *al.* Liv. 1, 49, 7 perioch. 64 p. 76, 10. *cf.* Cic. Verr. II 3, 17 tua sponte -u p. sine s. auctoritate. Sall. Iug. 39, 3 suo *senatūs* atque p. -u]. leg. agr. 2, 27 p. aut plebis. *al.* Rvt. Lvp. 2, 11 [*ex Lycurgo*]. Liv. 9, 10, 9 p. Romani Quiritium [30, 37, 4]. *al. cf.* Cic. Balb. 34). Cic. Verr. II 4, 85 senatus (div. 2, 112. Liv. 9, 46, 7 s. aut tribunorum plebei. *al. cf. l. 57*). Rab. perd. 12. dom. 127 plebis (128. *cf. l. 60. 62*). Liv. 39, 55, 2 gentis -u. -u *magistratuum, imperatorum sim.* (*cf. l. 62*): Cic. Quinct. 82 -u praetoris (Liv. 24, 31, 3. 25, 21, 1 [iussu *codd. vett.*]. Cels. dig. 36, 1, 2. Papin. dig. 27, 1, 24 [= Frg. Vat. 225]). Cato 73 (*cf. Philolai 44 B 15 D.-K.*) imperatoris, id est dei (Bell. Afr. 82, 4 Liv. 7, 12, 13. *al.* Pavl. sent. 5, 29, 1). epist. 3, 8, 4. Caes. Gall. 1, 19, 1 non modo -u suo (*Caesaris*) et civitatis, sed etiam inscientibus ipsis (5, 28, 3 Caesaris [Bell. Afr. 82, 3]. civ. 3, 89, 5). CIL I^2 p. 192 n. VIII. Liv. 2, 12, 4 consulum -u (2, 32, 2 -u c. Val. Max. 2, 7, 5 [*inde* Frontin. (?) strat. 4, 1, 32]). 10, 3, 8 dictatoris -u (23, 19, 7 *eadem collocat.*). *al.* Cvrt. 4, 13, 19 ducis (Frontin. [?] strat. 4, 1, 38 [iussu *P*]). 7, 6, 12 regis. Vlp. dig. 48, 4, 1, 1 principis (Marcian. dig. 48, 4, 3). Pavl. dig. 48, 13, 11, 5. *?* Spart. *l. 36.*

2 *nude ponitur* (*post gen. l. 80. 81. 83; falso trad. p. 1686, 21*): Bell. Afr. 61, 3 -u (-i *RV*) ac temere longius progressi. Liv. 2, 43, 9 -u (-i F^1H) signa referunt. 2, 44, 11 -u in castra reditum. 2, 45, 8 si quis -u pugnaverit (5, 19, 9. 7, 12, 12. *cf.* 4, 32, 11). 3, 20, 3 conventuros se iussu consulis nec -u abituros ([22, 38, 3]. 10, 38, 3 qui . . . non convenisset ad imperatorum edictum quique -u abisset. 40, 35, 7). 3, 63, 5. 4, 29, 5. 10, 4, 9. Iavol. dig. 34, 2, 39, 2 si -u translatum esset *argentum* (*antea*: iussu testatoris). Nepotian. 16, 4 -u in hostem processerat (-u suo *Kellerbauer, cf. Val. Max. 2, 7, 6* non tuo iussu).

iniussus, -a, -um. *ab* in *et* iussus; *cf.* iniussu *et v. Norden, Aen. VI^2 p. 235. Heinze ad Hor. sat. 1, 3, 3.* Gloss. -us: ἀκέλευστος. αὐτόματος. αὐτοφυής. non missus (iussus *Goetz*). -a: non iussa. *cf. l. 11. 20.* *inde ab* Hor., Verg., Sen. *utroque.* [*falso trad. p. 1685, 77. 78.* *dub.*: Val. Fl. 6, 499 (invisa *M*).]

i. q. non iussus (*'vetitus' ? l. 35: adhibetur in fig. litot. l. 29. 33. 34*): 1 *pro adi.* (*praedicative pro adverbio praeter l. 17. 27*): a *de hominibus*: Hor. sat. 1, 3, 3 hoc vitium est cantoribus, . . . ut . . . -i numquam desistant (*opp.* rogati). Verg. Aen. 6, 375 (*ad Palinurum inhumatum*) ripam *infernam* . . . -us adibis? Lvcan. 7, 38 te . . . flesset . . . iuvenisque senexque -usque puer (Adnot.: sponte. Comment.: non coactus). Heges. 3, 17 p. 219, 18 non praevaricabor . . . legem tuam, ut moriar -us; expecto ut iubeas. 5, 38, 2 -i ascenderant *milites* (*gr. 6, 182* δίχα παραγγέλματος. Avg. civ. 1, 26 p. 42, 1 D. *opp.* iussus). **b** *de bestiis*: Hor. epod. 16, 49 -ae veniunt ad mulctra capellae. Ps. Qvint. decl. 13, 15 p. 261, 9 *cetera animalia* tantum coacta prosunt *homini;* apes faciunt -ae. Ambr. hex. 5, 15, 50 -o et voluntario usu grues . . . exercent custodiam. Obseq. 60^a bos sacra -a . . . adnatavit. **c** *transl. de rebus* (*acced.* velut *l. 25*): Verg. georg. 1, 55 -a virescunt gramina (Serv.: sua sponte. Brev. Expos.: sine studio. Schol. Bern.: s. st., sine cultura. *cf.* Colvm. 10, 16 -i [k^1, -a *SA*, -u *cett.*] consternitur ubere mali *terra*. Ennod. opusc. 3, 138 p. 366, 21 [*in imag. de herbis inutilibus*] spinas atque -a plantaria campus adportat). Sen. contr. 2 praef. 2 (*de splendore voluntario orationis*) cum verba velut -a fluerent. Sen. epist. 11, 7 *rubor et verecundia* sui iuris sunt, -a veniunt, -a discedunt. 57, 6 alacritas rediit incogitata et -a. 66, 17 omne honestum -um incoactumque est. Lvcan. 6, 78 -a (invisa V^1) . . . tela vagantur (Comment.: sine commissione dimicatur bellorum). Stat. silv. 3, 3, 55 servit luna nec -ae totiens redit orbita lucis (*i. solis*). Clavd. rapt. Pros. 3, 129 invito prorumpunt flumina (*sc. lacrimae*) vultu -aeque (invis- *var. l.*) manus . . . pectora tundunt.

2 *n. pl. pro subst.* (*c. negat. l. 33. 34*): Verg. ecl. 6, 9 (*inde* Avson. 351, 10 p. 209 P.) non -a cano. Salv. gub. 6, 54 -a praesumpsit *Oza*. Alc. Avit. carm. 3, 309 dum ⌊non -a⌋ (iniusta *var. l.*) petuntur (⌊⌋ *i. 'plane iussa'; -a 'vetita' intellegunt Peiper, Goelzer*).

van den Hout.

iniūstē *v. p. 1689, 34.*

ᵡ**iniūstitia,** -ae *f.* *ab* iniustus, *cf.* iustitia *et* iniuria, ἀδικία.

de notione: Cic. inv. 2, 165 iustitiae -a *contraria est* (Gell. 7, 1, 4 quid aliud i. est quam -ae privatio? *al.*). off. 1, 23 sqq. Pavl. coll. Mos. 2, 5, 1 (*suppl. ex* Inst. Iust. 4, 4 pr.) *v. p. 1668, 8.* Serv. *p. 1668, 14.* Pelag. in Rom. 1, 18 ut impietas ad iniuriam dei, -a vero ad omnia peccata pertinere videatur. Severin. doctr. p. 128 (*enumerat -ae opera*). Isid. diff. 1, 172 delictum quidam leve putaverunt esse peccatum . . ., -am vero immane aliquod saevumque commissum. Gloss. ἀδικία (*respondet infra in exemplaribus graecis, ubi nihil aliud adnotatur*).

legitur ap. Plavt. (*semel*), Ter. (*bis*), Cic. (inv. *semel,* philos. *saepe*), Gell. *et passim inde a* Tert., *maxime in scripturis sacris et ecclesiasticis* (Hier. *in libris sive translatis sive retractatis praefert* iniquitas, *quod ad* Italae *singulos locos infra non adnotavi*), *post comicos veteres non iam in poesi. hic illic successisse videtur* iniuria (*v. p. 1676, 35*).

i. q. iniustus animus sim., ἀδικία, *iniquitas*: 1 *sing.*: Plavt. Merc. 47 perfidiam, -am lenonum. Ter. Haut. 134 (*loq. Menedemus*) eum *Cliniam* ego hinc eieci miserum -a (*i. inhumanitate*) mea. Ad. 303 (*queritur Geta statum Pamphilae*) vis, egestas, -a (Schol. Bemb.: amatoris. *falso* Don.: iudicum), solitudo, infamia. Cic. rep. 1, 64 (*Tarquinii; opp.* iustitia *Romuli*). 2, 63 (*decem virorum*). 3, 26. fin. 3, 39 stultitiam . . . et timiditatem et -am et intemperantiam (*cf.* 4, 21 insipientiam, -am. Tusc. 4, 42 [*doctrina peripateticorum*] -am . . . ignaviam . . . intemperantiam. nat. deor. 3, 71 -ae . . ., intemperantiae, timiditatis. *v. et p. 1687, 54*). Tusc. 3, 17 qui propter avaritiam clam depositum non reddidit, quod est -ae. Tert. adv. Marc. 3, 14 p. 399, 8 (*cf.* Ps. Tert. adv. Iud. 9 l. 123) dolum et asperitatem et -am. 4, 23 p. 497, 16 -am increpationis. *al.* Itala lev. 18, 17 (Lugd.; *cf.* 18, 15) confusionem uxoris . . . non denudabis: . . . -a est *sc. fornicatio* (*gr.* ἀσέβημα, *Vulg.* coitus incestus). Is. 33, 15 (Tert. adv. Marc. 4, 34 p. 537, 20) -am et iniquitatem (*gr.* ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν, *Vulg.* avaritiam ex calumnia). 57, 1 (*ibid.* 3, 22 p. 415, 22 scorp. 8 p. 160, 23 Cypr. testim. 2, 14) a persona (facie *var. l.*) . . . -ae sublatus est (perit *var. l.*) iustus ([*Vulg.* malitiae]. *gen. pro adi. ut*: Luc. 16, 9 [*ibid.* 4, 33 p. 530, 4] de mamona -ae [iniquo *cod. a al.; Tert. l. c. postea affert 16, 11* in mamona iniusto]. *al. cf.* Lvcif. moriend. 12 p. 310, 16 qui ausus fueris homo totius -ae iustum te aestimare. Cassiod. hist. 10, 19, 1 huius . . . -ae causas [*Theodoret. 5, 34, 10* ταύτην . . . τὴν ἀδικίαν]). *al.* Cypr. unit. eccl. 21 -am . . . insolentiam . . . perfidiam. Lact. inst. 4, 16, 12 peccata et -am (-as *V, edd. vett.*). Amm. 18, 5, 1 iurgando contra potentes se . . . -a frangi (*sc. iudicum. cf. l. 56. p. 1687, 16 et* Vvlg. Is. 10, 1). Cod. Theod. 11, 30, 12 si ad exactionem annonariam nominatus de -a queratur. *et passim.* *transit in notionem metonymicam de iniustis*: Amm. 29, 1, 44 huc usque (*sc. ad vitam otiosam*) -a tetenderat manus. *nomen putei*: Itala gen. 26, 20 (Ambr. Isaac 4, 20) *Isaac* vocavit nomen eius *putei* -am (*aliae verss.* Iniquitas, Iniuria; *Vulg.* Calumniam).

2 *plur.*: Itala psalm. 88, 33 (Hier. epist. 21, 34, 6) visitabo . . . iniquitates eorum et . . . -as eorum ([*gr.* ἀνομίας . . . ἁμαρτίας, *Vulg.*

[Busch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. . . . peccata, *Hier. psalt. sec. Hebr.* scelera . . . iniquitatem]. Mich. 7, 18 [Tert. adv. Marc. 4, 10 p. 445, 6; *gr.* ἀδικίας . . . ἀσεβείας, *Vulg.* iniquitatem . . . peccatum]. CLEM. ad Cor. 60, 1 [*gr.* ἀνομίας . . . ἀδικίας, *seq.* peccata et delicta]. HIL. trin. 12, 44). Ier. 11, 15 (Iren. 4, 17, 3; *gr.* κακίας, *Vulg.* malitias). Ezech. 18, 21 (Didasc. apost. 15, 18, *cf. Tidner, Komm. p. 73 sq.; gr.* ἀνομιῶν, *Vulg.* peccatis). Dan. 4, 24 (Cypr. eleem. 5). 9, 24 (Ps. Cypr. pasch. 13). IV Esdr. 7, 35 (p. 144 Violet, *cf.* VVLG.) iustitiae vigilabunt et -ae non dormibunt (*gr. deest*). VVLG. psalm. 36, 7 (*gr.* παρανομίας). 57, 3 (*gr.* ἀδικίαν. *item pro sing. gr.*: PSALT. Rom. 31, 5 [*gr.* ἀνομίαν, VVLG. -am, *Hier. psalt. sec. Hebr. al.* iniquitatem]). 106, 17 (*gr.* ἀνομίας). Sirach 10, 8 propter -as et iniurias et contumelias et diversos dolos. 35, 3 RVFIN. Orig. princ. 1, 5, 4 SACR. Leon. p. 16, 17 VEREC. in cant. 1, 4. IGNAT. Rom. 5, 1 (*gr.* ἀδικήμασιν). *cf. p. 1686, 76.*

? abl. -ā *pro adv. i. q. iniuriā*: TERT. adv. Hermog. 11 p. 138, 11 iudicium frustra constituit deus, -a utique puniturus (*sequentia corrupta sunt*). adv. Marc. 2, 20 p. 363, 9 (*Kroymann e coni. dub.*).

deriv.: iniustitium.

iniūstitium ἀδικία GLOSS. III 451, 82. 482, 5. *ab* iniustitia, *cf. Gloss. II 530, 53* iustitium δικαιοσύνη. *v. et* iniurium (*p. 1685, 1*) *necnon* ignominium *sim.*

***iniūstus**, -a, -um. *ab* in *et* iustus. *compar. inde a* TER., *superl. inde a* CIC.; *pro superl. acced.* nimis *p. 1688, 47. litt. gr.*: GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A. NOT. Tir. 55, 57. *de -i- loco consonantis posita v.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 29, 25 DOSITH. *ibid.* VII 387, 8 CHAR. gramm. p. 9, 1 B. *de notione*: CIC. leg. 1, 42 *legem* qui ignorat, is est -us, sive est illa scripta uspiam sive nusquam *eqs.* (*cf.* fin. 3, 67 = *Chrysipp. frg. mor. 371 Arnim*). HIER. in Gal. 4, 4 p. 372D ἄδικος . . . iniquus sive -us *dicitur*. GLOSS. ἄδικος. ἄνομος. iniquus. *legitur in formulis sollemnibus vett. p. 1688, 78. 1689, 3 et inde a* PLAVTO, TER., ACC., RHET. Her., CIC. [*dub. vel falso trad.*: PLAVT. Poen. 232 (*v.* illutus *p. 400, 6*). CIC. Pis. 30 (iussa *Ernesti*). VAL. FL. 4, 474 (invisum *Kramer*). AMM. 30, 5, 3 (*pro* inustut *fort.* CHIRON 282 [*v.* inuro]. *contra emend.* -us *ex* inustus AMM. 29, 1, 36). *al.*]

i. q. ***non iustus, iniquus*** *sim.* (*in fig. litot. q. d. inde a* CIC. *saepe; per oxymoron* 'ius -um' *sim. p. 1688, 24 sqq.*):

β *pecuniae, rei familiaris, aerarii sim.:* PLAVT. Asin. 724 exoptem ... illud (*argentum*) cuius -ast (Curc. 334 magnam argenti -am). Merc. 30 (*vs. susp.*). Pseud. 300 et amore pereo et -a argentaria. CAECIL. com. 199 in amore suave (*ironice*) est summo summaque -a parentem habere avarum. TER. Haut. 528 (*opp.* ditiis abundet). Ad. 105 (*syn.* egestas). RHET. Her. 2, 4, 7 imbecillitas, -a (*pecuniae*), stultitia. CIC. Phil. 2, 74 proficiscitur ... Caesar paucis tibi (*i. Antonio*) ad solvendum propter -am tuam prorogatis diebus. div. 2, 47 redemptor qui columnam ... conduxerat faciendam non inertia aut -a (*cf. p. 1744, 64*) tardior fuit, sed *eqs.* Att. 1, 16, 2 perspiciens -am iudicum (*seq.* egestas). 11, 23, 3 ut aliquid conficiatur ad -am *Tulliae* propulsandam. ad Q. fr. 1, 1, 5 nullam -am stipendii aut rei frumentariae ... pertimescimus (PLIN. nat. 7, 149. TAC. hist. 4, 26, 1 st. frumentique. *al.*). 2, 5 (= 2, 6 Sj.), 1 acriorem causam -a pecuniae faciebat (SALL. Catil. 11, 3 *v. p. 1743, 27.* IVST. 32, 2, 1. *al.*). ad Brut. 1, 18 (= 9, 26 Sj.), 5 rei pecuniariae (*cf.* TAC. ann. 6, 17, 1 rei nummariae). SALL. Catil. 5, 7 rei familiaris (VAL. MAX. 9, 12, 7 BOETH. cons. 4, 6, 45 W.). SALL. (?) rep. 2, 10, 7 aerarii (LIV. 3, 31, 4. *al.* FEST. p. 347. SVET. Vesp. 16, 3 summa aerarii fiscique -a. *al.*). NEP. Att. 2, 4 saepe suis opibus -am *Atheniensium* ... publicam levavit (LIV. 34, 34, 8). LIV. 34, 6, 16 -am et miseriam civitatis, [et] quia ... privatorum pecuniae in usum publicum vertendae erant. TAC. hist. 1, 86, 2 fames in volgus, -a quaestus et penuria alimentorum. *al.* TRAIAN. Plin. epist. 10, 93 si tali collatione *erani* ... ad sustinendam tenuiorum -am utuntur. CLAVD. MAM. anim. epil. p. 191, 4 (*in imag.*) ex paupertatis -a dare dragmam ei, qui multa scientiarum abundat talenta. *al.*

γ *rei frumentariae rerumque quae necessariae sunt ad vitam sustinendam (syn.* penuria *l. 18. 44; opp.* ubertas *sim. l. 12. 40; iuxta pos.* caritas *l. 8,* fames *l. 10. 11):* CIC. Verr. II 3, 101 ut *aratores* ... triticum emere necessario propter -am cogerentur. Manil. 44 repente vilitas annonae ex summa -a et caritate rei frumentariae consecuta (*v. vol. VI 1, 1406, 80 sqq.*). dom. 11 cum ingravesceret annona, ut iam plane -a ac fames, non caritas timeretur (off. 3, 50 in Rhodiorum -a et fame *eqs. al.*). 17 frugum -a, fames, vastitas *eqs.* (har. resp. 31. LIV. 4, 20, 9 pestilentia -aque. *al.* SVLP. SEV. chron. 1, 11, 7 *opp.* ubertatem). Att. 4, 1, 6 frumenti (*v. vol. VI 1, 1413, 66 sqq.*). CAES. Gall. 3, 6, 4 commeatus (LIV. 26, 3, 4. *al.* TAC. hist. 1, 23, 2). 3, 18, 6 cibariorum. civ. 1, 48, 6 pecora ... -ae (*L*, inopere *cett.*) subsidium. 1, 52, 1 -a praesenti[s] (1, 52, 4. 3, 17, 6 praesentis ... -ae vitandae causa). 1, 69, 1 necessarii victus. BELL. Afr. 76, 2 Caesar ... aquae (*Lipsius*, atque *codd.*) -a ab oppugnatione ... deterritus (79, 1 aquarum [*syn.* penuria]. BELL. Alex. 9, 4. SALL. Iug. 50, 1 veritus ex ... -a a. ne siti conficeretur exercitus. NEP. Eum. 8, 5 per loca deserta, quae nemo incolebat propter a. -am. TERT. nat. 1, 11, 2 laborantes *al.*). SALL. Iug. 85, 33 -am et laborem tolerare. 89, 5 serpentibus, quarum vis ... -a cibi acrior (LIV. 5, 47, 4. *al. v. et l. 35*). LIV. 4, 12, 10 revolutus ad dispensationem -ae ... cogendo frumentum ... vendere, quod usui menstruo superesset. 10, 11, 9 ventum ... ad -ae ultimum (*cf. p. 1744, 41*). 44, 7, 10 ingens ... caritas annonae ac prope -a erat (SVLP. SEV. chron. 1, 5, 3. 1, 8, 2 gravis). FEST. p. 334 ob -am cibatus coeptos sexaginta annorum homines iaci in Tiberim. SEN. contr. 10, 4, 21 rigor et -a. VAL. MAX. 7, 4, 3 *Romani* summa alimentorum -a ... praesidia -ae (*i. panes*) *proiecerunt, ut hostes fallerent* (9, 2 ext. 6). SEN. epist. 104, 33 *Cato* -am umoris loricatus tulit. COLVM. 2, 9, 14 nec aliud *genus frumenti* in egenis rebus magis -am defendit. 5, 12, 2 mulieres ... si lactis -a premuntur (= arb. 28, 2). 6, 3, 4 leguminum. PETRON. 88, 5 Lysippum statuae unius lineamentis inhaerentem -a (*i. fere inedia*) extinxit (*cf.* PLIN. nat. 11, 35 -a cibi ... moriuntur. TAC. ann. 1, 53, 2 *Iuliam* -a ac tabe longa peremit *Tiberius*). PLIN. nat. 10, 201 imbrium. *al.* SVET. Aug. 42, 1 querentem de -a et caritate vini populum ... coercuit (AMM. 14, 6, 1. *al.*). LAMPR. Comm. 14, 1 per ... neglegentiam *Commodi* ... -a ingens Romae exorta est. SORT. Sangall. 5, 9 D. (= 2, 9 W.) hunc annu fructi miserrimi sunt, cave ne -am patiaris. IVST. 24, 7, 4 (*opp.* abundantia). VVLG. gen. 41, 57 ut emerent escas et malum -ae temperarent. COD. Theod. 14, 16, 2 quoniam crescit -a, si frumento, quod pro annona tribuitur, ad usus alios deputato *eqs.* MARCELL. chron. II p. 102, 524 -ā olei magnam penuriam in populum importavit. *al.*

b *incorporearum fere:* α *earum quae spectant ad hominis (dei) naturam indolemque, negotia, facta, condicionem sim.:* ① *amoris, voluptatis (opp.* copia *passim. cf. Plaut. Mil. 1229* ut eius mihi sit copia, quem amo*):* PLAVT. Merc. 650 si ... item eius (*quod amaveris*) sit -a. Trin. 671 quom -ast, cupias, quando eius copiast, tum non velis. TER. Haut. 367 haec arte tractabat virum, ut illius animum cupidum -a incenderet (CIC. Cael. 45 animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, saepe nimia copia, -a etiam nonnumquam impeditus. *cf.* div. 1, 61 ea ... parte animi quae voluptate alitur, nec -a enecta nec satietate affluenti [*Plat. rep. 9, 571E* τὸ ἐπιθυμητικὸν δὲ μήτε ἐνδείᾳ δοὺς μήτε πλησμονῇ]). Phorm. 167 quid ego ex hac -a nunc capiam et quid tu ex ista copia. SEN. dial. 7, 14, 1 *voluptatis* aut -a torquentur aut copia strangulantur. APVL. met. 5, 26, 5 (*loq. Psyche*) dum ... percita (*sc. Cupidinis aspectu*) et nimia voluptatis copia turbata fruendi laborarem -a. ② *consilii, doctrinae, qualitatum sim.:* CIC. de orat. 3, 110 nunc ... -a (*doctrinae sim.*) reticere intelleguntur, tum iudicio viderentur. Att. 6, 3, 2 magna ... sollicitudine adficior, magna -a consilii (LIV. 26, 38, 7 potioris. APVL. met. 9, 20, 3 misera trepidatione ad -am c. deductus. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 24 p. 825, 11 per -am c. et sermonis [*cf. l. 84 sqq.*] ad iracundiam ... vertuntur). PANEG. 2, 9, 7 detrahit laudem patientiae -a. HIL. in Matth. 13, 2 p. 994A damnum ... legis ex fidei -a declarat (17, 7 p. 1016A). psalm. instr. 5 p. 6, 18 per ... intellegendi -am. trin. 6, 15 p. 169A irreligiositatis voluntas ex -a prudentiae est (*cf.* VVLG. prov. 6, 32 qui ... adulter est, propter cordis -am). AVG. civ. 12, 6 p. 519, 5 D. (*de angelis malis*) primus defectus et prima -a primumque vitium eius naturae, quae ita creata est, ut *eqs. al.* ③ *criminum, beneficiorum, negotii, gloriae, iniuriae, commodorum, muneris sim.:* CIC. S. Rosc. 48 criminum (*cf.* SACR. Leon. p. 114, 11 -a ... culparum praestat redundantiam prosperorum). off. 3, 2 nostrum ... otium negoti -a, non requiescendi studio constitutum est. SALL. Iug. 85, 24 *maiorum gloriae* ego (*Marius*) -am fateor. SEN. benef. 6, 29, 1 numquam illi sit dandorum beneficiorum -a, datorum paenitentia. dial. 2, 10, 3 ingenia ... -a verae iniuriae lascivientia. 9, 3, 7 sequetur hanc solitudinem omni studio carentem -a rerum agendarum. epist. 92, 16 vir bonus ... incommodorum onere ... ad miserum non deprimitur, ... commodorum -a non deducitur a beatissimo. SORT. Sangall. 102, 6 D. (= 44, 6 W.) -am patieris de stationem, quam cupis (*i. impedieris, ne munus vel gradum quem cupis obtineas. subseq. opp.:* accipies stationem). *al.* ④ *sermonis (de eo qui infacundus est, ieiuno exilique genere*

[I. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dicendi utitur [cf. syn. l. 7. 26], quem verba deficiunt): CIC. Phil. 10, 5 dixisti ... de scripto — nam te -a verbi lapsum putarem — *eqs.* ([*seq.* verbum tibi non excidit ... fortuito: scriptum ... attulisti]. SEN. contr. 2 praef. 3 numquam -a v. substitit. 7, 1, 27 Cestium Latinorum verborum -a ⟨ut⟩ hominem Graecum laborasse. *cf. l. 29*). SEN. benef. 2, 27, 1 tanta illi *Lentulo* -a erat sermonis (*cf. p. 1746, 64. aliter l. 44*). epist. 40, 3 illa *oratoris* ... -a et exilitas minus intentum auditorem habet (*cf. l. 39 sqq.*). AVSON. 419, 6 p. 355 P. si quis hunc sermonem meum isdem verbis tam saepe repetitum -ae loquentis adsignat *eqs.* (*opp.* proferre facundius). AVG. enchir. 25, 99 quidam stulti putant apostolum (*Rom. 9, 20*) in responsione defecisse et -a reddendae rationis repressisse contradictoris audaciam. *al. cf. l. 25 sqq.*

β variarum rerum: ① *quarum nonnullae velut argumenta, documenta, probationes, occasio fere sensum q. d. 'concretum' acceperunt*: CIC. S. Rosc. 80 quid ... est, quo ... accusator -a argumentorum confugerit (confugit *Madvig*)? Att. 11, 4, 1 impedior -a rerum, quas nullas habeo litteris dignas (*cf.* AVG. civ. 17, 15 p. 237, 3 D. copia quam -a magis impedior *sc. rerum quas David prophetavit*). TAC. hist. 1, 35, 1 -a veri (*i. verae notitiae*). SVET. Cal. 56, 1 *conspiratis* per -am occasionis cunctantibus. AMM. 18, 1, 4 documentorum. COD. Iust. 9, 41, 1, 2 (*a. 196*) probationum (4, 1, 3 [*a. 286; opp.* iureiurando]). *al.* ② temporis: PS. SEN. mon. 151 nullius rei tanta -a quanta t. laboramus.

II -a ***pertinet ad res*** (*pendet gen. obi. l. 29. 47, subi. l. 44. 50. 56*): **A** *ad sermonem, verba sim.* (*ad genus exornationis, orationis l. 29. 39 sqq.* [*in arte rhet.; syn.* ieiunitas, siccitas, *cf. etiam l. 7*], *ad translationem verborum l. 31 sqq., ad gramm. l. 43 sq., ad linguam l. 44 sqq.* [*syn.* egestas]): RHET. Her. 4, 14, 21 in his ... generibus exornationum ... non -a verborum (*cf. l. 2 sqq.*) fit, ut ad idem verbum redeatur saepius, sed inest festivitas, quae facilius auribus diiudicari ... potest. CIC. de orat. 3, 155 tertius ... modus transferendi verbi ... quem necessitas genuit -a coacta et angustiis (*cf. ibid.* verbi tralatio instituta est -ae causa. 3, 156 tralationes ... paulo audaciores, quae non -am vindicant, sed orationi splendoris aliquid arcessunt. orat. 92 tralata dico ... quae per similitudinem ab alia re aut suavitatis aut -ae causa transferuntur [211]. MART. CAP. 5, 512 aut -ae aut decoris causa transferuntur, -ae cum dicimus 'gemmare vitem'. BOETH. c. Eut. 3, 25). Brut. 202 cavenda est presso illo oratori -a et ieiunitas ([*opp.* amplo *oratori* ... inflatum et corruptum orationis genus]. 285 ieiunitatem et siccitatem et -am, dummodo sit polita, dum urbana ..., in Attico genere ponit. *sim. de ratione narrandi*: QVINT. inst. 2, 4, 4 vitium ... peius ... illud quod ex -a quam quod ex copia venit). NIGID. frg. Gell. 19, 14, 8 *Graeci ου* ex *ο* et *υ* scripserunt ... -a. SEN. contr. 7 praef. 3 non posses de -a sermonis Latini queri, cum illum audires (SEN. benef. 2, 34, 4. PLIN. epist. 4, 18, 1 -a ac potius ut Lucretius [*1, 832*] ait, egestate patrii sermonis. *aliter l. 6. cf.* GELL. 2, 26, 5 eam vocum -am in lingua magis Latina video, quam in Graeca). *al.*

B *ad varias res*: **1** *hiemem*: PALLAD. 11, 13 partem mediam *mellis* relinquere *in alveario* pro hiemis -a. **2** *fortunam sim.*: COD. Theod. 9, 42, 8 pr. ut sextantem *bonorum* ipse (*i. deportatus*) ad fortunam ab extrema -a vindicandam suae habeat potestatis. NOVELL. Valent. 33 l. 5 non omnia sinistrae licere fortunae, ut status, quem illa voluit -a cogente mutari, ad splendorem ... reducatur. **3** *rem arithm.*: BOETH. arithm. 1, 19 p. 39, 26 *numeros* illos ... velut paupertate inopes oppressosque quadam naturae suae -a minor, quam ipsi sunt, partium summa componit (*ad rem v. e. g. p. 40, 15* habet ... octonarius *numerus* partem mediam id est IIII, habet et quartam id est II et octavam id est I. quae cunctae in unum redactae VII colligunt). p. 41, 12 qui *numerus* perfectus dicitur ... nec crassatur abundantia nec eget -a, ut VI vel XXVIII (*cf. quae seq.*).

III -a ***femina***: PLAVT. Trin. 9 primum mihi Plautus nomen Luxuriae indidit; tum hanc mihi gnatam esse voluit -am. *v. Onom.*

epitheta notabiliora, quibus significatur: **1** *magnitudo*: acrior *p. 1746, 22.* ingens *p. 1746, 25. 38.* tolerabilis *p. 1744, 46.* ultima: LIV. 37, 31, 2 (*cf. p. 1744, 41*). *hic illic e. g.* extrema, gravis, magna, nimia, summa, tanta. **2** *condicio*: domestica: LIV. 39, 1, 8. publica *p. 1745, 81.* **3** *modus*: contemptissima: VAL. MAX. 2, 9, 4. necessaria *p. 1745, 35.* pudenda *p. 1744, 69.* sordida: LIV. 23, 3, 11. **4** *materia*: argentaria *p. 1745, 64.* frumentaria: PS. AVR. VICT. epit. 15, 9. **5** *tempus*: futura: LIV. 2, 52, 1. praesens: CAES. civ. 1, 52, 1. 4. prima *p. 1746, 70.* repentina: COD. Theod. 13, 5, 13 COD. Iust. 5, 13, 15ᵇ.

acced.: *gen. obi. l. 24. p. 1745, 1. al.; subi. e. g. l. 24. p. 1743, 50. 1744, 71; qualitatis p. 1743, 50; inhaerentiae p. 1743, 41. pendet praep.* de *p. 1746, 82.*

deriv.: inopiosus. *I. Kapp.*

? inopīmus, -a, -um. *ab* in *et* opimus, *cf.* impinguis. *i. q. valde opimus*: OROS. hist. 3, 5, 3 *M. Curtius* iniecit ... crudeli terrae -am (-nam *P²*, -natam *edd. vett., quod probat Ed. Fraenkel in plagulis*) satietatem, cui parum esset, quod ex tanta pestilentia mortuos per sepulchra susciperet, nisi etiam vivos scissa sorberet (*male* GLOSS. V 367, 2 [*anglosax.*] -um unasettae [-ddae *cod. Epinal.*]).

inopīnābilis, -e. *ab* in *et* opinabilis *sec.* inopinatus. *compar. l. 38 et loco lacero* RVSTIC. c. aceph. p. 1250ᴰ, *cf.* magis -is *l. 7; superl. deest, cf.* nimis, valde -is *l. 13. 34. inde a* GELL.

i. q. quem (quod) opinari non possumus, inopinatus, παράδοξος (resp. gr., ubi nihil aliud adnotavi; c. dat. l. 25. 30. 37. 52): **1** *usu ordinario* (*de rebus; n. pro subst. l. 21. 30. al.*): GELL. 11, 18, 14 (*13* inopinatum, *v. p. 1750, 42*) atque id etiam, quod magis -e est, Sabinus dicit furem esse hominis iudicatum, qui *eqs.* IREN. 1, 30, 6 (= 1, 28, 3 H.) conturbatis ... omnibus ad novam vocem et -i nuncupatione. AVR. VICT. Caes. 39, 15 res ... nova atque -is fuit (CONC.ˢ I 3 vers. Tur. p. 183, 17 fugienda et -is [*I 2 p. 101, 24* inopinata, *gr. I 1, 4 p. 3, 11 ἀπροσδόκητον*]. CASSIOD. hist. 8, 1, 47 operatores -ium r. 8, 5, 2. 9, 9, 3 r. nimis -em [*Sozom. 7, 5 παραδόξῳ ... θεόθεν συμβάντι*]). HIL. trin. 2, 10 arcano ... -is nativitatis. AMM. 29, 1, 17 impetu (*cf. p. 1751, 75*). CONC.ˢ I 3 vers. Tur. p. 146, 1 o -is causa: non tetigisti pugnam *eqs.* (p. 148, 30 o -is c.: lucerna cum sole contendit). p. 152, 26 sq. clara et -is praesentis causa festivitatis; ... -is ..., quia rationem naturae vicit (*Rustic.* inaestimabilis). p. 153, 4 -e sacramentum transcendens naturae rationem. p. 166, 11 nihil ... mirum, nihil (neque *Rustic.*) -e, si in homine inhabitavit deus. I 5 p. 270, 11 *Christus* operabatur -ia (p. 274, 18 [*p. 158, 41* mirabilia]). II 5 p. 66, 11 pontificis lugens -em necem (*sc. horrendam*). CASSIOD. hist. 9, 39, 4 apud Alexandrinos hoc -e (op- *codd.*) est, quia, dum leguntur evangelia, non surgit episcopus, quod apud alios nusquam fieri novi (*Sozom. 7, 19 ξένον*). 9, 43, 3 cum hoc -e videretur universis *eqs.* (*ibid. 7, 21 παράδοξον ... καὶ θεῖον*). IOS. antiq. 2, 6 p. 42 -i equestrium invasione turbatos (*gr. 2, 127 ἀδοκήτου*). 2, 12 p. 54 visionem -em formidatus obstipuit (IOS. c. Ap. 2, 114 [-nali *P*]). 3, 1 p. 64 cibus ille divinus et -is (*sc. manna*). 9, 8 p. 271 miraculum ... et -ia opera per suas prophetias ostendit. IOS. c. Ap. 2, 94 haec sibi -ia beneficia. NOVELL. Iust. 1, 3 -i quodam apparente, quod minuat substantiam. 40 pr. 1 quaestum. *t. t. phil.*: BOETH. cons. 4, 7, 5 W. eam *sententiam* ... inter eas, quas -es ... posuisti, numeremus (*cf.* 4, 7, 14 vide ..., ne opinionem populi sequentes quiddam valde -e confecerimus). elench. soph. 1, 3 p. 1009ᴰ redargutio, falsum, -e, soloecismus *eqs.* p. 1010ᴬ ad hoc quod est -e ducere (1, 12 p. 1021ᶜ [*gr. p. 172b 10 ἄδοξον*]. *al.*). 1, 12 p. 1022ᴬ quod pluribus illi dicunt -e (*cf.* p. 1022ᴰ multitudini ... -e est *eqs.* [*gr. p. 173a 26 ἄδοξον*]). *ibid. saepius.* top. Arist. 8, 3 p. 999ᶜ dicere -iora quam ea quae propter positionem sunt necessaria (*gr. p. 159a 19 τὰ ἀδοξότατα λέγειν τῶν ... ἀναγκαίων*). p. 1002ᴬ -em ... suppositionem cavendum sustinere; erit autem -is multipliciter (*gr. p. 160b 17 ἄδοξον*).

2 *usu pressiore*: **a** *fere i. q. qui indagari non potest*: GELL. 17, 9, 18 profunda quaedam et -is latebra barbarico astu excogitata. **b** *i. q. improbabilis, infamis* (*gr. ἄδοξος*): GELL. 17, 12, 1 infames materias, sive quis mavult dicere -es, quas Graeci ἀδόξους ὑποθέσεις appellant. **c** *fere i. q. incredibilis, opinione maior* (*cf.* inopinatus *p. 1750, 46*): IVL. VAL. 2, 5 *belli studiis* inclyti atque -es fuimus. 3, 16 bestiam ... praegrandi admodum et -i magnitudine ... immensi portenti rem. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 5 p. 39 intellectum. 3, 1 p. 63 *dona* magna et -ia. 5, 12 p. 139 sepulturam (*gr. 5, 274 λαμπρᾶς*). 6, 11 p. 162 et magnitudinem et -ia ... membra *Goliath*. 8, 5 p. 229 *templum* grande et operatione mirabile et cunctis simul -e.

adv. **inopīnābiliter.** *i. q. praeter opinionem*: CONC.ˢ I 3 vers. Tur. p. 45, 8 tempestas -r ecclesias comprehendit (*gr. I 1, 1 p. 94, 17 ἀδοκήτως*). I 5 p. 259, 10 -r et ineffabiliter unitum *corpori verbum* (*gr. I 1, 5 p. 18, 25 παραδόξως*). II 5 p. 71, 15 insurgentes ... -r subdidit victoriis. CASSIOD. hist. 1, 3, 2 conscriptor quoque -r apparebit non inops deo (*Sozom. 1, 1 παραδόξως*). 4, 18, 5 Paulus -r de ecclesia pulsus est (*Socr. 2, 16 παρὰ προσδοκίαν*). 8, 1, 50 plurima -r miracula faciebat (*Sozom. 6, 28 παραδοξοποιεῖν*). IOS. antiq. 1, 27 p. 27 ostensus (*gr. 1, 293 ἀδοκήτως*). 2, 9 p. 50 cum -r illi salventur (*gr. 2, 222 ἐκ παραδόξου*). 13, 1 p. 361 si una nocte -r eum invaderet (*gr. 13, 23 μὴ προσδοκῶσιν αὐτοῖς*).

inopīnāns, -antis *adi.* *ab* in *et* opinans, *cf.* necopinans (CHAR. gramm. p. 262, 29 B. -s rectius dicitur quam n.). NOT. Tir. 58, 10. *inde a* CAES. *per totam latinitatem* (necopinans *post* SVET. *raro, cf. l. 65*). [*var. l.*: CIC. *p. 1749, 36.* QVINT. *p. 1750, 57.* FLOR. *p. 1750, 56.*]

i. q. imprudens, improvidus, inscius (*in fig. litot. l. 76; adhibetur fere praedicative*): CAES. Gall. 1, 12, 3 eos impeditos et -es adgressus (civ. 1, 55, 1. 2, 38, 4 imprudentes ... atque -es hostes. ASCON. Mil. p. 33, 10 IVST. 2, 4, 19. 2, 8, 3). 4, 4, 5 inscios -esque Menapios oppresserunt (7, 8, 3. 7, 61, 1. LIV. 34, 13, 3 [-atos *dett.*]. CLAVD. DON. Aen. 12, 555 p. 616, 26 OROS. hist. 6, 11, 17. *cf. p. 1750, 54*). 6, 37, 3 -es nostri re nova perturbantur. 7, 9, 3 omnibus suis -bus (*abl. abs. ut*: civ. 2, 3, 1 imprudente atque -e Curione. 2, 10, 7 hostibus. LIV. 27, 48, 14 suis. 31, 25, 2 Achaeis. frg. 22 haud -bus iis). 7, 82, 1 se (ipsi *add. β*) stimulis -es induebant. NEP. Dat. 3, 4 rex in potestatem -i venerat. RVT. LVP. 2, 1 -s incidi in causam temporis huius alienam. LIV. 31, 41, 10 -bus advenit (*cf.* SVLP. SEV. chron. 1, 23, 3 -bus supervenit). 34, 39, 5 non tela modo, sed tegulae quoque -es perculerunt. SEN. dial. 11 (12), 11, 1 -i ereptus est. 12 (11), 5, 3 hostium adventus eos prosternit, quos -is occupavit. epist. 74, 4 quos aut ... ira aut invidia ... -es securosque disiecit. PLIN. nat. 30, 139 -is praeciso capite. FRONTIN. strat. 2, 2, 12 -ium terga adortus (*cf.* PANEG. 6, 12, 2 -es adortus es).

[Hubbard]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLIN. epist. 3, 2, 5 dignitati eius aliquid adstruere -is, nescientis, immo etiam fortasse nolentis. SVET. Tib. 65, 1 -em criminatus est. Cal. 23, 3 -em ... interemit. Claud. 16, 2 notavit ... quosdam -es. Tit. 5, 3. GELL. 16, 19, 17 regi ... -i sese obtulisse (IVST. 1, 10, 15 [-ato *pars codd., Ruehl*]). SPART. Hadr. 17, 3. IVST. 2, 5, 5 -bus verbera intenta. SVLP. SEV. dial. 3, 11, 3 nuntiatum est -bus. COD. Theod. 15, 14, 11 beneficia -bus ultro deferimus. ENNOD. opusc. 3, 151 p. 370, 9 quem ne -em obiectionum aut responsionis calliditas inveniret. *c. interrog. indir.*: GREG. TVR. Franc. 6, 32 p. 303, 12 -s, quid ei accederit.

adv. **inopīnanter.** GLOSS. ἀπροσδοκήτως. repente, subito. [*var. l.*: FLOR. *p. 1750, 56.* FVLG. myth. 1 praef. p. 13, 21 (*pro* necop-).] *i. q. inopinato, improviso*: SVET. Tib. 60 mullum -r obtulerat. SCHOL. Stat. Theb. 8, 365 'subitum' *Thiodamanta*: -r (-natū *Pb*) illis praepositum. EPIST. pontif. 322 Aug. epist. 182, 1 *litteras* mihi -r ingessit.

inopīnātē, inopīnātō *v. p. 1751, 5. 14.*

***inopīnātus,** -a, -um. *ab* in *et* opinatus, *cf.* necopinatus. *de deriv.*: SERV. *p. 1751, 39.* *superl.*: IVL. VAL. *infra l. 73 (?).* AVG. civ. 3, 18 p. 127, 9 D. epist. 185, 27. serm. *p. 1751, 23.* trin. 7, 1, 2 RVSTIC. c. aceph. p. 1186B. *de notione*: FRONTO *p. 1750, 11 sqq.* GLOSS. ἀπροσδόκητος. insuspicatus. -um: inprovisum. -a: non sperata. subita, insperata. -o: inprudente. *inde a* CIC., NEP., LIV. (*in 1a dec. nonnisi l. 32. 37, at* necop- *13ies*) *per totam latinitatem* (necop- *post* LIV. *nisi semel ap.* FLOR. *non iam occurrere videtur*); *in poesi* AETNA 127 SIL. 7, 134. [*dub.*: LIV. 37, 4. 8 (op- *B al.*, necop- *Zingerle*). IVST. *l. 4.* OROS. *p. 1747, 81.*]

I *passive* *i. q. improvisus, insperatus, repentinus sim.* (*in fig. litot. certa l. 43. p. 1750, 28; add. dat. inde a* CIC. *l. 30. 35 passim, abl.* re, dictu *l. 31*): **A** *usu ordinario*: **1** *de rebus* (*neutr. c. gen. part.* IREN. *l. 34*): **a** *generatim*: CIC. Verr. II 2, 24 nova tibi haec sunt, -a? (parad. 35 nec hoc tam re est quam dictu -um atque mirabile. LIV. 6, 40, 3 neque novum neque -um mihi. SEN. dial. 4, 31, 1 indigna putamus quae -a sunt. epist. 107, 4 ne quid nobis -um sit. IREN. 3, 21, 6 [= 3, 26, 2 H.] id quod erat -um generationis eius. *al.*). 2, 69 cum hoc illi improvisum atque -um accidisset (Tusc. 3, 76 nihil -i [-anti *var. l.*] accidisse. 4, 37 nihil inprovisum ..., nihil -um, nihil omnino novum. 5, 81 -um ac novum. LIV. 3, 26, 5 nihil tam [nec *add. M al.*] -um nec tam insperatum. 34, 28, 10 SEN. dial. 7, 8, 6 PS. QVINT. decl. 12, 20). dom. 9 res -a ac recens (epist. 12, 5, 1 tantas ... tamque -as. NEP. Dion 6, 1 tam prosperas tamque -as. LIV. 26, 4, 8 nova atque -a. 35, 27, 16. 38, 30, 8 QVINT. inst. 6, 1, 39 SVET. Tib. 11, 2. GELL. 2, 19, 8 tristi et -a. *al.*). Tusc. 3, 55 nihil oportere -um videri. NEP. Phoc. 4, 3 non -a (*sc. perpetior*). AETNA 127 -os referunt procul edita cursus. LIV. 23, 24, 10 multitudinem -o malo trepidam (40, 15, 14 repentino atque -o. SEN. epist. 91, 1 -um m. et paene inauditum. *al.*). 27, 43, 7 audendum ac novandum aliquid inprovisum, -um. 35, 35, 5 ad id, quamvis -um, temerarium, audax. 42, 54, 7 perculsis -o adventu (VELL. 2, 79, 4. *al. cf.* AVSON. 468, 3 p. 405, 11 P. reditu). SEN. contr. 1, 4, 7 in tam -i flagitii spectaculo. VAL. MAX. 1, 8 ext. 3 monstri. 1, 8 ext. 5 vagitu. 4, 8, 5 maximo et -o gaudio (GELL. 3, 15, 4 HIER. epist. 3, 2, 1). 7, 4, 5 -ae eius ac subitae fluctuationis. 9, 9, 2 spectaculo. SEN. dial. 5, 13, 6 iniuriae. epist. 76, 34 nova rerum et -a facies. 81, 11 quae videmur -a omnibus dicere, παράδοξα Graeci vocant. PLIN. nat. 28, 20 verba *incantamentorum* ... Latina e⟨t⟩ -a (*sc. inexspectata, cum humiliora sint. cf. p. 1750, 12*). SIL. 7, 134 fraude. QVINT. inst. 6, 4, 14 eruptionibus. 12, 8, 13. FRONTIN. strat. 1, 1, 8 bello (IVST. 2, 10, 13). 2, 3, 14 proelio (IORD. Get. 274 conserto ... -o p.). 2, 3, 22 excursu. FRONTIN. (?) strat. 4, 5, 4 audacia. PLIN. epist. 5, 9, 5 otium. paneg. 33, 2 plura -a, plura subita. SVET. Iul. 87 *finem vitae* repentinum -umque. Dom. 11, 1 callidae -aeque saevitiae. FLOR. epit. 3, 8, 3 impetu (PAPIN. dig. 36, 4, 4). FRONTO p. 226, 8 v. d. H. (= p. 238 N.) visu (OROS. hist. 4 praef. 7). GELL. 2, 19, 2 factum aliquod occultius aut -um insperatumque (IREN. 3, 12, 3. AVG. in euang. Ioh. 58, 2 tam -i, tam mirabilis, tam expavescendi). 12, 12, 4 opprobratione. 13, 1, 3 violentam et -am mortem. APVL. flor. 18 p. 90 nova et -a cognitione. met. 3, 29, 4 salutem (IREN. 3, 21, 6 = 3, 26, 2 H.). 4, 12, 7 repentino ... et -o pulsu. 11, 29, 1 -is et usquequaque mirificis imperiis deum. PAPIN. dig. 12, 6, 3 nova et -a causa. VLP. dig. 1, 16, 4, 4 incerta haec et -a. 2, 12, 7 si aliquid -um emergat (19, 1, 1, 1 ne emergat -a servitus. *cf. p. 1751, 74*). *al.* *n. pl. pro subst.*: QVINT. inst. 5, 13, 3 patronus etiam -is frequenter occurrit. 8, 6, 51 magis -a delectant. IREN. 5, 5, 2 et -a et impossibilia naturae hominum (*gr.* παράδοξα). IVL. VAL. 3, 14 p. 123, 20 qui mecum una toleraverint -issima (*Kuebler*, op- *codd.*; *cf. Hist. Alex. M. I p. 106, 12 Kr.* τὸ συμβεβηκὸς ἡμῖν παράδοξον). ENNOD. dict. 9, 15 p. 454, 12 cautius ... a prudentibus nota quam -a fugiuntur. IORD. Get. 218 quod de -is collegi solet.

b *t. t. rhet. et gramm.*: **α** exitus -us *i. q.* παρὰ προσδόκημα *sim.*: CIC. part. 32 suavis ... narratio est quae habet admirationes, exspectationes, e. -os *eqs.* QVINT. inst. 4, 2, 107. SCHEM. dian. 45 παρὰ προσδόκημα est -us e., id est cum aliud proponitur et aliud concluditur ...; et ideo -us hic e. et omnino dolosus est, quia magis iratis oratoribus placet *eqs.* CASSIOD. in psalm. 17, 32 quae figura dicitur paraprosdoxia, Latine -us e., cum aliud proponitur, aliud explicatur. *cf.* QVINT. inst. 6, 3, 84 superest genus decipiendi opinione⟨m⟩ aut dicta aliter intellegendi ...; -um et a lacessente poni solet. **β** -um *sc.* '*schema*' *i. q. sustentatio* (*gr.* παράδοξον, ὑπομονή): QVINT. inst. 9, 2, 23 hoc (*sc. communicationem in qua aliquid inexpectatum subiungitur*) Celsus sustentationem vocat; ... sed quia non tantum per communicationem fieri solet, παράδοξον alii nominarunt, id est -um. IVL. RVF. rhet. 34 p. 43, 54 παράδοξον sive ὑπομονή, sustentatio vel -um: hoc schema suspendit sensum, deinde subicit aliquid eo, contra exspectationem auditoris ... et ideo sustentatio vel -um dicitur. **γ** *de verbis vel sententiis remotis, altius requisitis*: QVINT. inst. 8 prooem. 31 *quidam*, cum optima sunt reperta, quaerunt aliquid, quod sit magis antiquom, remotum, -um. FRONTO p. 57, 22 v. d. H. (= p. 63 N.) insperata atque -a verba, quae non nisi cum studio atque cura atque vigilia atque multa veterum carminum memoria indagantur; insperatum autem atque -um vero (verbum *Mai*) appello, quod praeter spem atque opinionem audientium aut legentium promitur (*infra*: remotis et requisitis, *opp.* volgaribus et usitatis. GELL. 15, 13 tit. quae utroqueversum dicuntur et a grammaticis 'communia' vocantur. 18, 2, 6 -i rariorisque v. indagatio. *cf. p. 1749, 54*). p. 145, 14 (= p. 151 N.) ⟨senten⟩tias -as; ... Graecis verbis fortasse apertius significabo: τὰ καινὰ καὶ παράδοξα τῶν ἐνθυμημάτων (*infra*: ἀδοξότερον ἐνθύμημα *et* quae nova et -a audientibus sunt).

2 *de animantibus* (*fere praedicative*): SEN. nat. 3 praef. 6 quemadmodum ... bellum Italiae -us intulerit *Hannibal*. FRONTIN. strat. 1, 1, 2 ut in Siciliam -us (-is *H1*) appelleret classem. 1, 4, 6 -us (-as *H*) Thermopylas traiecit. PLIN. epist. 1, 13, 3 Claudium Caesarem ferunt ... subitum recitanti -umque venisse (*cf.* SVET. Otho 4, 1 ultro -us advenerat [AVG. civ. 20, 23 p. 465, 22 D.]. CLAVD. DON. Aen. 6, 690 p. 597, 29 non -us adventas). SVET. Vesp. 7, 2 -o et adhuc novo principi. FLOR. epit. 3, 3, 15 ut hosti -us occurreret. TERT. spect. 30 p. 29, 6 ad -i Christi tribunal palpitantes. PS. CYPR. *p. 1751, 4.* PS. AVR. VICT. orig. 13, 1 adversum subitos -osque hostes. HIL. in psalm. 127, 7 p. 633, 2 *Iacob* ignoratae uxoris -us maritus (*per lusum verborum, vix active*). AVSON. 419, 82 p. 375 P. ut Gallias tuas -us illustres. AVG. conf. 8, 2, 4 subito ... et -us ait. COD. Iust. 1, 12, 4 pr. (*a. 432*) si ... nullis hoc suspicantibus -us (inopinus *Cod. Theod. 9, 45, 5*) inruerit. ENNOD. opusc. 3, 177 p. 377, 10 ipse ... suis -us nec suspicantium oculis adstitit. VITAE patr. Iurens. 1, 15 p. 140, 10 novos atque -os hospites.

B *accedunt colores speciales*: **1** *fere i. q. a vulgi opinione abhorrens*: GELL. 4, 11, 12 verba ipsa Plutarchi (*sc. scribentis Aristotele auctore Pythagoricos edendis animalibus fere non abstinuisse*), quoniam res -a est, subscripsi. 11, 18, 13 quod volgo -um est (*sc. fundi quoque et aedium fieri furtum. cf. p. 1748, 7*). **2** *add. abl., quasi sit i. q. indignus*: TERT. mart. 6, 2 quantae qualesque personae -os natalibus et dignitatibus et corporibus et aetatibus suis exitus referunt hominis causa. **3** *fere i. q. opinione vel solito maior*: HYG. astr. 2, 14 p. 51, 13 ut talis eventus -ae virtutis accidat civibus (*sc. ut sidera fiant*). OROS. hist. 2, 9, 2 -o exercitu inmensaeque classi (*3* incredibili temporibus nostris agmini. *cf. Svennung, Oros. 138 et* inopinabilis *p. 1748, 46*).

II *active* *i. q. improvidus, inopinans* (*cf.* GLOSS. *p. 1749, 22; usus a scribis hic illic consilio, ut vid., correctus neque mihi ubique certus est* [*falso* LIV. *p. 1748, 72. 1751, 8*]): VAL. MAX. 7, 4, 5 *Contrebiam* -am (op- *LA1*; *praecedit* -us *vi passiva, v. p. 1749, 51*) et attonitam oppressit (FRONTIN. strat. 1, 4, 7 custodes ... -os [-us *P*] oppressit. FLOR. epit. 2, 6, 52 [*B et Iord. Rom. 204*, -antem *V*, -anter *cett.*]). QVINT. inst. 5, 10, 49 occisos ... a praeparatis -os (-antes *Ab*). FRONTIN. strat. 3, 1, 2 si -os (-us *dett.*) invaderet (*cf. p. 1751, 8*). 3, 6, 4 Crotonienses ... -i et invalidi capti sunt. COD. Theod. 4, 9, 5 pr. si quis libertate utentes ... -os (-us *var. l.*) in discrimen ingenuitatis adducat. CASSIAN. inst. 11, 9 -os decipit et incautos. AVELL. p. 519, 13 si captiose contigerit, ut ante imperatorem -i (-e *Car.*) Timotheum videatis. MAX. TAVR. serm. 103 p. 736A fit ut -us praeoccupetur populus. GREG. TVR. Franc. 4, 31 p. 164, 7 -us (*i.* -os [*var. l.*]) repperiens homines *aqua adcumulata*. VITAE patr. Iurens. 3, 17 p. 161, 18 -is viantibus ... solent inruere.

subst. **inopīnāta,** -ōrum *n. v. p. 1749, 70.*

ex inopīnātō *pro adv.* SYNON. Cic. p. 444, 17 B. GLOSS. ἐξ ἀπροσδοκήτου. ex insperato. [*loco lacero*: CIC. nat. deor. 2, 123 ut ⟨...⟩ ex -o (exopinato *B*) observant et si quid incidit arripiunt (*an prospicit ad verbum q. e.* arripiunt *?*).] *i. q. praeter opinionem, ex improviso, repente* (*per abundantiam l. 78. 82*): SEN. dial. 3, 12, 6 ira ... si ... ex -o (*recc.*, exopinato *A*, *cf. ad corruptelam l. 70. 78*; necopinato *Gronov.*, *sed v. p. 1749, 24*) profuit, non ideo salutaris iudicanda est. 6, 9, 2 quasi ex -o ferimur (*infra*: provisa). 6, 22, 8 quantae iniquorum temporum vices ex -o ingruant. epist. 88, 22 alias ex -o varietates. FRONTIN. (?) strat. 4, 7, 19 ut Thebanorum commeatum facilius ex -o (exopinato *H*) adgrederetur. SVET. Galba 10, 4 repente ex -o prope cuncta turbata sunt. APVL. apol. 75 invenerat *fortunam*. VLP. dig. 40, 5, 24, 16 quod ex -o deminutum est. TERT. nat. 2, 12, 31 (*cf.* apol. 10, 9 *et p. 1751, 11*) ignoti quique ex -o apparentes de caelo advenisse dicuntur (adv. Marc. 4, 7 p. 433, 25 subitum ex -o). fug. 5, 3 (5) apprehensus. *t. t. rhet.*: QVINT. inst. 8, 5, 15 haec magis nova sententiarum genera: ex -o, ut dixit Vibius Crispus *eqs.*

[Hubbard]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dē inopīnātō *pro adv.* *i. q. praeter opinionem, de improviso*: Ps. CYPR. Iud. incred. 9 p. 130, 13 te . . . de -o constituit altario sacerdotem *dominus* (*p. 131, 3* episcopum te quaerenti populo suo Christus inopinatum repente obtulit).

adv. **inopīnātō**. SYNON. Cic. p. 441, 15 B. GLOSS. ἀπροσδοκήτως. insperato. *i. q. praeter opinionem, improviso, repente*: LIV. 21, 52, 10 sparsos et incompositos . . . cum -o (*MD?, Madvig, edd. ex usu auctoris*; -os *cett. codd., cf. p. 1750, 58*) invasissent. 26, 6, 9 cum -o in castra Romana Numidae . . . inrupissent. 31, 47, 6 Romam -o cum venisset (*cf.* ITALA II Macc. 8, 6 [rec. P] superveniens [*gr.* ἀπροσδοκήτως, *Vulg.* inprovisus]). MIN. FEL. 21, 7 -o visos caelo missos . . . nominamus (*cf. p. 1750, 81*). AVR. VICT. Caes. 29, 2 Iotapiani . . . ora, uti mos est, -o deferuntur. NOVELL. Marc. 5 pr. negotia -o exorta.

adv. **inopīnātē**. *superl. l. 23.* *i. q. praeter opinionem, repente*: 1 *usu pleno*: IREN. 4, 33, 4 (= 4, 52, 1 H.) novam generationem mire et -e a deo . . . datam. AVG. adult. coniug. 2, 20, 22 repente atque -e inpositum (c. Faust. 22, 50 revocaretur). civ. 3, 22 p. 134, 12 D. subito quemque . . . -e atque impie fuisse trucidatum. conf. 8, 6, 14 adtendit codicem: tulit, aperuit, invenit apostolum Paulum, -e sane; putaverat enim *eqs.* gen. ad litt. 12, 22 p. 413, 3 quod -e tardaret. in psalm. 63, 7 'repente', id est insidiose, quasi -e, quasi non praevise. serm. RevBén. 45, 1933 p. 104, 91 ad eum (*Zacchaeum*) dominus ingressus est quem suscipit -issime. CASSIOD. hist. 3, 7, 7 repente Athanasius . . . sic -e nos adiit, ut nobis daretur subito cuiusdam causa formidinis (*Socr. 1, 34* ἀπροσδοκήτως). 5, 35, 7 -e occidentales nomen substantiae in Arimino reliquerant (*ibid. 4, 23* παραδόξως). NOVELL. Iust. 74 pr. 2 quoniam quaedam -e venissent ad matrem . . . divitiae (*gr.* παραδόξως. GREG. M. moral. 2, 58 [*antea*: inopinatus . . . adventus]. *cf.* 2, 73 hostis [*i. diabolus*] dum subita ad nos perturbatione tentationis irruit, circumspectiones cordis -e praeveniens). GREG. M. moral. 12, 2 spatium vitae quod -e . . . est additum. 2 *usu attenuato fere i. q. fortuito, forte*: CHALC. comm. 145 quae extra nos posita, sine ratione atque -e accidunt. GREG. M. dial. 1, 12 p. 68, 7 M. sacerdos -e contigit ut ad potandam vineam esset occupatus.

deriv. (*retrogr.*): inopinus. *cf.* inopinabilis.

[**inopīnor** *v. infra l. 41.* *falsa var. l. pro* op-: GELL. 18, 7, 5 IVL. VAL. 1, 43 p. 53, 25.]

inopīnus, -a, -um. *ab* inopinatus *retrograda q. d. formatione, v. Skutsch, Kl. Schr. 39; cf.* necopinus, festinus. SERV. Aen. 6, 104 (*v. l. 51*) nomen est, non participium: nam 'inopinata' diceret, quod non procedit; . . . quia 'inopinor' non dicimus, ideo nec 'inopinatus' facit. GLOSS. -a ἀνύποπτος. insperata vel inprovisa. *cf. l. 50.*

inde a VERG., *in serm. ped. inde a* TAC. *per totam latinitatem* (necopinus *post* STAT. *solus habet* AVSON. *semel*); *frequentat* AMM. (*22 ies*; necopinans *quater*, inopinabilis *semel*, ⟨in⟩opinatum *ed. Accursii* 21, 6, 3).

[*falsa var. l.*: Ov. met. 6, 465 (*Prisc. gramm. II 482, 21 pro* effreno). *e coni. dub.*: DON. Ter. Ad. 622 (*Goetz*, optimas *codd.*, inopinatas *Steph.*).]

1 *passive i. q. improvisus, subitus* (*add. dat. infra l. 67*): a *de rebus* (*attrib. vel praedic.*): VERG. Aen. 5, 857 -a quies laxaverat artus ([GLOSS. IV 447, 24 subita vel non sperata]. OROS. hist. 3, 1, 3 [inopinata *PR*]). 6, 104 non ulla laborum . . . nova mi facies -ave surgit. 8, 476 fors (*cf.* CHALC. comm. 158 fortunae inrationabilis et cum admiratione proventus -us. 159 fortuna). Ov. met. 4, 232 -o territa visu *sc. Solis Leucothoe.* Pont. 1, 8, 15 -o Marte (-a morte *G*). SIL. 1, 326 spicula . . . fundit . . . -a *Dacus.* 5, 389 attonitis -o turbine Poenis. 10, 187 miscent bella -a viri. 12, 185 effusae . . . ruunt -o flumine turmae. STAT. Theb. 1, 249 dolorem. 1, 468 quas *minas* nox -aque suasit aut virtus aut ira (-a *i.* '*subita*' *proprie ad* '*ira*' *spectat, Adrastus autem* 'aut v. aut i.' *dicit ne rixantium heroum petulantiam gravius accusare videatur*). 3, 47 imber. 5, 711 gaudia (10, 330 silv. 1, 2, 46 CLAVD. 26, 208). 8, 283 gloria. 8, 490 -o limine (*P*, limite *cett. fort. rectius, cf.* SCHOL.: quia vitae limes semper est incertus) vita exsiluit. silv. 3, 1, 10 fulgor. Ach. 1, 890 monstra. TAC. ann. 1, 68, 4 hosti . . . sonus tubarum, fulgor armorum, quanto -a, tanto maiora offunduntur. PLIN. paneg. 30, 2 siccitate. TER. MAVR. 1922 auribus acciderit novitas -a meleos. PANEG. 2, 2, 1 novus . . . pavor et -a trepidatio. TREB. trig. tyr. 12, 17 (*oratio Valeriani*) nec . . . nova vel -a nobis sunt. AVIEN. Arat. 1400 -a mali clades ruit (*gr. 768* ἀπρόφατον κακόν). SYMM. epist. 6, 41 febris. AMM. 14, 2, 1 excursibus (*cf.* 14, 2, 9 adcursu. BASIL. hom. RevBén. 57, 1947 p. 70, 3 nullus animis -us videtur incursus). 15, 4, 8 casu . . . trist⟨i⟩ et -o (15, 5, 18. 31, 15. 12. FACVND. defens. 12, 3 p. 840D -o et fortuito). 20, 8, 8 id quoque -um accessit. 21, 3, 1 nuntio percitus -o. 22, 2, 5 velocitate. 23, 3, 5 nequid -um . . . oreretur (*cf.* 26, 9, 2 nequid -um [op- *V*] . . . emergeret [*v. p. 1749, 69*]). 25, 5, 9 prosperitate. 26, 2, 11 auctoritas. 26, 6, 20 -[i]o impetu (*cf. p. 1748, 14*). 27, 10, 3 -a (-piam *V*) rei Romanae spes laetiorum adfulsit (CLAVD. DON. Aen. 1, 450 p. 91, 23). 27, 12, 9 defectio. 28, 2, 12 adventum. 28, 6, 4 pavor. 29, 5, 36 -a sequendi confidentia. PRVD. psych. 667 nascitur . . . -a . . . tempestas. CLAVD. 5, 29 tramite. 24, 64 -a reluxit . . . salus. 28, 216 arma. rapt. Pros. 3, 166 rabies Poenorum -a leonum. PAVL. NOL. carm. 18, 398 -a videns divini insignia doni. 25, 204 unde meos stringit lux -a oculos? CYPR. GALL. exod. 473 pax (nox *A*). MART. CAP. 1, 2 nescio quid -um intactumque moliens cano. 4, 328 gestamen . . . -um ac prorsus gymnasiis omnibus inexpertum. BOETH. cons. 1 carm. 1, 9 venit . . . properata malis -a senectus. ENNOD. opusc. 10, 4 p. 420, 11 possessorem . . . -a dote praestantem. CORIPP. Iust. 1, 299 fama. 2, 357 expavit gaudens -o nomine vulgus consulis audito. 3, 342 exstinctas -o fulmine turmas. ARATOR act. 2, 226 crepuscula. b *de animantibus* (*praedic.*): VAL. FL. 5, 638 (*loq. Mars ad Minervam*) vel tu sola polo tacitis -a tenebris labere (*i. repentina, haud exspectata; ad totum locum v. Leo, GGA 1897, 968*). STAT. Theb. 11, 148 unde Mycenis adforet et vallum coniunx (*i. Argia*) -a subiret? ITIN. Alex. 44 -i inruunt (COD. Theod. *p. 1750, 35*). AMM. 19, 8, 11 -i per varia visebantur *terrigenae.* 24, 3, 1 Surenam . . . turmas -um adgressum. 27, 2, 1 -us . . . barbarorum plebem, antequam armaretur, . . . praeventam . . . extinxit. CLAVD. 8, 102 longas incognitus egit praevento rumore vias, -us utrumque perculit.

2 *active i. q. improvidus, inopinans*: SIL. 2, 98 rueret . . . -a sub ictu . . . fera incauto. STAT. Theb. 6, 898 -um (-er) sponte remisit *Agyllea Tydeus.* AMM. 14, 11, 20 -um carpento privato inpositum ad Histriam duxit. MARCELL. med. 14, 11 capitis summi verticem si quis uvam laboranti mordeat -o (*adv. intellegunt Georges aliique, vix recte*), omni eum molestia liberabit.

[*? adv.* **inopīnō** *v. l. 17.*]

inopiōsus, -a, -um. *ab* inopia *iocose formatum. cf.* copiosus. *i. q. inops, expers* (*c. gen.*): PLAVT. Poen. 130 *res* dubias, egenas, -as consili ('*paratragoedatne ut in versibus sequentibus?*' *Ed. Fraenkel in plagulis*).

inoportūn- *v.* inopportun-.

inoppidātus, -a, -um. *ab* in *et* oppidum, *cf.* oppidatim. 1 *i. q. oppido privatus, expulsus*: SIDON. epist. 5, 13, 2 *Gabalitanos Euanthius* singulos, sparsos, -os . . . exhaurit, . . . ne tum quidem domum laboriosos redire permittens, cum tributum annuum datavere. 2 GLOSS.L II Philox. IN 345 -a: ἀοίκητα, ἄλιμενα.

inopportūnē *v. l. 63.*

inopportūnitās, -ātis *f.* *ab* inopportunus, *cf.* importunitas. *fere i. q. intempestivitas* (*sc. rei haud idoneae vel viri efflagitantis*): HYD. chron. II p. 34, 236 expeditio . . . navigationis -e revocatur. LEONIAN. Alc. Avit. epist. 86 p. 96, 11 summa -a (*Peiper*, in oport- *L et Goelzer p. 562*, import- *S*) perago, ut tres recentes aliis plus praesumam.

inopportūnus, -a, -um. *ab* in *et* opportunus *iuxta* importunus (*q. v.*), *ni fallimur, vulgarius fictum* (*nota* AVG. *l. 41*). *saepissime scribitur* inoport- *sec.* oportet (*cf. infra l. 69. 71*). NOT. Tir. 89, 53. *de notione*: AVG. in psalm. 118 serm. 29, 3 (*ad 118, 147* 'intempesta nocte' *vel* 'immaturitate', *v. p. 444, 14*) immaturitas . . . hoc loco nocturnum tempus est, quod non est maturum, id est opportunum ut agatur aliquid vigilando: quod etiam vulgo dici solet 'hora -a (imp- *edd. vett.*)'. nox quoque intempesta, id est media, quando quiescendum est, hinc procul dubio nuncupata est, quia -a est actionibus vigilantium. tempestivum enim dixerunt veteres opportunum et intempestivum -um (*cf.* importunus *p. 664, 66*). GLOSS. ἄκαιρος (*cf.* importunus *p. 663, 28*). [*confunditur in codd. passim c. voce q. e.* importunus, *quae praeferenda est his locis*: CIC. fin. 2, 85 (*v. Madvig ad l.*). VVLG. II Tim. 4, 2 (-e *OS*, *item cod. W*¹ AVG. c. Cresc. 1, 6, 8 p. 331, 3. 10. 1, 9, 12 p. 335, 9. 2, 1, 1 p. 360, 11). PELAG. in II Cor. 12, 9 OROS. hist. 6, 12, 5. *ceterum vix liquet, quanta fides scribis habenda sit.*]

i. q. non opportunus, importunus, ἄκαιρος (*c. dat. l. 43*): AFRIC. dig. 46, 3, 39 (*interpol.?*) quid enim, si -o tempore vel loco optulerim? (APVL. met. 8, 29, 5 plane. *cf.* importunus *p. 664, 16. 58*). APVL. met. 2, 15, 1 inducta serie -arum fabularum. AVG. civ. 11, 22 p. 491, 2 D. inmoderato et -o usu. OROS. apol. 29, 1 -am historiam (*sc. Ioseph et uxoris Potiphar, quae libro ad puellam misso continebatur;* '*ungelegen*' *Svennung, Oros. 138*) obscenissimo sermone contexens. CONC.S I 2 p. 104, 32 (= I 3 vers. Tur. p. 188, 12. II 3, 1 p. 87, 14. II 3, 2 p. 11, 12) omnino superflua et -a (inp- *var. l.*) ecclesiarum divisio facta est (*I 5 p. 335, 6* nullis ex causis, *gr. I 1, 4 p. 16, 22* οὐκ εὐάφορμος). COD. Iust. 1, 3, 27 (*a. 466*) nec a dei templis quibus se consecravit -is (imp- *M*) intentionibus abstrahatur.

adv. **inopportūnē**. [*var. l. supra l. 48.*] *i. q. non opportune*: AVG. c. Faust. 22, 72 p. 669, 15 *Christus dixit angelis*: 'colligite primum zizania . . .'. qui tamen hoc ipsum -e (imp- *S, ed. pr.; cf. p. 665, 25*) facere volentes servos prohibuit dicens: 'ne . . . eradicetis simul et triticum' (*cf. N. T. Matth. 13, 29sqq.*). quaest. euang. 2, 18 p. 1340 ipsa doctrina quodammodo scinditur, cuius particula . . . -e traditur, cum illa doceat *eqs.* (*antea*: inconvenienter. *infra*: non oportere). serm. 351, 3, 4 p. 1540 qui . . . -e inopia coactus petit aut negotio suo, cum tu maiore occupatus es, indifferenter flagitat subveniri *eqs.* (*infra*: oportet, opus est). GREG. M. epist. 1, 48 p. 74, 19 comperimus . . . multos virorum cum mulieribus suis . . . illic . . . refugisse, quod -e (importunum *edd. vett.*) iudicavimus, ut dum alia refugiorum loca vicina sint, cur ibidem cum monachis debeant mulieres habitare?

deriv.: inopportunitas. *Hubbard.*

***inops**, -is *adi.* *ab in et subst.* ops, *cf.* **1.** cop(i)s. *de etym. v. p. 1753, 4. al.* *de scriptura*: PROB. inst. gramm. IV 125, 24 quaeritur, qua de causa -s per p, non per b litteram scribatur. *cf.* FRONTIN. (?) strat. 4, 7, 37 (-bs *GH*¹*P*, *corr. H*²). COMM. instr. 1, 10, 5 (-bs *C*). *al.* *de formis: abl.*: PRISC. gramm. II 341, 10 '-e' vel '-i'. *per* i *fere adi.*, *per* e *subst.*, *v. Georges, Wortf., at v. p. 1756, 80.* *gen. plur.* -um *ubique.* *compar.* -ior *p. 1754, 34.* NOT. Tir. 40, 48 -s. *de structuris*: ARVS. gramm. VII 480, 3 -s illius rei . . . -s hac re (*af-*
[*I. Kapp*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fert ad gen. VERG. *p. 1756, 30* [*item* PRISC. gramm. III 216, 9. *cf.* 218, 9] *et* SALL. *p. 1757, 63, ad abl.* CIC. *p. 1757, 36*). *cf.* COMMENT. Lucan. 3, 676 (*v. p. 1757, 9*) illius rei -es posuit, non illa re. *v. et p. 1756, 18 sqq. 1757, 35 sqq.* *de deriv. et notione*: VARRO ling. 5, 92 opulentus ab ope, ... ab eadem -s, qui eius indiget. FEST. p. 190 ops antiqui dicebant, quem nunc opulentum, ut testimonio est, non solum ei contrarium -s ⟨...⟩. GRILL. rhet. p. 7, 14 M. ἄπορον: -s qui quid agat non invenit, sed etiam contrarium facit quam cupit *eqs.* (*cf. l. 23. p. 1754, 40. 1757, 53*). SERV. Aen. 6, 325 (*v. l. 61*) -em ... dicit sine pulveris iactu — nam ops terra est — id est sine terra, sine humatione (ISID. orig. 10, 145 -s, qui sine terra est: opem enim terram intellegimus, quia opem fert fructificando [*v. p. 1755, 38 sqq.*]. alii -em intellegunt non sepultum, inhumatum *eqs.* GLOSS.^{L} I Ansil. IN 1164 insepultus, sine terra; ops enim terra est *eqs. cf. l. 63. p. 1757, 8 sq.*). CASSIOD. in psalm. 34, 12 p. 244^{D} -s ... dicitur, quia mortalis effectus est; egenus, quia in laboribus... panem quaesivit; pauper, quoniam de illa sapientia ... deiectus solam tenuem ... ratiunculam possidebat. 71, 12 p. 511^{C} -em ... diximus plus esse quam pauperem, qui opem non habet vitae nec sua praevalet facultate subsistere. SYNON. Cic. p. 424, 9 B. egens. egestuosus. nudus. -s. pauper. mendicus. 428, 9 inermis. nudus. destitutus. desertus. -s animi. 431, 23 indigens. -s. sterilis. infecundus. infructuosus. GLOSS. pauper vel mendicus. pauper qui plus debet quam possidet (*v. p. 1754, 76*). ἀδύνατος. ἄπορος. *v. etiam l. 13. 42. p. 1756, 31. 33.* *legitur inde a* PLAVTO, TER., VARRONE (*v. l. 4*), RHET. Her., CIC. *per totam latinitatem.*

[*falso trad.*: SVEIVS carm. frg. 4 EPIST. Sapph. 63. *dub.*: PLAVT. Trin. 241 LAEV. *v. p. 666, 25.* *loco mendoso*: CYPR. GALL. exod. 342 *nullus Aegyptius* ex -i potuit consurgere lecto (*C*, loeto *A*, '*an* tecto?' *Peiper. cf. Vulg. 10, 23*). *v. etiam p. 1755, 45.*]

i. q. **opem, opes non habens, qui sine ope est** (*saepe pro subst.*):

I *usu* **generali:** A *absolute* (*in lusu verborum l. 43 sqq. p. 1754, 10. al. per oxymoron l. 73. cf. et p. 1755, 77*): 1 *de animantibus* (*de re pro persona l. 76. 79. cf. p. 1754, 19*): a *praevalente egestatis notione fere i. q. egens, indigens,* ἐνδεής (ἐπιδεής *l. 82; iuxta pos. e. g.* egens *l. 70. p. 1754, 5 sqq.*, egenus *l. 84. p. 1754, 28*, indignus *p. 1754, 1*, infirmus *l. 51*, pauper *p. 1754, 30*, spoliatus *l. 80*, supplex *l. 54; opp.* copiosus *p. 1754, 8*, idoneus *p. 1754, 23*, opulentus *l. 47*, pollens *l. 72*, potens *l. 55. al.*): α *strictius de eis, qui ope carent, indigent adiumenti, quibus auxilium alienum omnino necessarium est* (*cf.* NON. p. 30, 33 -s dicitur sine ope et auxilio):

PLAVT. Bacch. 638 egone ut opem mi ferre posse putem -em te? (SALL. Iug. 14, 7 -s alienas opes expecto. LIV. 21, 58, 10 ad alienam opem quisque -s tendere. *al.*). Rud. 258 ut nos ... miseras, -es, aerumnosas ... aliquo auxilio adiuvet ([*cf. 274*]. CIC. Pis. 18. LIV. 7, 29, 4 *Sidicini* coacti -es ad opulentiorum auxilium confugere). TER. Haut. 1026 obsecro ... -is nunc te miserescat mei. Ad. 156 subvenite -i. CIC. S. Rosc. 27 Sex. Roscium -em, eiectum domo atque expulsum ex suis bonis *eqs.* Verr. II 5, 89 -es, relicti ab duce. Mur. 45 hominem e civitate, praesertim non -em neque infirmum, exturbare (Att. 7, 8, 5 quaestor ... i. et -s. NICET. vigil. 6 p. 62, 19 pernoctabat dominus non sibi, sed ut scirent servi -es et i., quid agere deberent). p. red. ad Quir. 20 *cum Marius*, quibus regna ipse dederat, ad eos -s supplexque venisset. off. 2, 69 *opp.* potentis (SALL. epist. Mithr. 17. LIV. 2, 3, 4 leges rem ... esse ... meliorem ... -i quam potenti [*cf.* 9, 1, 8]. 29, 8, 8. PHAEDR. 1, 24, 1 -s potentem dum vult imitari, perit. TAC. hist. 2, 10, 1 potens vel -s reus. *al.*). CATVLL. 64, 197 *Ariadne* -s, ardens, amenti caeca furore (*antea*: huc adventate *ad auxilium*). SALL. Iug. 14, 11 extorrem patria domo, -em te coopertum miseriis (PS. QVINT. decl. 1, 13 p. 14, 27 IVST. 14, 4, 14). VERG. Aen. 6, 325 -s inhumataque turba ('*cui nemo opem tulit iusta persolvens*' *Heyne; aliter explicatur l. 9 sqq. cf.* AVSON. Mos. 4 infletae ... iacent -es super arva catervae). 9, 288 (290) tu, oro, solare -em *matrem filio unico amisso* (HOR. epist. 2, 1, 131 -em solatur et aegrum). HOR. sat. 1, 2, 5 hic ... -i dare nolit amico, frigus quo ... propellere possit. OV. epist. 6, 162 *Medea* erret -s, exspes, caede cruenta sua (*sic in enumeratione*: met. 13, 510 *Hecuba* exsul, -s *eqs.* 14, 217 *Achaemenides* solus, -s, exspes *eqs.* Ib. 113 exul, -s erres *eqs.* LIV. 40, 12, 6 *Demetrium* circumventum, solum, -em. SEN. contr. exc. 3, 3, 2 solus, senex, -s. SEN. Ag. 991 *Electra* -s, egens, inclusa *eqs.* STAT. Theb. 2, 402 *Polynices* -s... tristes exul agit casus. BOETH. cons. 4, 5, 2 W. exul, -s ignominiosusque [*opp.* pollens opibus, potentia validus]. *v. et l. 49. 58. al.*). met. 3, 466 quod cupio mecum est: -em me (*Narcissum*) copia fecit (*inde de milite podagrico, qui olim eques* sex [*sic A*] *pedibus utebatur*: SYMPH. 296). LIV. 4, 48, 13 *in tribunatūs* fidem ... rem publicam, tamquam privatum -em, confugere. VAL. FL. 1, 697 quod ... patrem liquerit ... -em *Iason*. 3, 609 *Herculem* quaerit -s *Iason* (*i. fere consilii egens. cf.* 4, 5 haeret -s *Hercules*. 4, 296 saevit -s Amycus). 5, 146 odia aegra sine armis errabant iraeque -es et segnis Erinys. TAC. hist. 1, 60 spoliatas et -es legiones. 3, 31, 1 vulgus -s (*opp.* tribunos centurionesque). VVLG. Sirach 31, 4 laboravit pauper in diminutione victus et in fine -s fit (*gr.* πτωχός ... ἐπιδεής). PRVD. c. Symm. 2, 916 saevire famem totumque per orbem mortales pallere -es ac panis egenos. AVG. epist. 155, 12 p. 442, 14 nec ... subveniatur ope indigentibus, ubi (*i. in vita aeterna*) -em atque indignum non habebimus. *al.*

2 *usu vario*: CIC. Verr. II 2, 114 vide, quid inter te, cuius ..., cui ..., vide, -am, quid inter te et hunc ... intersit. 2, 128 iste ... excogitat — dixi iam dudum *eqs.* — excogitat, -am, quem ad modum *eqs.* 3, 153 non reprehendo Metellum — *eqs.* — non reprehendo, -am, Metellum, sed *eqs.* 4, 67 rex ... Syracusis in foro — *eqs.* — in foro, -am, Syracusis ... clamare coepit *eqs.* 5, 77 si pridie quam a me tu coactus es confiteri ... ducem vivere, habitare ..., si, -am, pridie ... profugisset, *eqs.* (BOETH. cons. 5, 5, 1 W.). Mur. 63 nostri ... illi — *eqs.* — nostri, -am, illi ... aiunt *eqs.* Flacc. 103 ego te, si ..., ego te, -am, ... prodidero. dom. 25 excitatus aliquando Cn. Pompei — *eqs.* — excitatus, -am, aliquando Cn. Pompei ... dolor subvenit. Mil. 67 tuas, Cn. Pompei — *eqs.* — tuas, -am, suspiciones perhorrescimus (*cf.* Att. 6, 2, 8 id me ... tu, cuius ..., cum ..., tu me, -am, rogas [PANEG. 12, 16, 1 quamobrem te, summe rerum sator, cuius ..., te, -am, oramus *eqs.*]). Phil. 2, 64 bona Cn. Pompei — *eqs.* — bona, -am, Cn. Pompei ... voci ... subiecta praeconis. fin. 2, 72 SEN. contr. 1, 6, 3 VELL. 2, 66, 3. FRONTO p. 151, 18 v.d.H. (=p. 158 N.) Apollonius autem — *eqs.* — Apollonius, -am, qui *eqs.* MIN. FEL. 8, 3 cum ... Protagoram Athenienses ... expulerint ..., quid? (*interpunct. minus apte om. edd. nonnulli, cf. p. 1786, 57sq.*) homines — *eqs.* — homines, -am, deploratae ... factionis grassari in deos non ingemescendum est? *al.*

B -it: CIC. Deiot. 33 *v. p. 1778, 21.* fat. 8 'at enim, quoniam ..., ut ..., quoniam igitur' -it '..., quid mirum est ...?' SIL. 13, 151 *v. p. 1778, 22.* APVL. Socr. 6 p. 132 'non usque adeo' — responderit enim *eqs.* — 'non usque adeo' -it '*eqs.*' DIDASC. apost. 37, 34 si enim in orfanitate constitutus est aut ... aut ..., qui talis, -it, est et laudabitur.

III -am ***vi explicativa*** *fere pro 'scilicet', 'id est' sim.* (*cf.* dico *vol. V 1, 980, 83sqq. et in pleonasmo* [?] -am dico *infra l. 73. v. etiam p. 1782, 49*): A *generatim*: CIC. Att. 8, 3, 5 has compedes, fascis, -am, hos laureatos. HOR. sat. 2, 8, 27 cetera turba, nos, -am. PS. TERT. haer. 1 p. 213, 4 Iudaismi haereticos, Dositheum, -am, Samaritanum, qui *eqs.* IREN. 2, 22, 5 magis honorabilem aetatem ..., illam, -am, provectiorem. PANEG. 7, 3, 3 hunc ...; divi[ni], -am, Constantii filium. FAVST. REI. grat. 2, 5 p. 69, 28 Matthaeus dum incrassatum cor ... clausosque oculos ad culpam hominis refert, cur non sanarentur, ... perdocuit, dum, -am, dicit: 'incrassatum est cor *eqs.*' BOETH. in Porph. comm. sec. 2, 2 p. 171, 16 de his ... duobus, genere, -am, ac specie. THEOD. MOPS. in Eph. argum. p. 113, 13 adversariorum ..., gentium, -o, et Iudaeorum. 1, 4 p. 122, 2 futura illa bona, resurrectionem, -o, et ... inmortalitatem. 1, 10 p. 129, 5 ex quattuor ... elementis, terra, -o, et aëre et aqua et igne. *cf. p. 1781, 53.* *sim. in verbis transferendis*: CIC. Att. 8, 5, 1 πολλὰ μάτην ... θυμήναντα, multa, -am, mala cum dixisset ..., ut aiunt. B *speciatim per repetitionem vocis explicandae*: Ps. ORIG. tract. 1 p. 4, 12 aut deo ... aut poenae: deo, -am, si ..., poenae autem, si *eqs.* CAEL. AVR. acut. 1 praef. 2 *libros* utiles magis quam necessarios ...: utiles, -am, ut ... *obscure dicta* revelentur: non, -am (nonnunquam *trad.*), necessarios, haec enim *eqs.* 1, 6, 50/51 discernuntur *dormientes phrenetici ab lethargicis* ... colore, charactere ..., febrium magnitudine: colore, -am, dormientium enim mundum corpus ...; magnitudine, -am, febrium, dormientium enim *eqs.* 1, 15, 146 incongrue et intemporaliter et immodice: incongrue, -am, quoniam *eqs.* 2, 36, 189 primo ex praeteritis, dehinc ex ... sudoris ... ordine ...: ex praeteritis, -am, cum ...: ex ordine, -am, sudoris ...: aequalis enim bonus *eqs.* chron. 2, 13, 183 de schemate iacendi atque phlebotomia ...: de schemate, -am, iacendi, siquidem *eqs.* ALC. AVIT. epist. 77 celebravimus vobiscum ..., vobiscum, -am, non loco sed animo. HERACL. Alc. Avit. epist. 54 p. 83, 11 laboris ...: laborem, -am, dico, quia *eqs.*

PARS POSTERIOR: *de collocatione.*

caput primum: orationi inseritur.

ponitur potissimum aut secundo loco aut in qualibet orationis caesura; de collocatione minus sollemni nec tamen prorsus libera v. p. 1795, 16. ad locos, quibus ad vocem q. e. -am additamenta sive iuxta posita sive quibusdam intercedentibus inserta accedunt, v. p. 1776, 76. audaciora inveniuntur hic illic in poesi; in hexametro (cf. p. 1796, 29sqq. 47) collocatur imprimis in fine versus, saepe ante (e. g. VERG. Aen. 5, 474 OV. met. 13, 942 LVCAN. 5, 578 SIL. 13, 405. *cf. p. 1796, 40) aut post (e. g.* OV. met. 4, 108. 6, 170 fast. 2, 441 Pont. 3, 2, 83 VAL. FL. 4, 706 HOMER. 272, *in pentam.* OV. fast. 1, 17, 4. 178) *caesuram, interdum in dactylo paenultimo* (*e. g.* OV. epist. 2, 83 met. 6, 611. 14, 233 LVCAN. 6, 150); *fort. non casu inseritur post primam hexam. vocem e. g.* VERG. Aen. 1, 754 SIL. 1, 399. 2, 389 (*sim. in secundo pentam. hemistichio* OV. fast. 2, 180. 6, 96); *in princ. hexametri* OV. met. 2, 550.

I ***post primam vocem*** *aut ratione inde explicanda*: A *in primo orationis membro* (*enuntiato*): 1 *secundo loco* (*selectissima*): a *post voces leviores*: α *monosyllabas*: ① *interrogativas*: an: CIC. nat. deor. 2, 2 'an' -it 'oblitus es ...? *eqs.*' BOETH. cons. 1, 3, 4 W. cur: VERG. Aen. 11, 855 'c.' -it 'diversus abis? *eqs.*' PHAEDR. 1, 1, 5 TAC. ann. 14, 59, 3 PLIN. epist. 1, 12, 8 APVL. apol. 27. *al.* num: FRONTIN. (?) strat. 4, 5, 12 'n. (numquid *G*)' -it 'et pro patria *eqs.*?' quis (qui): CIC. Att. 1, 16, 10 'quid' -it 'homini Arpinati cum aquis calidis?' (OV. met. 3, 383 SEN. contr. 7, 5, 2 SEN. benef. 4, 2, 3 PETRON. 107, 15. *al.*). OV. met. 7, 171 'quod' -it 'excidit ...? *eqs.*' (PHAEDR. app. 11, 6 SEN. nat. 6, 4, 2. *al.*). 8, 574 'quis' -it ille 'locus?' (FEST. p. 272 PETRON. 104, 4. *al.*). SEN. clem. 1, 9, 10 'quo' -it 'hoc animo facis?' (dial. 9, 11, 5 'quo' -it 'te reservem ...? *eqs.*' TAC. ann. 1, 74, 5 quo ... loco. GELL. 10, 16, 3 quo ... modo. *al.*). ② *varias*: at: CIC. Att. 15, 4, 3 'at' -is 'Ἡρακλείδειον aliquid'. SEN. contr. 4 praef. 11 suas. 2, 18 VAL. MAX. 5, 3, 2ª. cum (*coni.*): CIC. Deiot. 17 'c.' -it 'in castellum ... venisses *eqs.*' 21 VARRO ling. 9, 48 TERT. adv. Val. 36 p. 210, 16 VOPISC. Car. 8, 5. 14, 2. en (*cf. p. 1791, 83*): CIC. Att. 5, 1, 3 'en' -it mihi 'haec ego patior cotidie'. LIV. 22, 6, 3 '⟨en⟩' -it 'hic est ..., qui *eqs.*' SEN. contr. 1, 2, 18 APVL. met. 1, 18, 8 AMM. 16, 12, 31. *al.* iam: SEN. contr. 2, 3, 7 'i.' -it 'angustum tempus est'. 2, 3, 8 *bis.* PETRON. 64, 3. ne: APVL. met. 1, 3, 1 'ne' -it 'istud mendacium tam verum est, quam *eqs.*' 1, 17, 2 'ne' -it 'inmerito *eqs.*' (1, 18, 4). TERT. ieiun. 6 'ne' -it, 'cum *eqs.*' (adv. Marc. 4, 15 p. 465, 24). IVL. VAL. 1, 15 p. 25, 17 'ne' -it, 'quaeso, ne moveare *eqs.*' non (*aliter p. 1793, 67*): CIC. Quinct. 43 'n.' -it 'id ... neque in eo *eqs.*' Tull. 54 (49) 'n.' -it '..., sed *eqs.*' (Brut. 270 SEN. contr. exc. 7, 4 TERT. adv. Hermog. 44 p. 173, 17. *al. cf.* CIC. off. 1, 63 'n.' -it 'solum ..., verum etiam *eqs.*'). Flacc. 55 Brut. 119 CATVLL. 10, 18 OV. fast. 5, 238 LIV. 6, 40, 11. *et passim.* o: PETRON. 24, 2 'o' -it 'hominem acutum *eqs.*' 134, 8 FLOR. Verg. p. 186, 13 APVL. met. 11, 22, 5 (*v. p. 1769, 74*). *passim.* quam: BOETH. cons. 3, 12, 23 W. 'qu.' -am 'me ... delectant *eqs.*!' qui: TERT. anim. 5, 3 'quo' -it 'digresso *eqs.*' adv. Marc. 4, 14 p. 460, 11 GREG. TVR. Franc. 3, 4. sed: QVINT. decl. 375 p. 415, 21 's.' -it 'supervacua erat *eqs.*' APVL. apol. 79 (*v. app. crit.*). AVG. civ. 11, 34 p. 510, 22 D. si: CIC. ac. 2, 80 'si' -it 'deus te interroget *eqs.*' nat. deor. 1, 16 div. 2, 108 TERT. idol. 23 resurr. 57 p. 116, 9. *al.* sic: CIC. rep. 1, 60 's.' -it 'est'. Att. 9, 18, 1 's.' -am 'agam *eqs.*' VARRO rust. 2, 1, 26 (si *trad.*). CATVLL. 45, 13 SEN. epist. 12, 10. *al.* ut: CIC. fin. 4, 75 'ut' -it '..., sic *eqs.*' TERT. ieiun. 10 p. 288, 12 EPIT. Alex. 80. SCHOL. Cic. Bob. p. 80, 7 'ut' -it '... concedam *eqs.*'

β *pyrrhichias*: TER. Eun. 580 'ego' -it 'ad cenam hinc eo' (CIC. de orat. 2, 27 Brut. 292 VARRO rust. 2, 6, 1. *al.*). CIC. Phil. 13, 38 'utrum' -it 'elegantius?' div. 1, 11 'nihil' -it 'equidem novi *eqs.*' (Att. 10, 7, 1 SEN. dial. 4, 32, 3 CVRT. 3, 1, 18. *al.*). fat. 4 'ita' -it 'audiam te *eqs.*' (SEN. contr. 2, 6, 6 SEN. epist. 47, 18 PETRON. 127, 6 FLOR. epit. 4, 12, 15). LIV. 32, 20, 3 'ubi' -it 'illa certamina ...? *eqs.*' (SEN. benef. 4, 32, 4 APVL. met. 9, 39, 4. *al.*). VAL. MAX. 5, 1 ext. 3 nisi (VLP. dig. 9, 2, 27, 25. 33, 7, 12, 45 FRG. de form. Fab. 8). SEN. dial. 1, 2, 10 'licet' -it '... concesserint, *eqs.*' (benef. 5, 14, 1 VITA Hil. Arel. 9 l. 27 C.). benef. 2, 8, 1 tamen (PETRON. 66, 1 QVINT. decl. 374 p. 414, 21). VLP. dig. 47, 2, 43, 10 quia (PATRIC. conf. 9 GREG. TVR. vit. patr. 5, 2).

b *post praepp.*: VVLG. exod. 8, 10 'iuxta' -it 'verbum tuum (t. -it *pars codd.*) *eqs.*' VITA Eugen. 5 'ante' -it 'paucos dies *eqs.*'

c *separat artius secum cohaerentia* (*cf. p. 1789, 68. 1790, 4*): CATVLL. 45, 2 'mea' -it 'Acme, ni te *eqs.*' LIV. 3, 19, 6 'Aulus' -it 'ille Verginius *eqs.*' 6, 16, 2 'Iuppiter' -it 'optime maxime Iunoque regina *eqs.*' PETRON. 85, 5 'domina' -am 'Venus, si *eqs.*'

d *removet enclitica q. v. sim. in locum tertium*: ergo (*cf. p. 1791, 65*): PHAEDR. app. 11, 6 'quod' -it 'e., stulte, meruisti decus ...? *eqs.*' CVRT. 6, 9, 8. VITA Caes. Arel. 2, 42 'da' -it 'e. si *eqs.*' igitur: *v. p. 254, 24sqq.* modo: QVINT. decl. 338 p. 338, 1 'torqueat' -it 'm.: *eqs.*'

2 *tertio loco* (*nota locos, quibus quae antecedunt artius secum conexa sunt, ut e. g. a praepositionibus pendentia [p. 1789, 50], re vera ad 1 pertinere*): a *primum locum obtinent proclitica q. v. sim.*: α *coniunctiones et adverbia*: ① *monosyllaba*: an: CIC. fin. 2, 11 'an potest' -it ille 'quicquam esse suavius *eqs.*?' LIV. 31, 29, 4 TAC. ann. 11, 30, 2. APVL. met. 11, 28, 4 'an tu' -it, '*eqs.*?' at: CIC. Deiot. 25 'at eo' -it 'tempore *eqs.*' OV. trist. 5, 1, 49 'at poteras' -is '*eqs.*' VAL. MAX. 9, 14 ext. 3. QVINT. decl. 376 p. 417, 10 'at enim' -it '*eqs.*' cum: CIC. de orat. 2, 263 'quom tu' -it '*eqs.*' SEN. contr. 9, 3, 10 'c. viderem' -it 'orbum *eqs.*' TAC. ann. 11, 4, 3 'c. idem' -it 'de admissis ... sentiam *eqs.*' cur: TER. Phorm. 620 'c. non' -am, 'Phormio, vides ...? *eqs.*' OV. met. 6, 631 'c. admovet' -it 'alter blanditias ...? *eqs.*' TERT. nat. 1, 5, 5. *al.* dum: VARRO rust. 3, 2, 1 'd. diribentur' -it 'suffragia, *eqs.*' et: LIV. 3, 25, 8 'et haec' -it 'sacrata quer-

[Szantyr]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cus *eqs.*' 3, 59, 2 'et libertatis' -it 'nostrae *eqs.*' 44, 36, 12 'et ego' -it '. . . habui, *eqs.*' SEN. contr. 2, 2, 6 'et ideo' -it '*eqs.*' 7, 7, 10 'et suspectus' -it 'iudici est *eqs.*' iam: CIC. dom. 126 'i. fateor' -it 'me . . . fuisse'. VAL. MAX. 3, 2, 20 'i. hoc' -it '*eqs.*' APVL. flor. 3 p. 14 'i. primum' -it '*eqs.*' *al.* nam: CIC. de orat. 2, 24 'n. si' -am, 'Scaevola, *eqs.*' (NEP. Ages. 5, 4). QVINT. inst. 1, 10, 3 'n. quid' -unt '. . .? *eqs.*' GAIVS inst. 2, 218 'n. eo' -it 'senatus consulto *eqs.*' ne: CIC. Verr. II 3, 37 'ne tollat' -it 'ex area *eqs.*' HOR. sat. 2, 1, 5 'ne faciam' -is 'omnino versus?' nec: VARRO rust. 1, 2, 20 'n. ullae' -am 'pecudes *eqs.*' SEN. nat. 4 praef. 7 'n. invidebo' -it 'vobis *eqs.*' CVRT. 7, 5, 12 'n. solus' -it 'bibere sustineo *eqs.*' APVL. met. 6, 23, 4 'n. tu' -it, 'filia, *eqs.*' non: CIC. Flacc. 35 'n. deduxi' -it 'Servilium'. fin. 2, 91 ac. 2, 148 BELL. Afr. 44, 3. APVL. met. 7, 11, 2 'n. modo' -it '. . ., verum etiam *eqs.*' quam: CIC. Brut. 248 'qu. vellem' -it '*eqs.*' SEN. dial. 1, 4, 4. AMM. 22, 11, 7 'qu. diu' -it '*eqs.*?' quin: LIV. 27, 26, 10 'qu. imus' -it 'ipsi . . .? *eqs.*' 40, 7, 5. sed: CATO orig. 83 's. istos' -it 'milites *eqs.*' SEN. contr. 9, 6, 6. ARNOB. nat. 1, 36 's. non' -it 'idcirco *eqs.*' si: CATO orig. 83 'si alium' -it tribunus 'neminem *eqs.*' CIC. ac. 2, 63 'si te' -it '*eqs.*' VERG. Aen. 5, 353 CVRT. 8, 1, 34. ut: CIC. Brut. 19 'ut scribas' -it 'aliquid; *eqs.*' LIV. 2, 38, 2 'ut omnia' -it 'obliviscamini *eqs.*' SEN. epist. 85, 26 'ut vobis' -it 'videtur, *eqs.*'

(ii) *polysyllaba*: TER. Phorm. 93 'numquam aeque' -it 'ac modo *eqs.*' (CIC. Tusc. 2, 29 'n. quicquam' -it '*eqs.*' nat. deor. 1, 87 'n. vidi' -it 'animam *eqs.*' VAL. MAX. 4, 7, 1 SEN. epist. 108, 25). CIC. Mur. 74 'utrum lenocinium' -it '. . . an . . . petebas?' (LIV. 36, 34, 7 VLP. dig. 35, 3, 1, 3. *al.*). de orat. 2, 47 'quia nolo' -it 'omnia . . . tractare *eqs.*' (VARRO Men. 407 'qu. Romanis' -it 'me . . . tradere volebat'. VAL. MAX. 8, 13 ext. 2 SEN. apocol. 8, 2). Brut. 124 'atqui haec' -am 'de incestu *eqs.*' (fin. 2, 9 'a. reperies' -it 'in hoc *eqs.*'). 146 'etsi satis' -it 'mihi videbar *eqs.*' (fin. 5, 7 ac. 2, 10. *al.*). Tusc. 3, 42 'saepe quaesivi' -it 'ex is qui *eqs.*' VARRO rust. 1, 23, 1 'quoniam fructum' -it 'arbitror esse fundi eum, qui *eqs.*' (PS. TERT. adv. Iud. 10 l. 87 'qu. puer' -it 'natus est vobis *eqs.*' *al.*). LIV. 21, 53, 5 'quantum ingemiscant' -it 'patres nostri *eqs.*' 25, 29, 2 'neque primo' -it 'Syracusani a vobis defecimus *eqs.*' (38, 14, 7 TAC. dial. 15, 2 GELL. 10, 16, 6). SEN. contr. 1, 8, 2 'numquid luxuriam' -it 'obicis?' suas. 5, 7 'nisi tollitis' -it 'trophaea, *eqs.*' (SEN. benef. 3, 37, 4. VLP. dig. 4, 9, 3, 1 'n. forte' -it '*eqs.*' *al.*). CVRT. 4, 16, 5 'ecquid videtis' -it 'istos, qui *eqs.*?' PETRON. 67, 2 'quomodo nosti' -it 'illam' Trimalchio, 'nisi *eqs.*' VLP. dig. 4, 8, 7, 1 'quamvis servi' -it 'arbiterium nullum sit'. 39, 2, 15, 33 'ceterum nullus' -it 'finis rei invenietur' (TERT. pudic. 2, 1). TERT. anim. 33, 2 'uti rationem' -it 'patri reddat *eqs.*' orat. 3, 1 'ego veni' -it '*eqs.*' (adv. Prax. 14 p. 251, 13). *al.*

β *pronomina*: CIC. de orat. 2, 287 'me istorum' -it 'nihil credere' (Brut. 123 PETRON. 16, 3. *cf.* LVCAN. 10, 353 'tu mollibus' -it 'nunc incumbe toris *eqs.*'). Brut. 280 'hoc modo' -am '*eqs.*' (VARRO rust. 2, 9, 16 SEN. dial. 1, 5, 5). off. 2, 89 'quid hominem' -it 'occidere?' (Att. 4, 17, 5 SEN. dial. 9, 14, 8). 3, 42 'qui stadium' -it 'currit, *eqs.*' (LIV. 23, 3, 1 SEN. benef. 2, 32, 1 SVET. Aug. 58, 2). *et sim. passim.*

γ *praepositiones*: CIC. Mil. 98 'de me' -it '*eqs.*' (Brut. 151 VARRO rust. 3, 6, 1). Deiot. 33 'ad regem' -it 'scribere solebat *eqs.*' NEP. Pel. 3, 2 'in crastinum' -it 'differo res *eqs.*' (LIV. 26, 33, 7 'in consilio' -it 'arbitror me fuisse *eqs.*'). SEN. contr. 7, 7, 11 'ante comitia' -it 'paratus fuerat *eqs.*' SEN. dial. 5, 15, 11 'apud regem' -it '*eqs.*' TERT. adv. Marc. 4, 15 p. 463, 12 'secundum haec' -it 'faciebant *eqs.*' *e duobus nominibus a praep. pendentibus praecedit unum*: RHET. Her. 4, 52, 65 'per te' -it 'et quae tibi dulcissima sunt in vita, *eqs.*' SEN. benef. 6, 11, 1 'ad quaerendum' -it 'et accersendum *eqs.*' TERT. adv. Marc. 5, 19 p. 646, 16 'secundum praecepta' -it 'et doctrinam hominum'. *inseritur inter attributum sim. et subst.* (*at v. p. 1790, 63*): CIC. Deiot. 21 'in posterum' -it 'diem *eqs.*' (SEN. benef. 6, 31, 5 'in primo' -it 'statim monte *eqs.*' epist. 58, 15 PETRON. 98, 8). LIV. 1, 59, 1 'per hunc' -it 'castissimum . . . sanguinem *eqs.*' (PETRON. 24, 3 APVL. met. 2, 5, 2). SEN. contr. 2, 1, 19 'sub arbitrio' -it 'patris es'. SEN. benef. 4, 19, 4 'propter maiestatem' -is 'eius eximiam, *eqs.*' nat. 1, 3, 7 'ab omni' -it 'laevitate *eqs.*' QVINT. inst. 6, 3, 32 'ex tui' -it 'animi sententia *eqs.*'

δ *interiectiones sim.*: CIC. Arch. 24 'o fortunate' -it 'adulescens, qui *eqs.*' (Brut. 204 'o magnam' -it 'artem!' Brutus '*eqs.*' 213 Att. 8, 3, 6. SEN. epist. 56, 3 'o te' -is 'ferreum *eqs.*' [PETRON. 106, 1]. PETRON. 90, 5 'o mi' -it 'adulescens' [116, 4 'o mi' -it 'hospites, *eqs.*']. *al.*). LIV. 2, 12, 13 'en tibi' -it, '*eqs.*' (IVVENC. 2, 103). SEN. contr. 2, 1, 30 'ecce nunc' -it (*v. app. crit.*) '*eqs.*' (TERT. adv. Marc. 5, 3 p. 577, 13).

ε *copula* est *sim.*: CIC. Brut. 260 'fuit accusator' -it 'vetus *eqs.*' VARRO rust. 1, 3, 4 'est altera' -it 'temporum divisio *eqs.*' (SEN. epist. 99, 28).

b *secundum locum obtinent enclitica q. v. sim.*: α *varia*: autem: CIC. Brut. 255 'hanc a.' -it 'gloriam *eqs.*' SEN. contr. 1, 1, 20 'quomodo a.' -it '. . .? *eqs.*' CVRT. 8, 5, 22 'tu a.' -it '. . .? *eqs.*' PETRON. 56, 1 'quod a.' -it 'putamus . . .? *eqs.*' TERT. adv. Marc. 4, 28 p. 516, 23 'dico a.' -it 'vobis *eqs.*' enim (*aliter p. 1769, 41*): RHET. Her. 1, 16, 26 'illa e.' -it 'patrem meum occiderat'. CIC. Q. Rosc. 26 'pactionem e.' -it 'mecum fecerat'. div. in Caec. 23 'non e.' -it 'illud peto *eqs.*' (SEN. contr. 7, 4, 6 QVINT. inst. 9, 2, 85 TAC. dial. 16, 4. *al.*). de orat. 1, 265 'neque e.' -it '*eqs.*' (VLP. dig. 47, 2, 14, 10. *al.*). fin. 3, 52 'ut e.' -it 'nemo dicit *eqs.*' (4, 76). ac. 2, 55 'cur e.' -es '*eqs.*?' (VLP. dig. 7, 1, 13, 3). 2, 97 'si e.' -it '*eqs.*' (nat. deor. 2, 16. *al.*). QVINT. inst. 4, 2, 109 'Q. e.' -it 'Ligarius *eqs.*' *al.* ergo (*sed v. p. 1788, 66*): CIC. Verr. II 2, 127 'quot e.' -it 'sunt renuntiati?' de orat. 2, 366 'an e.' -it '*eqs.*?' Brut. 158 'pergamus e.' -it '*eqs.*' ac. 1, 13 'quid e.' -am '*eqs.*?' (Att. 7, 7, 7. *al.*). LIV. 2, 7, 9 'numquamne e.' -it '*eqs.*?' *saepe.* igitur (*sed v. p. 1788, 68*): CIC. de orat. 1, 113 'sic i.' -it 'sentio *eqs.*' 1, 207 'peto i.' Crassus -it 'a te, *eqs.*' Brut. 91 'quid i.' -it 'est causae . . .? *eqs.*' (VARRO rust. 3, 2, 10. *al.*). fin. 2, 9 'cur i.' -am '*eqs.*?' fat. 43 'ut i.' -it 'qui *eqs.*' epist. 9, 26, 2 'in eo i.' -is 'consilio *eqs.*' *et passim.* modo (*at v. p. 1788, 69*): CIC. Att. 9, 7, 5 'si m.' -is '*eqs.*' PHAEDR. 2, 8, 8. quidem: CIC. de orat. 2, 97 'me qu.' -it 'recte mones *eqs.*' 2, 143 'et qu.' -it Catulus '*eqs.*' fin. 3, 13 'istud qu.' -am 'optime dicis, sed *eqs.*' *ibid.* 'si qu.' -it '*eqs.*' (VARRO rust. 2, 11, 1. *al.*). 5, 4 'Pomponius qu.' -am 'noster *eqs.*' LIV. 2, 12, 15 'quando qu.' -it 'est *eqs.*' (6, 38, 6. *al.*). SEN. dial. 5, 38, 1 epist. 92, 14. quippe: AVG. civ. 14, 8 p. 16, 21 D. 'voluntas qu.' -unt 'appetit bonum *eqs.*' 15, 12 p. 81, 1. quoque: CIC. fin. 2, 8 'ego qu.' -it 'didicerim *eqs.*' LIV. 7, 40, 15 'me qu.' -it, 'milites, *eqs.*' (26, 15, 12). SEN. benef. 4, 28, 1 epist. 102, 12. *al.* tamen: OV. fast. 3, 553 'thalamis t.' -it 'Elissae *eqs.*' LIV. 32, 32, 16 'non t.' -it, '*eqs.*' SEN. dial. 7, 15, 1 'quid t.' -it '*eqs.*?' PETRON. 45, 13 'munus t.' -it 'tibi dedi'. IVV. 10, 291 'cur t.' -it '. . .? *eqs.*' PAVL. dig. 27, 9, 13, 1 'si t.' -it '*eqs.*' (49, 14, 13, 5). TERT. adv. Marc. 2, 9 p. 345, 21 'quoquo t.' -is 'modo *eqs.*' vero: CIC. Catil. 3, 10 'est v.' -am 'notum *eqs.*' (rep. 1, 63). de orat. 1, 107 'ego v.' -it '*eqs.*' (1, 209. *al.*). 2, 232 'quasi v.' -it Crassus '*eqs.*' (VARRO rust. 1, 2, 28. *al.*). Brut. 42 'tuo v.' -it 'arbitratu; *eqs.*' rep. 1, 38 'nec v.' -it Africanus 'ita disseram *eqs.*' *saepe.*

β *pronomina et adv. pronom.*: CIC. Quinct. 55 'quid mihi' -it '*eqs.*?' (de orat. 1, 80 'probas m.' -it 'ista, *eqs.*' fat. 4 'an m.' -am '. . .? *eqs.*' BELL. Alex. 15, 3 'videris m.' -it '*eqs.*' *al.*). 63 'hic te' -it 'teneo, *eqs.*' (Planc. 13 'desiderarunt te' -it '*eqs.*' SEN. epist. 65, 15 'quid te' -is 'delectat *eqs.*'?). Sull. 22 'nisi tu' -it 'causam recepisses, *eqs.*' (rep. 1, 14 'quid tu' -it '. . .? *eqs.*' fin. 4, 1 'ne tu' -am, 'Cato, ista exposuisti, ut *eqs.*' LIV. 9, 10, 7 'quin tu' -it '*eqs.*?' *al.*). Brut. 192 'ita se' -am 'res habet; *eqs.*' (284). 266 'ne ego' -it '. . . doleo . . .! *eqs.*' (nat. deor. 2, 1. *cf.* fin. 1, 4 'Synephebos e.' -it 'potius Caecilii . . . legam?' Att. 2, 1, 5 'at e.' -it '*eqs.*' VARRO rust. 1, 2, 22 'anne e.' -am 'sequar *eqs.*?' *al.*). Att. 2, 16, 2 'oppressos vos' -it 'tenebo *eqs.*' (CAES. Gall. 6, 35, 8 'quid vos' -it '*eqs.*?'). NEP. Hann. 2, 3 'pater meus' -it '*eqs.*' (LIV. 9, 4, 8 QVINT. decl. 388 p. 440, 12. *al.*). SEN. contr. 7, 2, 9 'si quis' -it 'volet *eqs.*' (SEN. epist. 94, 31. *al. cf.* 9, 20 si cui. CVRT. 9, 2, 31 nescio quid). *et sim. al.*

γ *copula* est *sim.*: CIC. Quinct. 85 'quid est' -it 'possidere?' (Rab. Post. 34 'non e.' -it '*eqs.*' *al.*). de orat. 1, 45 'non sum' -it 'nescius *eqs.*' (Brut. 292 'aliquotiens s.' -it 'conatus, sed *eqs.*' LIV. 2, 12, 8 'Romanus s.' -it 'civis; *eqs.*'). 40, 47, 6 'missi sumus' -it '*eqs.*' SEN. contr. 9, 2, 20 'sermo erat' -it 'in convivio *eqs.*' suas. 3, 2 'infestae sunt' -it 'tempestates *eqs.*' (SEN. epist. 113, 9 'non s.' -it '*eqs.*' *al.*). VAL. MAX. 6, 2, 2 'non es' -it 'mihi . . . consul, *eqs.*' (FLOR. Verg. p. 183, 14). TERT. resurr. 33 p. 72, 26 'tolerabilius erit' -it '*eqs.*' *al.*

c *antecedunt bina vocabula artius inter se conexa*: CIC. Quinct. 45 'Quincti bona' -it '*eqs.*' fin. 2, 93 'maximus dolor' -it 'brevis est' (*subst. c. attributo ut* LIV. 35, 16, 2 'specioso titulo' -it '*eqs.*' SEN. benef. 6, 15, 1 'isto modo' -it '*eqs.*' [epist. 87, 33. *al.*]. GELL. 11, 11, 3 'vir bonus' -it '*eqs.*' *al.*). VARRO rust. 1, 5, 3 'agri culturae' -it 'quattuor sunt partes *eqs.*' LIV. 7, 10, 4 'macte virtute' -it '. . . esto; *eqs.*' (7, 36, 5. *al.*). 10, 25, 2 'quattuor milia' -it 'peditum *eqs.*' 21, 3, 4 'florem aetatis' -it '*eqs.*' SEN. contr. 7, 6, 17 'M. Cato' -it '*eqs.*' (*nom. propria ut* SVET. vita Ter. 4 'P. Africanus' -it '*eqs.*' *at v. supra l. 4*). *et sim. passim.*

3 *removetur in locum quartum aut sequentes*: a *per ampliationem artius conexorum*: α *a praep. pendentium* (*cf. p. 1788, 72*): (i) *accedunt attributa sim.*: CIC. Q. Rosc. 34 'de tota re' -it '*eqs.*' de orat. 3, 227 'in omni voce' -it Crassus 'est *eqs.*' Brut. 23 'ceterarum rerum causa'. OV. met. 1, 689 'Arcadiae gelidis in montibus'. 2, 703 SEN. contr. 7, 4, 8 VLP. dig. 50, 16, 195, 1. AVG. civ. 9, 3 p. 370, 15 D. 'ex hoc ferme daemonum numero' -it '*eqs.*' (ii) *accedunt leviora*: *varia*: CIC. Pis. 74 'at in altero illo' -it 'haeres: *eqs.*' (SEN. benef. 3, 14, 4). de orat. 3, 132 'non in hac' -it 'una *eqs.*' (LIV. 5, 27, 5. 39, 28, 1). fin. 5, 83 'tamen a proposito' -am 'aberramus; *eqs.*' div. 2, 107 'si sine oculis' -it '*eqs.*' (CVRT. 5, 8, 6. VLP. dig. 5, 3, 25, 7 'si ante litem contestatam' -it 'fecerit'. 17, 2, 52, 2. *al. cf. infra l. 78*). Att. 13, 42, 1 'nihil ad me' -it 'de tempore, *eqs.*' VARRO Men. 153 'nunc de te' -it 'meliusculam spem habeo, *eqs.*' rust. 3, 2, 16 'sed propter luxuriam' -it '*eqs.*' (SEN. dial. 3, 11, 1. *et passim*). LIV. 10, 17, 2 'quid per agros' -it 'vagamur . . .? *eqs.*' (AMM. 29, 5, 22 'qu. de istis nefariis' -it 'proditoribus *eqs.*?'). SEN. nat. 7, 1, 7 'nam per se' -unt '*eqs.*' (VLP. dig. 7, 1, 25, 5 'n. et si ex re mea' -it '*eqs.*' [8, 5, 8, 7]. PS. TERT. haer. 4 p. 221, 1 'n. ex pavore' -it '*eqs.*'). APVL. Socr. prol. p. 106 'ut cum omnibus' -it 'hominibus *eqs.*' TERT. adv. Marc. 3, 21 p. 413, 11 'et in nomine' -it 'eius *eqs.*' (HIER. epist. 39, 4, 8. *al. cf. l. 78*). 5, 11 p. 612, 24 'tamquam a domino' -it '*eqs.*' resurr. 48 p. 99, 22 'quia per hominem' -it '*eqs.*' (AVG. civ. 16, 3 p. 128, 1 D.). *al.* enclitica (*ad antecedentia cf. supra*): CIC. Brut. 244 'tu quidem de faece' -it 'hauris *eqs.*' fin. 1, 15

[Szantyr]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

'quam ob rem tandem' -it '. . . ? *eqs.*' Tusc. 1, 101 'in umbra igitur' -it 'pugnabimus' (Att. 9, 7, 3 'cum hocne i.' -es 'esse vis?' epist. 9, 26, 2. *al.*). CVRT. 3, 5, 11 'in quo me' -it 'articulo *eqs.*' VLP. dig. 18, 7, 1 'propter domini enim' -it 'securitatem *eqs.*' (TERT. ieiun. 15 p. 294, 20 adv. Marc. 5, 4 p. 580, 10. *al.*). TERT. adv. Prax. 23 p. 273, 7 'ante autem sollemnitatem paschae' -it '*eqs.*' (AVG. civ. 19, 23 p. 395, 3 D.). *al.*

β aliorum: CIC. Brut. 177 'festivitate igitur et facetiis' -am 'C. Iulius . . . omnibus praestitit *eqs.*' (AVG. civ. 19, 23 p. 395, 8 D.). 280 'C. Curionem te' -it Brutus 'et C. Licinium . . . arbitror dicere' (OV. met. 4, 148 'tua te manus' -it 'amorque *eqs.*'). LIV. 4, 24, 6 'ut re ipsa' -it 'sciatis, *eqs.*' 8, 20, 11 'quoniam auctores defectionis' -it '*eqs.*' QVINT. decl. 365 p. 397, 8 'quod maior pars' -it 'iudicum statuerit'. *al.*

b *per frequentiam vocum leviorum*: *α* -am *sequitur orthotona q. v.*: CIC. Verr. I 29 'non solum effugiemus' -it 'hominem *eqs.*' de orat. 2, 47 'quor igitur dubitas' -it Catulus 'facere *eqs.*?' Brut. 13 'an mihi potuit' -am 'esse *eqs.*' fin. 1, 16 'nisi mihi Phaedrum' -am 'tu mentitum . . . putas, *eqs.*' ac. 1, 33 'nos vero volumus' -am, 'ut *eqs.*' 2, 47 'nam cum dicatis' -unt '*eqs.*' (VLP. dig. 4, 2, 12, 1 GELL. 10, 16, 12. *cf.* CIC. Tusc. 5, 36 'n. cui viro' -it '*eqs.*' PETRON. 53, 35 'n. et comoedos' -it '*eqs.*' *al.*). Tusc. 5, 92 'nunc quidem paululum' -it 'a sole'. VERG. georg. 4, 494 'quis et me' -it 'miseram . . . ? *eqs.*' (VLP. dig. 6, 1, 3 pr. 'et haec utique gregis' -it 'vindicatione *eqs.*' 10, 3, 7, 5 'et si precario' -it '*eqs.*' *al. cf. e. g. l. 20. 31*). LIV. 10, 23, 7 'hanc ego aram' -it '*eqs.*' 26, 22, 9 'neque ego vestros' -it 'mores *eqs.*' 26, 31, 1 'non adeo maiestatis' -it '*eqs.*' (42, 13, 1 'n. ego haec' -it '*eqs.*' SEN. contr. 1, 7, 4 'qui n. aluit' -it '*eqs.*' 7, 8, 8 'etiamsi n. licet' -it '*eqs.*' SEN. benef. 3, 19, 1 'quia n. potest' -it '*eqs.*' *al.*). VAL. MAX. 9, 3, 1 'ut quam celerrime' -it '*eqs.*' SEN. epist. 113, 14 'sed idem animus' -it '*eqs.*' (QVINT. decl. 244 p. 2, 12 's. ut pertinuerit' -it '*eqs.*' 342 p. 351, 4 's. haec omnia' -it '*eqs.*' VLP. dig. 6, 1, 5, 1 's. si deduci' -it '*eqs.*' APVL. met. 4, 17, 5 's. et nos' -am '*eqs.*' *al.*). POMPON. dig. 40, 4, 40 pr. 'non enim cogetur' -it '*eqs.*' (TERT. adv. Marc. 2, 22 p. 365, 14. *al. cf.* VLP. dig. 3, 5, 9 [10], 1 'is e. negotiorum gestorum' -it 'habet actionem, qui *eqs.*' 4, 4, 3, 1 'neque e. extremo' -it '*eqs.*' *al.*). VLP. dig. 39, 1, 21, 7 'si ita fuerit' -it '*eqs.*' APVL. met. 1, 12, 7 'at hic bonus' -it '*eqs.*' *et sim. passim.*

β inter orthotona q. v. et -am *intercedunt enclitica sim.*: ① *singula* (*ad antecedentia cf. sub α*): CIC. Mur. 70 'quid opus est' -it '*eqs.*?' (Tusc. 1, 99 'sed tempus e.' VARRO ling. 8, 70 'si analogia e.' TERT. resurr. 29 p. 66, 14 'et facta e.' *al.*). Pis. 72 'non ulla tibi' -it 'invidia nocuit, *eqs.*' (rep. 3, 8. *cf.* HOR. sat. 1, 2, 57 'nil fuerit mi'. MART. 3, 46, 11 'ergo nihil nobis'). Deiot. 22 'et fratres meos' -it, '*eqs.*' de orat. 2, 19 'ne Graeci quidem' -it, 'Crasse, qui *eqs.*' (fin. 2, 106 TAC. ann. 15, 67, 4. *cf.* CIC. de orat. 2, 278 'ac magnam qu.' rep. 1, 30 'non audeo qu.' ac. 1, 33 'et recte qu.' *al.*). 2, 224 'quod nisi puberem te' -it '*eqs.*' (fin. 1, 14 QVINT. decl. 331 p. 300, 25. *cf.* VAL. MAX. 7, 2 ext. 6 'quia dixisse me'. SEN. epist. 109, 9 'sed ipse se'). fin. 2, 11 'quid dubitas igitur' -am '*eqs.*?' nat. deor. 3, 8 'quia te quoque' -it '*eqs.*' (LIV. 22, 3, 13 'num litteras qu.' [31, 18, 2]. SEN. dial. 7, 6, 1 'sed animus qu.' [7, 9, 1]). SVET. Tib. 67, 4 'si quando autem' -it '*eqs.*' VLP. dig. 8, 4, 6, 3ª 'ceterum si quis' -it '*eqs.*' (17, 2, 58, 2 'nam et si quid'. TERT. ieiun. 10 p. 287, 13 'et si qua'). *al.* ⓘⓘ *bina aut plura*: CIC. Mur. 26 'unde tu me' -it 'ex iure manum consertum vocasti, inde *eqs.*' Rab. Post. 39 'dominatus est enim' -it 'Alexandriae' (inv. 1, 18 'illa e. meum' -it 'patrem occiderat'. fat. 30 'quaedam e. sunt' -it '*eqs.*' *al.*). Phil. 1, 25 'quas tu mihi' -it '*eqs.*?' (de orat. 1, 104). de orat. 1, 30 'neque vero mihi quicquam' -it '*eqs.*' (1, 167 'ego v. istos' [fin. 5, 76]. LIV. 6, 14, 4 'tum v. ego' [35, 14, 11]). 1, 131 'num tu igitur' -it Sulpicius '*eqs.*?' (2, 259 'iubebis i. te' -it 'suscitari?' Brut. 170 'quid tu i.' epist. 6, 6, 9). 1, 207 'deprehensum equidem me' -it Antonius '*eqs.*' (Brut. 100). Brut. 190 'faciebat ille quidem' -am '*eqs.*' (fin. 1, 28 'tuo vero id qu.' -am 'arbitratu'. 3, 14 LIV. 23, 12, 17). fin. 5, 2 'naturane nobis hoc' -it 'datum dicam, an *eqs.*' BRVT. Cic. epist. 11, 1, 3 'quid ergo est' -is '*eqs.*?' (VAL. MAX. 6, 4, 4. *cf.* 9, 1, 4 'quo e. eam' -it 'minoris fore existimas?' SEN. nat. 5, 4, 1 'quo modo e.' -is [*var. l.* -is e.] '*eqs.*'). VAL. MAX. 3, 2, 15 'non est hoc' -it '*eqs.*' PETRON. 132, 13 'quid autem ego' -am '*eqs.*?' VLP. dig. 42, 5, 15, 1 'si quis tamen' -it '*eqs.*' TERT. carn. 3 l. 12 'sed satis erat illi' -it 'conscientia sua; *eqs.*' *al.*

B *in quolibet orationis membro (enuntiato) posteriore (cf. p. 1794, 81, post vocem geminatam p. 1786, 36 sqq.). saepius in una eademque oratione usurpatur iterum (infra passim), interdum etiam tertium* (*e. g.* CIC. Mil. 94 de orat. 2, 13 SEN. epist. 122, 16 GELL. 13, 11, 3) *et quartum* (GELL. 10, 16, 9), *hic illic ad vim singularum vocum augendam (e. g. p. 1792, 18. 19. cf. p. 1786, 35 sqq. passim), maxime tamen ad declinandam ambiguitatem de personis referentis et re vera dicentis (cf. p. 1795, 17 sq.), imprimis sc. iuxta pers. Iam (e. g. l. 81. 84. p. 1792, 9) aut IIam (e. g. p. 1792, 48. 73). in membro ab initio remotiore primum ponitur e. g.* RHET. Her. 4, 52, 65 VARRO rust. 3, 2, 18 LIV. 23, 12, 10 SEN. nat. 7, 4, 3 SIL. 9, 171. 12, 284. *aliud dicendi verbum orationi praemittitur*: CIC. fin. 2, 96 audi . . . quid dicat Epicurus . . .: '. . .; cum ageremus' -it '*eqs.*' (Tusc. 3, 71 SEN. dial. 7, 25, 8. IREN. 3, 14, 2. 5, 33, 4 et adiecit dicens: '. . .; et Iuda' -it '*eqs.*' [5, 35, 2. *al.* VVLG. deut. 1, 8 locutus est . . . d.: '. . .; en' -it '*eqs.*' VITA Caes. Arel. 1, 36 alloquitur . . . d.: '. . .; video' -it '*eqs.*']. AVG. civ. 5, 12 p. 214, 12 D. 10, 28 p. 447, 12. 19, 4 p. 358, 18 BARNAB. 11, 8 GREG. TVR. Franc. 3, 2). IREN. 5, 6, 2 quemadmodum . . . ait: '. . .; hoc autem' -it '*eqs.*' (5, 35, 2. AVG. civ. 6, 5 p. 252, 27 D. deinde ait: '. . .; primum' -it '*eqs.*' GREG. TVR. Franc. 5, 43 aio: '. . .; satius' -o [*var. l.* -it] '*eqs.*' glor. mart. 22). EPIT. Alex. 79 Indus respondit: 'vivorum; nam' -it '*eqs.*' (GREG. TVR. Thom. p. 121, 2 cui r. Tertia: '. . .; sed tu nos' -it '*eqs.*' HIST. Apoll. rec. A 32 ita r.: . . .; pro dolor!' -it '*eqs.*'). AVG. civ. 2, 9 p. 63, 9 *et* 13 D. sicut . . . loquitur Africanus: '. . .; patiamur' -it, 'etsi . . ., quam si Plautus' -it '*eqs.*' (20, 23 p. 464, 6 sic l.: '. . .; et quaerebam' -it '*eqs.*' *cf. p. 1791, 83*).

1 *usu vario*: PLAVT. Mil. 178 'heus! quid agis tu' -am 'in tegulis?' TER. Eun. 237 'oh, quid istuc' -am 'venatist?' 239 'quid, homo' -am 'ignavissime? *eqs.*' (CIC. Quinct. 78 'qu.? si' -it '*eqs.*' [LIV. 8, 21, 4 SEN. suas. 6, 18. *al.*]. de orat. 1, 102 'qu.? mihi vos nunc' -it Crassus '*eqs.*?' Att. 2, 1, 8 'qu. ergo? istos' -es '*eqs.*?'). RHET. Her. 4, 10, 14 'vix; tamen' -it '*eqs.*' CIC. Quinct. 55 'quid mihi' -it '*eqs.*? viderint' -it '*eqs.*' Q. Rosc. 32 'Panurgum' -it '*eqs.*; in hanc rem' -it '*eqs.*' Mur. 30 'non ex iure manum consertum, sed ⟨mage⟩ ferro' -it 'rem repetunt' (OV. met. 13, 918 'n. ego . . . nec sum . . ., s. deus' -it 'aquae: *eqs.*' COLVM. 3, 3, 4. *et passim*). de orat. 1, 136 'o diem, Cotta, nobis' -it 'optatum! *eqs.*' (*cf.* OV. met. 3, 442 'ecquis, io silvae, crudelius' -it 'amavit? *eqs.*' IVVENC. 3, 297 'absint, Christe, tuis' -it 'tam tristia sanctis monstra procul membris; *eqs.*'). ac. 2, 94 'nihil me laedit' -it; '. . .; sic me' -it '*eqs.*' Tusc. 3, 12 'minime' -it '*eqs.*; si' -it '*eqs.*' (SEN. epist. 71, 7 GREG. TVR. glor. conf. 81). nat. deor. 1, 17 '. . .; ambo enim' -it adridens '*eqs.*' (AVG. civ. 21, 27 p. 545, 10 D. '. . .; sicut e. nullus est' -unt 'dies *eqs.*'). Att. 2, 12, 2 'et inimicissimus quidem Caesaris et ut omnia' -it 'ista rescindat' (LIV. 25, 14, 7. SEN. contr. 7, 7, 10 'et suspectus' -it '. . . est . . ., et nolo' -it '*eqs.*' VAL. FL. 7, 467 'nunc age et has' -it 'cristas . . . resume, *eqs.*'). 9, 18, 1 'sic' -am 'agam . . ., multaque' -am '. . . deplorabo'. CAES. civ. 2, 31, 2 *et* 5 'qua enim' -it '*eqs.*? . . .; quodsi iam' -it '*eqs.*' VERG. Aen. 2, 387 'o socii, qua prima' -it 'fortuna *eqs.*' (*sic est vocat. primum membrum*: 5, 623 'o miserae, quas non manus' -it '. . .! *eqs.*' 10, 491 'Arcades, haec' -it '*eqs.*' LIV. 1, 12, 4 'Iuppiter, tuis' -it 'iussus avibus *eqs.*' *al.*). OV. met. 3, 59 'aut ultor vestrae . . . mortis, aut comes' -it 'ero' (VAL. FL. 2, 143). 9, 519 (*v. p. 1770, 28*). 12, 309 'ne fuge! ad Herculeos' -it '*eqs.*' 14, 163 'qui te . . .? cur' -it '*eqs.*?' fast. 2, 825 'hoc quoque . . .? eloquar' -it, 'eloquar *eqs.*?' LIV. 1, 16, 7 'abi, nuntia' -it '*eqs.*' (44, 26, 11 CVRT. 4, 15, 7). SEN. contr. 2, 1, 23 'volo' -it '. . .; quam bonam' -it 'causam *eqs.*' PHAEDR. 1, 22, 2 'quaeso, parce' -it 'mihi *eqs.*' MART. 4, 72, 4 'aes dabo . . .? non' -is 'faciam *eqs.*' VLP. dig. 33, 7, 12, 27 'omnia, quae . . ., instructo' -it 'continebuntur, *eqs.*' GELL. 13, 11, 3 '. . .; nec loquaces autem' -it 'convivas nec *eqs.*' APVL. met. 2, 21, 6 'et quae, tu' -am 'dic sodes, *eqs.*?' *et sim. passim.*

2 *in periodi hypotacticae q. v. (acc. c. inf.) membro posteriore*: a *in primaria* (*anteced. partic. coniunctum q. v. infra l. 59*): TER. Phorm. 674 'quantum potest, me certiorem' -it 'face, *eqs.*' LVCIL. 552 'si non it, capito' -it 'eum, *eqs.*' (CIC. Planc. 13 'sin . . ., ego quoque' -et populus Romanus '*eqs.*' de orat. 2, 367 'si . . . id tibi reliquit, est nobis' -it 'causa, cur *eqs.*' NEP. Phoc. 1, 4 SEN. benef. 6, 12, 1 PETRON. 114, 11 QVINT. decl. 377 p. 421, 14. *al.*). CIC. Balb. 51 'hostem qui feriet, erit' -it, '*eqs.*' (fin. 3, 12 'quae . . . dicta sunt, eadem' -am '*eqs.*' OV. fast. 5, 251). Mil. 98 'de me' -it '*eqs.*; quamobrem ubi corpus hoc sit, non' -it 'laboro, quoniam *eqs.*' (*cf.* CYPR. unit. eccl. 12 'ubicumque fuerint . . ., ego' -it 'cum eis sum'). LIV. 22, 51, 2 'immo ut . . . scias, die quinto' -it 'victor . . . epulaberis; *eqs.*' (SEN. contr. 9, 4, 6. *al.*). SEN. contr. exc. 3, 1, 2 'circumventus . . . ab illis . . . consumptoribus solus' -it '. . . non potui resistere'. SIL. 13, 497 'Aetherea fruerer cum luce, haud segniter' -it '*eqs.*' (VLP. dig. 27, 3, 1, 2 'nam c. . . . sit, nemo feret' -it '*eqs.*'). *al.* b *in secundaria* (*acc. c. inf.*): CIC. fin. 1, 15 'vide, quantum' -am 'fallare, *eqs.*' (*interrog. ut* HOR. sat. 1, 3, 126 'non nosti, quid pater' -it 'Chrysippus dicat: *eqs.*'). 2, 9 'negat esse eam' -it '. . . expetendam' (*in acc. c. inf. ut* 4, 2. 5, 79 nat. deor. 3, 26 epist. 15, 6, 1 PETRON. 41, 8. 97, 9 VLP. dig. 38, 17, 1, 10. 47, 10, 17, 20). 3, 10 'vide, ne magis' -am '*eqs.*' 3, 20 'progrediamur igitur, quoniam' -it '*eqs.*' VERG. Aen. 12, 259 'hoc erat, hoc votis' -it 'quod saepe petivi; *eqs.*' (*relat. ut* TERT. adv. Prax. 13 p. 249, 22. *al.*). HOR. epist. 1, 7, 93 'pol, me miserum . . . vocares, si velles' -it '*eqs.*' (OV. met. 8, 326 'o felix, siquem dignabitur' -it 'ista virum!' SEN. epist. 120, 7. *al.*). OV. met. 10, 569 'nec sum potiunda, nisi' -it '*eqs.*' (TERT. adv. Marc. 4, 36 p. 544, 11). LVCAN. 8, 485 '. . .; dat poenas laudata fides, cum sustinet' -it 'quos fortuna premit; *eqs.*' SIL. 2, 241 'tu solve . . . nobis . . . supplicium, ut pandas' -it 'tua moenia leto'. TERT. fug. 12, 5 'felices . . . pauperes, quia illorum' -it '*eqs.*' *al.*

3 *in sententiis secund. (abl. abs.) insertis*: CIC. fin. 4, 2 'cur igitur easdem res' -am 'Peripateticis dicentibus *eqs.*?' (*abl. abs. ut* SIL. 13, 795 'si . . ., quanto maiora futuros facta eadem intrarent hoc' -it 'teste nepotes! *eqs.*'). SEN. contr. 2, 2, 7 'ut, quomodo ego illam' -it '. . ., sic illa [-it] me *eqs.*' SIL. 15, 731 'si, primas' -it 'bello cum amisimus Alpes, *eqs.*' VLP. dig. 10, 4, 5 pr. 'nam, si a nullo' -it 'possideatur, *eqs.*' (MARCIAN. dig. 22, 1, 32, 1). APVL. mund. 38 'deus namque, sicut vetus' -it 'continet ratio, *eqs.*' PORPH. Hor. epist. 1, 19, 10 'statim, ut hoc' -it 'omnibus dixi, *eqs.*' (BOETH. cons. 3, 9. 32 W. 'sed cum, ut in Timaeo

[Szantyr]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Platoni' -it 'nostro placet, *eqs.*'). EPIT. Alex. 105 'o Alexander' -it '*eqs.*; nunc, quoniam' -it 'tu nos relinques, *eqs.*'

4 *primum membrum efficiunt per prolepsin dicta*: RHET. Her. 4, 4, 6 'at hoc ipsum difficile est' -unt 'eligere de multis'. CIC. Phil. 8, 27 'ipse autem ut quinquennium' -it 'obtineam; *eqs.*' (CAES. Gall. 7, 20, 8 'haec ut intellegatis' -it 'a me sincere pronuntiari, *eqs.*' LIV. 30, 12, 12 'omnia quidem ut posses' -it '*eqs.*'). ac. 1, 13 '. . .; sed de te ipso quid est' -it 'quod audio?' (epist. 3, 11, 2 'de ambitu vero qu. interest' -es 'an de maiestate?' PLIN. nat. 9, 137 'me' -it, 'iuvene *eqs.*; qua purpura quis non iam' -it '*eqs.*?'). GELL. 10, 16, 9 '. . .; sed Palinuros qui potuit' -it '*eqs.*' PRVD. c. Symm. 2, 123 'caelestia si placet' -it 'scandere, *eqs.*' AVG. civ. 2, 14 p. 71, 1 D. 'ad quos cum accessit' -it 'clamor *eqs.*'

II *in qualibet caesura* (*vocativus simul intercedens saepius postponitur quam anteponitur: ap.* CIC. *115:12*, VARRONEM rust. *5:2*, LIV. *50:11. omittuntur fere quae simul ratione sub I descripta explicari possunt*): **A** *post membra priora*: 1 *sententia interrupta*: a *vocat.*: *anteced.*: CIC. Brut. 252 'sed tamen, Brute,' -it Atticus 'de Caesare . . . ita iudico *eqs.*' rep. 2, 28 'falsum est enim, Manili,' -it 'id totum *eqs.*' fin. 5, 6 'atqui, Cicero,' -it 'ista studia *eqs.*' VERG. ecl. 10, 31 'tamen cantabitis, Arcades', -it 'montibus haec vestris, *eqs.*' OV. met. 1, 545 LIV. 7, 32, 12. *postpon.*: CIC. de orat. 1, 74 'non luctabor tecum' -it, 'Crasse, amplius; *eqs.*' nat. deor. 3, 6 'quam igitur a me rationem' -it, 'Cotta, desideras?' div. 1, 10 'arcem tu quidem Stoicorum' -am, 'Quinte, defendis, *eqs.*' VAL. FL. 6, 274 SIL. 6, 600. b *interiect. sim.*: *anteced.* (*sequitur simul vocat. l. 28. al.*): CIC. Verr. II 1, 133 'nam mehercule' -it 'sic agamus; *eqs.*' (de orat. 1, 163 'ego m.' -it Mucius '*eqs.*' [2, 17 'e. m.' -it, 'Caesar, *eqs.*']. 3, 225 'audivi m.' -it Catulus '*eqs.*' rep. 1 frg. 4 'cognosce m.' -it 'consuetudinem istam *eqs.*' *al.*). de orat. 2, 154 'valde hercule' -it Catulus 'timide *eqs.*' (3, 82 Brut. 254. *al.*). off. 2, 53 'quae te, malum,' -it 'ratio . . .? *eqs.*' (Att. 9, 18, 3 CVRT. 8, 14, 41). OV. met. 13, 5 'agimus, pro Iuppiter!' -it 'ante rates causam . . .? *eqs.*' (VAL. FL. 3, 697 SIL. 2, 26). LIV. 27, 14, 1 'cum eo, nimirum', -it 'hoste *eqs.*' *postpon.*: APVL. met. 10, 11, 1 'non patiar' -it 'hercules, non patiar *eqs.*' c *alia*: *anteced.*: PLAVT. Cist. 570 'istanc, quam quaeris,' -it 'ego . . . dedi, *eqs.*' (CIC. Sull. 21 ac. 2, 60 OV. ars 3, 770 LIV. 30, 44, 6). TER. Ad. 622 'hem, quid istuc, obsecro,' -am 'est?' (CIC. de orat. 3, 226. SEN. epist. 27, 8 o. te. *cf.* CIC. inv. 2, 2 quaeso [Brut. 297 fin. 2, 6. *al. cf. p. 1795, 3*]. VARRO rust. 2, 2, 2 opinor. NEP. Att. 4, 2 oro te [Thras. 4, 2]). CIC. de orat. 1, 122 'saepe, ut dicis,' -it 'animum adverti *eqs.*' (HOR. sat. 1, 9, 5 CVRT. 4, 6, 26 VLP. dig. 19, 2, 9, 5). 2, 51 'atqui, ne nostros contemnas,' -it Antonius '*eqs.*' HOR. sat. 2, 3, 319 'non, si te ruperis,' -it 'par eris' (LIV. 40, 8, 3 FRONTIN. strat. 1, 1, 12 VLP. dig. 33, 4, 1, 9 IVVENC. 4, 317). SEN. epist. 120, 12 'hoc, qualecumque est,' -it 'meum est: *eqs.*' *al.* *postpon.*: CIC. Deiot. 22 'et fratres meos' -it, 'quod erant conscii, in vincula coniecit'. OV. fast. 1, 479 'fortuna viriliter' -it '— siste, precor, lacrimas! — ista ferenda tibi est; *eqs.*' LIV. 4, 33, 4 'fumone victi' -it, 'velut examen apium, . . . cedetis hosti? *eqs.*' SIL. 7, 539 'dabit improbus' -it, 'quas dignum est, poenas; *eqs.*' (APVL. met. 7, 25, 8 AVG. civ. 20, 19 p. 451, 12 D.). APVL. met. 7, 22, 2 'quin igitur publicum istum maritum' -it, 'immo . . . adulterum, . . . victimamus hostiam?' *al.*

2 *inter duo enuntiata aut enuntiatorum membra*: a *eiusdem ordinis*: *α iuxta posita*: (i) *post vocat.*: TER. Andr. 134 'mea Glycerium' -it, 'quid agis? *eqs.*' Hec. 824 'mi Pamphile' -am, 'amabo, *eqs.*' CIC. Att. 14, 17a, 3 'o mi Cicero' -it, '*eqs.*' (epist. 9, 14, 3). CIRIS 224 'o nobis sacrum caput' -it, 'alumna, non tibi *eqs.*' OV. met. 8, 856 'o qui pendentia parvo aera cibo celas, moderator harundinis' -it, '*eqs.*' LIV. 1, 10, 6 'Iuppiter Feretri' -it, '*eqs.*' 22, 59, 1 'M. Iuni vosque, patres conscripti' -it, '*eqs.*' *al.* (ii) *post interiect. sim.*: TER. Eun. 594 'heus tu' -it, 'Dore, *eqs.*' (CIC. de orat. 1, 240 APVL. met. 8, 10, 5. *cf.* OV. met. 11, 720 'heu! miser' -it, 'quisquis es, *eqs.*'). RHET. Her. 4, 50, 63 'at eho tu' -it, 'veni, *eqs.*' 4, 51, 64 'apage te' -it, '*eqs.*' (APVL. met. 1, 17, 6). CIC. de orat. 3, 126 'di immortales' -it, '*eqs.*' (rep. 2, 29). rep. 1, 59 'a te infelicem' -it vilico, '*eqs.*' Cato 47 'di meliora!' -it '*eqs.*' (LIV. 39, 10, 2 VAL. MAX. 4, 3 ext. 2). *al.* (iii) *post negat. et affirmat.*: CIC. Quinct. 71 'non' -it, 'nisi *eqs.*' (Cluent. 92. rep. 1, 56 'n. mehercule'. epist. 4, 9, 3. *al.*). S. Rosc. 52 'immo vero' -it, 'est; nam *eqs.*' (Planc. 33 de orat. 1, 99. *al.*). de orat. 1, 133 'minime vero' -it Cotta, 'nunc enim *eqs.*' (2, 49 Brut. 232. *al. cf.* APVL. met. 9, 17, 2 'm. gentium' -it, 'sed *eqs.*' *v. et p. 1786, 42*). 2, 13 'nihil sane' -it Catulus; et enim . . . '*eqs.*' Brut. 156 'ita prorsus' -it, '*eqs.*' (161. *al.*). div. 1, 8 'optime vero' -am; '*eqs.*' *et sim. passim.* (iv) *post membra longiora*: *quaelibet*: TER. Andr. 254 'uxor tibi ducendast, Pamphile, hodie' -it: 'para, abi domum'. Phorm. 633 'soli sumus nunc hic' -am: '*eqs.*' CIC. Sull. 10 'in Antonium testimonium dixisti' -it; 'Sullam defendis'. de orat. 2, 77 'erras, Catule' -it Antonius; 'nam *eqs.*' (*anteced. vocat. ut* Tusc. 1, 111 LIV. 1, 32, 6. 1, 58, 2 VAL. MAX. 3, 7, 3 SEN. Herc. O. 1718. *al.*). Brut. 212 'summo iste quidem dicitur ingenio fuisse' -it; '*eqs.*' fin. 2, 21 'si alia sentit' -am, 'alia loquitur, *eqs.*' (*sim. inter membra anaphorica*: VERG. Aen. 2, 69 'heu, quae nunc tellus' -it, 'quae me aequora possunt accipere? *eqs.*' OV. fast. 5, 681 trist. 3, 1, 27 LIV. 34, 3, 9. *al.*). VARRO rust. 1, 2, 11 'bono animo este' -it Agrius; '*eqs.*' OV. met. 5, 414 'nec longius ibitis!' -it '*eqs.*' *al.* *interrog.* (*cf. p. 1796, 53*): CIC. Verr. II 3, 62 'quid est, Lolli?' -it; '*eqs.*' (*anteced. vocat. ut* de orat. 1, 160. 3, 17 LIV. 7, 24, 4. 23, 12, 6 CVRT. 8, 4, 17). fin. 5, 83 'quid me istud rogas?' -am '*eqs.*' VERG. ecl. 6, 23 'quo vincula nectitis?' -it '*eqs.*' OV. met. 10, 585 'sed cur certaminis huius intemptata mihi fortuna relinquitur?' -it '*eqs.*' LIV. 34, 59, 1. 40, 5, 11 PHAEDR. app. 15, 5 CVRT. 4, 6, 28 VAL. FL. 6, 373 STAT. Theb. 5, 137. *al.*

β coniuncta aut opposita: aut: CIC. leg. agr. 2, 67 'qui possit arari' -it 'a. coli'. LIV. 27, 40, 9 'a. ex hoste egregiam gloriam' -it 'a. ex civibus victis gaudium . . . capiam'. PETRON. 101, 4 'quae autem hic insidiae sunt' -it 'a. quis . . .? *eqs.*' autem: CIC. ac. 1, 13 'relictam a te veterem Academiam' -it, 'tractari a. novam'. et (*cf. etiam l. 84*): PLAVT. Mil. 63 'ergo mecastor pulcher est' -it mihi 'et liberalis; *eqs.*' CIC. de orat. 3, 148 'pervolgatas res requiris' -it 'et tibi non incognitas, *eqs.*' VARRO rust. 2, 7, 1 'ego quoque adveniens aperiam carceres' -it 'et . . . incipiam, *eqs.*' 3, 5, 8 'si quinque milia hoc coieceris' -it 'et erit epulum . . ., *eqs.*' HOR. sat. 1, 4, 79 OV. ars 1, 652 LIV. 34, 14, 3 SEN. Herc. O. 511. LVCAN. 9, 550 'sors obtulit' -it 'et fortuna viae *eqs.*' TAC. ann. 16, 22, 2 'ut quondam C. Caesarem' -it 'et M. Catonem, ita nunc *eqs.*' *al.* nec (neque): CIC. Tusc. 1, 117 'nemo me lacrimis decoret' -it 'n. *eqs.*' 5, 104 'veni Athenas' -it Democritus 'neque me quisquam ibi adgnovit'. LIV. 4, 45, 8 'quando n. ordinis huius ulla' -it 'n. reipublicae est verecundia, *eqs.*' 9, 11, 1. QVINT. inst. 6, 3, 56 'n. minus niger' -it 'n. minus confidens *eqs.*' que: CIC. de orat. 3, 230 'sed iam surgamus' -it 'nosque curemus *eqs.*' Brut. 297 'longi sermonis initium pepulisti' -am, 'Attice, remque commovisti *eqs.*' Att. 13, 42, 1 VERG. Aen. 8, 439. OV. trist. 1, 3, 31 'numina vicinis habitantia sedibus' -am 'iamque oculis numquam templa videnda meis, *eqs.*' SIL. 4, 473 BOETH. cons. 2, 3, 2 W. sed: CIC. Mur. 60 'non multa peccas' -it . . ., 's. peccas; *eqs.*' de orat. 2, 234 'perpauca mihi quidem restant' -it, 's. tamen . . . requiescam *eqs.*' fin. 3, 11 div. 2, 127 OV. fast. 2, 103. *al.* vel: AMM. 29, 5, 46 'cuius loci es tu' -it 'v. quid . . .? responde'. verum: AVG. civ. 4, 30 p. 184, 22 D. 'non enim philosophi solum' -it, 'v. etiam *eqs.*'

b *varii ordinis*: *α anteced. secundaria*: CIC. de orat. 2, 365 'ut ita ista esse concedam' -it, 'Antoni, quae *eqs.*' (VARRO rust. 2, 10, 8 'ut te audii dicere' -it, '*eqs.*' APVL. flor. 2 p. 6). Tusc. 2, 44 'si summus dolor est' -it, 'brevem necesse est esse' (VARRO rust. 1, 2, 21 'si istuc ita est' -it, 'quo modo *eqs.*?' HOR. sat. 1, 9, 38 LIV. 8, 21, 4. *et passim. cf. l. 53*). nat. deor. 3, 9 'quam simile istud sit' -it, 'tu videris; *eqs.*' (*interrog. ut* GREG. TVR. Mart. 4, 30 'quid tamen nuper sit gestum' -o, 'tibi . . . evolvam; *eqs.*'). div. 2, 103 'quod finitum est' -it, 'habet extremum' (*relat. ut* LIV. 1, 17, 10 'quod bonum, faustum felixque sit' -it, 'Quirites, regem create; *eqs.*' *al.*). VARRO rust. 2, 3, 1 'quoniam satis balasti' -it, 'o Faustule noster, accipe *eqs.*' (2, 11, 1 'qu. promissa absolvimus' -it, 'eamus'. 3, 2, 7). HOR. sat. 1, 5, 59 'o, tua cornu ni foret exsecto frons' -it, 'quid faceres . . .?' (TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 487, 17 'nisi credideritis' -it, '*eqs.*' [AMM. 23, 5, 3]). LIV. 2, 15, 5 'quando id certum atque obstinatum est' -it, '*eqs.*' (40, 56, 4). 24, 16, 11 'priusquam omnes iure libertatis aequati essetis' -it, '*eqs.*' FRONTIN. strat. 3, 12, 2 'qualem inveni' -it, 'talem reliqui'. TERT. adv. Hermog. 18 p. 145, 7 'cum pararet caelum' -it, 'aderam illi, *eqs.*' (FILASTR. 59, 1). *β anteced. primaria*: PLAVT. Stich. 550/1 'immo duas dabo' -it . . ., 'una si parumst; et si duarum paenitebit,' -it 'addentur duae' (RHET. Her. 4, 50, 63 CIC. de orat. 2, 268 rep. 2, 30 SIL. 12, 674 TERT. castit. 4 l. 28). CIC. S. Rosc. 80 'eius modi tempus erat' -it, 'ut *eqs.*' (de orat. 2, 285 'potest etiam fieri' -it, 'ut *eqs.*' LVCR. 1, 897 VARRO rust. 2, 1, 2 LIV. 3, 45, 6 APVL. met. 3, 23, 1). leg. agr. 2, 31 'eodem iure' -it, 'quo *eqs.*' (*relat. ut* de orat. 1, 162 'quin tu igitur facis idem' -it Scaevola, 'quod *eqs.*' LIV. 1, 39, 3 CVRT. 10, 6, 13). de orat. 2, 228 'ego vero ita fecissem' -it, 'nisi *eqs.*' (fin. 2, 6 LIV. 4, 49, 11 AMM. 21, 16, 13). Brut. 183 'quo modo istuc dicis' -it, 'cum . . .?' (Att. 1, 16, 10 VARRO rust. 1, 5, 1 LVCAN. 5, 739). ac. 2, 93 'per me vel stertas licet' -it Carneades, 'non modo quiescas; *eqs.*' VARRO rust. 2, 1, 1 'nos te non dimittemus' -it, 'antequam *eqs.*' BELL. Afr. 54, 2 'maxime vellem' -it 'homines . . . fecissent *eqs.*' LIV. 26, 49, 14 'meae populique Romani disciplinae causa facerem' -it, 'ne *eqs.*' (TERT. bapt. 20, 1). *sim. al.*

c *singularia*: *ante acc. (nom.) c. inf.*: CIC. de orat. 2, 32 'ut igitur de ipso genere sum confessus' -it Antonius 'artem esse *eqs.*' Brut. 150 'cum ex tua oratione mihi videor' -it 'bene Crassum . . . cognovisse, tum *eqs.*' *ibid.* 'quia mihi et tu videris' -it 'tantum . . . scire voluisse, quantum *eqs.*' fin. 5, 77 VARRO rust. 1, 2, 16 LVCR. 1, 803 LIV. 1, 36, 4 QVINT. decl. 318 p. 250, 20. *al.* *varia*: CIC. Phil. 2, 28 'Caesare interfecto' -is 'statim . . . exclamavit *eqs.*' (*post abl. abs. ut* de orat. 2, 295 fin. 3, 41). Brut. 161 'omnibus quidem aliis' -am 'in magistratibus, *eqs.*' (*anteced. per prolepsin dicta ut* Att. 9, 13, 4. epist. 2, 17, 7 'equitibus auxiliariis' -it 'cum amplius frumenti postularemus'. LIV. 30, 16, 13). VARRO rust. 2, 11, 12 'ego ad te missus' -it 'ibam domum *eqs.*' (*colon est partic. coniunctum ut* LIV. 1, 26, 4 'abi hinc cum immaturo amore ad sponsum' -it 'oblita fratrum *eqs.*' CLAVD. 22, 250). STAT. Theb. 6, 319 'urgue alios equos' -it 'stimulisque minisque; *eqs.*' *al.*

B *inter membra posteriora* (*post geminationem p. 1786, 37 sqq.; secundum ponitur e. g. 1795, 2. 3; ad usum cf. quae monui p. 1791, 69 sqq.*): PLAVT. Stich. 551 (*v. supra l. 52*). CIC. Cluent. 70 'ego dem iudicibus? *eqs.*; praecipitantem igitur impellamus' -it 'et peditum

[*Szantyr*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

prosternamus' (de orat. 2, 290. SEN. Herc. O. 790 *et* 794 'accipe has' -it '*eqs.*; pacata tellus' -it 'et caelum et freta, *eqs.*' *al. cf. l. 4*). Brut. 292 'ego' -it '*eqs.*; sed in historia, qua ..., vide, quaeso,' -it 'ne *eqs.*' (ac. 1, 2 'omitte ista, quae ..., qu.,' -it 'et quaere *eqs.*' *cf.* Ov. met. 9, 775 precor [15, 40 SIL. 8, 141]). leg. 2, 64 'si quis bustum, nam ..., aut monimentum' -it 'aut columnam violarit *eqs.*' Cato 81 '...; quare, si haec ita sunt, sic me colitote' -it, 'ut *eqs.*' VARRO rust. 2, 5, 13 '...; cur hoc fiat, vos videritis' -it mihi, 'qui *eqs.*' VERG. Aen. 2, 520 'quae mens ...? aut quo ruis?' -it '*eqs.*' (*sic post plures interrogationes*: 5, 670 'quis furor iste novus? quo nunc, quo tenditis?' -it '*eqs.*' 5, 741. *al.* Ov. *p. 1770, 5.* SIL. 5, 670 IVVENC. 1, 299). HOR. sat. 1, 9, 20 'dubius sum, quid faciam' -it, 'tene relinquam an rem'. Ov. met. 4, 38 'dum ..., nos quoque, quas Pallas ... detinet' -it, '... opus ... sermone levemus: *eqs.*' LIV. 10, 7, 9 'quod cum ..., cui ... indignum videri potest' -it 'eos ... adicere?' *al.*

2 *incorporaliter*: a *de statu animi, morum, indolis sim. non tranquillo*: *α respicitur industria male sedula, curiositas, inconstantia, intemperantia, defectus ordinis vel disciplinae sim.* (*usu fere christiano, exempla selecta*): IREN. 5, 24, 2 *ut absistens a deo homo* in omni -e et homicidio et avaritia sine timore versaretur. HIL. trin. 9, 59 (*de incredulis*) quiescentium adhuc animorum subituras -es non ignorat *virtus naturae Christi* (AVG. conf. 8, 6, 13 cavens innotescere personis ... maioribus, devitans in eis omnem -em animi, quem volebat habere liberum et ... feriatum). AMBR. Cain et Ab. 1, 10, 42 levitatem et -em instabilitatemque morum (HEGES. 1, 9, 2 ut se habet -o m., bello pacem mutavit *Alexander*). Hel. 19, 71 (*de avaritia mercatorum*). HEGES. 1, 20 p. 31, 24 gentis *Iudaeorum*. RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 8, 3 ex -e et inoboedientia (*Migne gr. 35, 732B* ἀταξίᾳ καὶ ἀναρχίᾳ). AVG. civ. 16, 2 p. 122, 17 D. haereticorum calida -e exagitantur *quae ad fidem pe tinent* (epist. 55, 31. *cf.* GREG. M. moral. 3, 45 haeretici ... student calere; ... -o immoderatae curiositatis intemperato concordat calori). conf. 1, 19, 30 studio spectandi nugatoria et imitandi ludicra -e. Ps. AVG. quaest. test. I 115, 29 intemperantia et -o. CASSIAN. conl. 5, 16, 5 (*in catalogo vitiorum ut* POMER. 3, 4, 1). LEO M. epist. 94 Conc.S II 4 p. 50, 7 remota -e ac pravitate paucorum facile firmabitur probanda concordia. CANON. Turner II 2 p. 244 a 10 si permanserit -e *presbyter vel diaconus parrocia derelicta* (*gr. Mansi 2, 1309C* ἀταξίᾳ, *aliae verss.* intemperantia et obstinatione, indisciplinatione. *cf.* CANON. Dionys. Exig. p. 6, 4 St. [*gr. Mansi 1, 31* ἀταξίᾳ]). FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 3 vitium superbiae atque -is. GREG. M. moral. 18, 68 p. 78B *corda* desideriorum suorum -bus feriuntur. *al.* *de motu carnis*: AVG. c. Pelag. 1, 17, 35 *concupiscentia* et castos etiam nolentes eamque temperantia castigantes -e inordinata importunaque sollicitat *eqs.* (*syn.* inoboedientia). in psalm. 40, 5 -em carnis et saeculi. *β respicitur cura, timor sim.*: HIER. epist. 108, 21 nobis -em et sibi discrimen afferebat *sancta Paula aegrota*. AVG. in psalm. 37, 2 sq. *David* in nescio qua -e erat, qui cum gemitu requiem recordabatur; ipse itaque -em, quam patiebatur, narrat ... deo ... timens *iram dei*.

b *de cuiuslibet securitatis defectu, molestia, infestatione sim.* (*coniungitur* molestia *passim, nota* '-o molestiae' *p. 1804, 28*): *α usu vario* (*exempla selecta*): IVL. VAL. 3, 59 p. 167, 17 *sacerdos Alexandri* ubi functus fuerit sacerdotio, omni reliquo munere vel -e sit solutus (*Hist. Alex. M. I p. 143, 6 Kr.* ἔσται ἀνύβριστος καὶ πάσης λειτουργίας ἀπολυθήσεται. *vix pertinet ad β*). HIL. trin. 1, 1 (*infra*: securitas a labore). DICT. 1, 22 *Clytemestra Menelaum aliosque* inclamans, ab -e Iphigeniae cohiberent sese (*i. ab inquietanda Iphigenia. cf.* AVG. c. Gaud. 1, 8, 9 p. 205, 17 [*verba Gaudentii*] a christianorum -e recedentem. OROS. hist. 7, 40, 6 absque cuiusquam -e. *al.*). PELAG. in I Tim. 2, 2 persecutionis ... et perturbatio et omnis -o (*opp.* quies et tranquillitas). VEREC. in cant. 2, 32 p. 32 a 43 qui ... bella ... gerunt et -es excitant scandalorum. GREG. M. moral. 2, 75 actionis. 3, 68 laborum. *al.*

β de conventione, quae fit litigando, vindicando sim. (*usu iuridiciali, cf.* inquieto *p. 1801, 42; exemplum certi temporis antiquissimum habes l. 9*): EPIST. imp. Licin. Lact. mort. pers. 48, 4 citra ullam -em ac molestiam sui id ipsum observare *sc. religionem Christianorum* ([*Euseb. hist. 10, 5, 6* ἄνευ τινὸς ὀχλήσεως]. COD. Theod. 9, 42, 1, 1 [= Iust. 9, 49, 9, 1]. 10, 18, 1 ut c. -em quaestionis omnis fiscalis calumnia conquiescat). TRACT. Pelag. p. 43, 14 interrogo conscientiam di itum, ... si causarum (*cf. infra l. 27*) vel litium -e vacant (COD. Iust. 7, 33, 2 [*a. 286*] possessionem continuatam nec interruptam -e litis). PAP. Thead. 13, 12 (APF 3, 1906, 341; *a. 322/3*) exactor civitatis nullam in⟨quiet⟩udinem contra iustitiae rationem ... eundem susceptu⟨m tuu⟩m sustinere patietur (*cf. gr. 10* ἐνόχλησιν. COD. Theod. 5, 12, 32, 2 Kr. [= 5, 12, 3 M.] molestiam aut inquie⟨tudinem⟩. *al.*). COD. Theod. 4, 3, 1 (= Iust. 6, 17, 2) ut ... novus heres ... sine -e rebus utatur interdum alienis (16, 35, 14, 1 *si cohortalini* in officiis s. -e et intermissione permanserint [COD. Iust. 7, 37, 3, 1]. 13, 6, 4 bona ad se transmissa s. -e possideant [16, 5, 2 firmiter. *al.*]. GREG. M. epist. 9, 195 p. 183, 22). 5, 9, 1 omni repetitionis -e penitus submovenda (12, 6, 6. COD. Iust. 11, 59, 11, 1 [*a. 400*]. *al.*). 6, 23, 4, 1b (= Iust. 12, 5, 2, 1. 12, 16, 3, 2) *domus decurionum* immunes ab omni hospitum ... -e (13, 3, 10 uxores *medicorum et magistrorum*). 7, 8, 10 pr. (= Iust. 12, 40, 5 pr.) devotum possessorem ab omni -e liberamus (NOVELL. Theod. 26 pr. exactionis. CASSIOD. var. 12, 8, 3 compulsorum). 10, 1, 5 pr. (= Iust. 10, 1, 7 pr.) quibus aliquam -em fiscus infert (10, 8, 3. Iust. 8, 53, 36 pr. molestia vel -e. *al.*). 12, 1, 181 pr. (= Iust. 10, 32, 54) *decurionem* liberum ab -e (14, 25, 1 corpora ... l. ab aenei frumenti -e [*opp.* obnoxia]. GREG. M. epist. 6, 13 p. 392, 12 causarum -bus liberior). 14, 3, 9 ab -e istius molestiae segregari. *al.* INTERPR. cod. Theod. 11, 3, 5 remota ... -e (ENNOD. epist. 3, 20, 2 p. 87, 3 [*antea*: molestiis]). EPIST. pontif. 386 Conc.S I 2 p. 90, 10 ut omnis ab his insidiantium -o discedat et ... sit tuta possessio (*antea* ut ... ius dominiumque violetur). ENNOD. epist. 3, 10, 4 p. 78, 25 qualiter ab huiusmodi -e relever (*sc. fideiussionis. antea*: conventione et iniuria). COD. Iust. 7, 22, 2 (*a. 300*) ut his ... praescriptio adversus -em status eorum prodesse deberet. 7, 37, 3 pr. vel evictionis vel alterius -is gratia. 11, 62, 14 pr. (*a. 491*) nullam penitus super dominio ... actionem vel molestiam aut quamlibet -em formidare. *et saepius.* *γ de bello, seditione sim.* (*exempla significantiora*): AMBR. epist. 20, 1 moles -um gravium coepit moveri. HEGES. 1, 11, 2 exorta est ei causa -is Antiochi ... expeditio (*gr. 1, 99* θορύβων). OROS. hist. 3, 18, 1 *ne quisquam opinetur* Italiam tantummodo Romana -e fatigatam. 5, 1, 12 -o ... bellorum, qua illi attriti sunt (*sim.* 5, 18, 29 bellicae. *cf.* GENNAD. vir. ill. 40). *per lusum verborum*: OROS. hist. 4, 18, 16 quies a tumultu bellorum intercessisse visa est, quia -o morborum in castris erat *eqs.* (*cf. p. 1802, 78*). *δ de fatigatione, quae fit adeundo, orando sim.*: RVRIC. epist. 2, 6, 3 ut, si agnoscitis ... iusta *esse*, quae repeto, nec me iniuriam diutius nec vos -em sustinere patiamini. 2, 20, 1 -em mihi ab aliis et vobis a me facit amicitia communis, quia ... ad ecclesiolam nostram ... confugiunt *supplices* (*infra*: precibus oboedire). CAES. AREL. serm. 4, 4 p. 26, 22.

1. *inquiētus, -a, -um. *ab* in *et* quietus. *scrib. in codd. hic illic* -quet-, -quit-. *compar. inde a* Ps. QVINT., *superl. inde a* SEN. *philos.* (*cf.* nimis -us *p. 1805, 36*, satis -us *p. 1806, 12. 1807, 28*, semper -us *p. 1806, 7. 45. al.*). SYNON. Cic. p. 420, 29 B. dux ... -us, rerum novarum cupidus *eqs.* 428, 28 invisa ... inplacata, -a, suspecta *eqs.* 429, 27 inpulsor ... -us, tumultuosus *eqs.* GLOSS. ἄτακτος. -um: ἀνήσυχον, ἀκοίμητον. -a: inplacata. *legitur inde ab* HOR., PRIAP. (*p. 1805, 24*), LIV. [*confund. c.* inquinatus *infra l. 74*. *dub. vel falso trad.*: SEN. suas. 2, 1. AMM. 16, 12, 30 (inreq- *em. Kellerbauer coll. 33. 14, 2, 1. al.; ad confusionem v. et p. 1807, 22*). *in contrarium vertitur exemplar graecum* (*cf. p. 1802, 36; aliter p. 1807, 57*): VITAE patr. 5, 7, 33 frater quidam erat in congregatione -us et frequenter movebatur ad iram (*gr. Nau 1908 p. 278 n. 201* ἡσυχαστής). PALLAD. hist. mon. II 16 p. 373D -iores *fratres* (*opp.* religiosiores. *gr. p. 66, 12 B.* ἀπραγοτέρους, *opp.* εὐλαβεστέρους καὶ λογιωτέρους).]

i. q. **non quietus, quietis expers** ('*irrequietus*' *p. 1807, 22; per oxymoron* 'quies -a' *p. 1805, 50, cf. p. 1805, 8. 1806, 48; additur* motu *p. 1805, 1*, ingenio *p. 1806, 5, 7* animi *p. 1806, 56*):

I *vi corporali*: A *strictius*: 1 *pertinet ad motum*: a *rerum naturalium*: *α maris sim.*: HOR. carm. 3, 3, 5 Auster, dux -i turbidus Hadriae. SEN. suas. 1, 2 litora ... saeviente fluctu -a. SEN. Tro. 837 maris (dial. 12 [11], 9, 6 [*in imag.*]. MIN. FEL. 3, 3 semper m. etiam positis flatibus -um est. PORPH. Hor. carm. 1, 14, 19. SOL. 22, 5 undosum -umque. PANEG. 2, 10, 1 m. aestibus -a [*W2*, inquinata *cett.*, inquietata *Burkhard*] sunt). dial. 6, 18, 7 -is et sine vento fluctuantibus aquis. MART. 4, 55, 14 *Plateam* fluctu tenui, sed -o *Salo ambit*. SOL. 27, 3 aestibus. HEGES. 3, 20 p. 223, 13 *undae* in fluctus relapsae -um illum maris sinum reddunt (*cf. gr. 3, 421*). 4, 27 p. 285, 21 canalis (*cf. gr. 4, 614*). CAES. AREL. serm. 233, 1 p. 880, 5 nimiis fluctibus -o saeculi huius pelago. *al.* *cf. p. 1805, 23.* *β aëris sim.*: SEN. nat. 1, 2, 9 -um aera (*infra*: inconstantia caeli. 2, 11, 1 -us ac turbidus. *cf.* 6, 16, 4). 6, 12, 2 hiberno tempore et -o. PLIN. epist. 2, 17, 16 ventis (ventus *var. l.*) -us *dies* (*opp.* serenus ... et immotus). *γ materiae inordinatae*: TERT. adv. Hermog. 18 p. 145, 16 *sophiam* materiam

[Reichmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

. . . materiarum, . . . non motu -am (*opp.* compositam). 28 p. 156, 9 informem et confusam et -am (inconditam *Pamelius*, incultam *Iunius*) illam *materiam* fuisse. 43 p. 172, 23 'sic erat', inquis, 'materiae motus antequam disponeretur: concretus, -us *eqs.*' AVG. conf. 13, 9, 10 aqua supra oleum fusa infra oleum demergitur; . . . minus ordinata -a sunt: ordinantur et quiescunt.

b *animantium* (*adhibetur etiam de rebus motis vel de ipso motu*): *α vario usu*: SEN. Herc. f. 1215 -a montium (*i. Symplegadum*) iaceam mora. clem. 1, 3, 5 -i (-is N^1, '*an* -es?' *Gertz*) discurrimus (*praedicative ut*: STAT. silv. 4, 3, 6 *Hannibal* quatit -us agros. MART. 12, 18, 1 -us erras . . . in Subura). dial. 3, 1, 3 furentium cer a indicia sunt . . . citatus gradus, -ae manus *eqs.* (4, 35, 3 artus trepidi, -ae m., totius corporis fluctuatio *iratorum*). epist. 121, 8 *supina testudo* -a est . . . nec ante desinit [niti,] quatere se, quam in pedes constitit. MART. 5, 80, 10 -a lassi marmora Sisyphi (*cf.* 10, 5, 15 -i . . . Sisyphi). APVL. met. 1, 13, 1 tremore viscera quatior, ut grabattulus etiam succussu meo -us super dorsum meum palpitando saltaret. 10, 31, 6 *puella* -o capite et oculis in aspectu minacibus . . . demonstrabat Paridi *eqs.* PS. APVL. Ascl. 6 anima mundi (*i. caeli*) -a semper agitatione nutritur. SOL. 27, 60 gesticulatis motibus -ae *simiae*. AVG. *p. 1761, 53.* SIDON. carm. 23, 337 nec gressum cohibent, sed -o duratum pede stipitem flagellant *equi*. PASS. Mar. Iac. 7, 7 vehiculi promoventis -a iactatio. *al.* *in compar.*: AMBR. Hel. 19, 71 fluctibus -ior *negotiator*. *β respicitur tentigo* (*cf. p. 1806, 31*): PRIAP. 83 (Tib. 2 *vel Vergilii*), 43 -us inguina arrigat tumor neque incitare cesset. *γ respicitur immoderatio*: VVLG. Iac. 3, 8 linguam . . . -um malum (*gr.* ἀκατάστατον, *aliae verss.* inconstans, incontinens, incontentibile, instabile. *cf.* VAL. CEM. hom. 5, 1).

2 *pertinet ad sonitum*: a *de clamore sim. forti, continuo*: APVL. met. 7, 7, 2 *matrona* procurrens in cubiculum clamoribus -is cuncta miscuit. HEGES. 2, 9, 1 p. 146, 16 intercipitur . . . sermo omnis . . ., si contionalis fragoris et -i strepitus exanimetur impedimento (*gr. 2, 347* ἐὰν μὴ παρὰ πάντων ἡσυχία γένηται). PRVD. perist. 10, 1105 aliter silere nescit oris garruli vox -a (PALLAD. hist. mon. I 9 p. 281C). b *de auribus tinnientibus*: APVL. apol. 48 quaesisse me, ecquid illi *mulieri* aures obtinnirent . . .; ubi responderit dexteram sibi aurem nimis -am, confestim discessisse.

B *laxius*: 1 *respicitur defectus somni*: a *de animantibus*: HOR. epod. 5, 95 -is adsidens praecordiis pavore somnos auferam. SEN. Herc. O. 1526 regnum canis -i (*i. vigilis*). PS. QVINT. decl. 10, 7 p. 195, 4 iacebat haec *mater* insomnis, -a. APVL. met. 4, 19, 1 (*v. app. crit.*) servulus strepitu scilicet ⟨vel certe⟩ divinitus -us. EPIST. Alex. l. 167 H. nos vigiliis -os (*cf. p. 1807, 1*). b *de nocte sim.*: LIV. 5, 42, 6 nec tranquillior nox diem . . . excepit; lux deinde noctem -am (-a *Gronovius, an recte?*) insecuta est (VAL. MAX. 8, 14 ext. 1 *Themistoclem* stimulis virtutis agitatum et ob id n. -as exigentem. SEN. clem. 1, 9, 3 *cogitando*. PS. QVINT. decl. 15, 7 p. 282, 26 iamiam non -is n. vagus [*syn.* pervigil amator]. HIST. Apoll. rec. B 18). 10, 43, 12 -um omne tempus noctis expectando timendoque lucem egere *Samnites*. SEN. epist. 56, 8 non est quod existimes placidum, si iacet corpus; interdum quies -a est (APVL. met. 8, 9, 2. *cf.* PLIN. epist. 6, 20, 2 somnus -us et brevis [AVG. civ. 22, 22 p. 607, 4 D. somniorum visis . . . -us]). *cf. l. 62.*

2 *respicitur aegritudo*: a *de animantibus*: PLIN. nat. 28, 259 caprinum fimum -os infantes adalligatum panno cohibet. PELAG. in I Cor. 7, 3 -o aegro et neganti se posse a pomis omnibus abstinere (*de impatiente, cf. p. 1803, 3*). PHYSIOGN. 85 p. 113, 12 *Aristoteles* dicit quotiens torus in fronte est superpositus superciliis, -os esse ac furiosos *eqs.* b *de morbis*: PS. ANTON. MVSA epist. ad Maec. 7 subita . . . tussis arida et -a nascetur. *per imag.*: AVG. virg. 35, 35 non . . . aliter invenitur requies animae nisi -o tumore digesto. c *de vigiliis*: PS. HIPPOCR. epist. p. 23, 4 St. cogitationes sequuntur . . . vigiliae -ae.

3 *de vario tumultu*: SEN. epist. 17, 3 si navigandum est *pauperibus*, non strepunt portus nec unius comitatu -a sunt litora (*i. frequentata. cf.* APVL. apol. 75 fenestrae canticis circumstrepitae, triclinium comisatoribus -um, cubiculum adulteris pervium. HIL. myst. 1, 40, 2 [*de manna*] esse ea . . . vermibus -a). PS. QVINT. decl. 2, 18 p. 35, 19 hominis qui ferro occiditur, tumultuatur exitus . . .; quid? quod necesse est nulla mors -ior sit quam quae statim tota est (*opp.* tamquam per illam quietem [*sc. somni*] transierit in mortem). *per imag.*: FACVND. defens. 7, 6 p. 699C *dissensionem ecclesiarum* sanctorum patrum modestia sopitam . . . -a imperitia suscitamus.

II *vi incorporali*: A *non indicatur finis*: 1 *generatim pertinet ad quamlibet sollicitudinem*: a *de animantibus eorumque rebus* (*deo p. 1806, 58*): *α strictius c. respectu ordinis vel disciplinae deficientis fere i. q. tumultuosus* (*m. pro subst. p. 1806, 9. 24. al.*): Ⓘ *vario usu*: Ⓐ *gentili et communi*: LIV. 1, 46, 2 *Tarquinius regnum adfectavit* et ipse iuvenis ardentis animi et domi uxore Tullia -um animum stimulante (25, 7, 11 Phileas Tarentinus . . . vir -i a. et minime otium . . . patientis. AVG. civ. 5, 12 p. 216, 12 D. metus coepit . . . ab illis perturbationibus alia maiore cura cohibere a. -os et ad concordiam revocare civilem). 3, 46, 2 -um hominem . . . locum seditionis quaerere (QVINT. decl. 263 p. 74, 22 h. -us. qui publicis utilitatibus ter obstitit. AMM. 20, 10, 2. *cf.* CALP. decl. 6 p. 7, 11 [*de affectata tyrannide*] -a res est h., cui *eqs.* HEGES. 4, 16, 1 p. 265, 19 -um genus hominum bellis potius quam otio vel quieti amicum). 26, 2, 11 *milites Romani* feroces et -i inter socios, ignavi et inbelles inter hostes. 31, 28, 6 ne gens *Aetolorum* -a adventu Romanorum fidem mutaret (33, 44, 7 ne Aetolos quidem quieturos, cum ingenio -am, tum iratam Romanis g. VOPISC. quatt. tyr. 7, 1 Saturninus oriundo fuit Gallus, ex g. hominum -issima *eqs.*). *al.* VELL. 2, 11, 1 *C. Marius* semper . . . -us. SEN. Ag. 1000 (*loq. Aegisthus*) ut -am virginem (*sc. Electram*) carcer domet. Oed. 684 ab -o saepe simulatur quies (*syn.* regnare cupienti). OCTAVIA 837 (*loq. Nero*) *exultans turba non ferre* pacem potest, sed -a rapitur . . . audacia *eqs.* ASCON. Mil. p. 42, 6 C. Sallustius et Q. Pompeius, utrique et inimici Milonis et satis -i (*syn.* seditiosior). APVL. Plat. 2, 24 -os et indomitos ac propterea pessimos cives. *al.* Ⓑ *christiano*: *loci script. sacr.*: ITALA I Thess. 5, 14 (cod. d *al.* = VVLG.) corripite -os (*gr.* ἀτάκτους). II Thess. 3, 7 (*v. p. 1802, 52. ad vss. 6 et 11 spectat* CANON. apost. 65, 29 qui -i ambulant [*def. Tidner p. 234. cf. p. 1807, 44*]). *exempla ecclesiastica*: TERT. praescr. 30, 2 ob -am semper curiositatem . . . eiecti *Marcion et Valentinus* (*infra l. 69*). adv. Prax. 1 p. 228, 2 iste primus ex Asia hoc genus perversitatis intulit Romanae humo, ⟨homo⟩ et alias -us, insuper de iactatione martyrii inflatus. RVFIN. Basil. reg. 98 tamquam -us et indisciplinatus confundatur, usquequo discat loci sui ordinem custodire (PS. AVG. quaest. test. I 112, 26 p. 297, 2. BENED. reg. 2 l. 46 L. *opp.* oboedientes . . . et mites et patientes). AVG. conf. 5, 2, 2 fugiant a te -i iniqui. serm. coll. Morin p. 175, 8 -i . . . resiliunt ab spiritu sancto, rixarum amatores *eqs.* CONST. Sirmond. 2 -is adque deiectis *sacerdotibus* (*opp.* innoxiis. *infra*: tumultus popularis auctores). LEO M. epist. 109, 2 Conc.S II 4 p. 137, 22 superbi . . . et -i *monachi*, qui sacerdotum contemptu et iniuriis gloriantur (*opp.* sanctis et veris). 118, 2 *ibid.* p. 72, 27 ⟨ad⟩ disciplinam -os revocari. *al.*

Ⓘ *spectat ad libidinem* (*cf. p. 1805, 24*): PS. QVINT. decl. 15, 10 p. 286, 14 hic (*sc. amor lascivus, opp.* mitis et serius) . . . quo perditis visceribus adhaeremus -i, lascivientis adhuc aetatis instinctu tumultuosus ac petulans *eqs.* (*antea*: inpatientiam, tormenta). AVG. conf. 2, 3, 6 pubescentem et -a indutum adulescentia. contin. 12, 27 (*v. p. 1760, 68*). POMER. 3, 7 -os carnis affectus.

β laxius respicitur inconstantia, curiositas, negotiositas sim. in univ. (*adamant philosophi et ecclesiastici vitae publicae vel mundanae sollicitudinem significantes*): SEN. benef. 7, 26, 4 torporem mentis ac senium et contraria huic -i pectoris agitationem tumultusque perpetuos (VOPISC. Car. 13, 1). 7, 26, 5 inter adfectus -issimos rem quietissimam, fidem, quaeris? dial. 5, 5, 1 moribus (*opp.* compositis et remissis). 5, 30, 2 -is et stolidis ingeniis (FRONTO p. 217, 6 v. d. H. = p. 228 N. ut sunt i. hominum -a et agitandi ac turbandi cupida, noctes diesque negotiis exercebant. *al.*). 8, 6, 1 ⟨ut⟩ semper -us sis (epist. 3, 5 utrosque reprehendas, et eos qui s. -i sunt, et eos qui s. quiescunt; nam illa tumultu gaudens non est industria *eqs.*). 9, 12, 3 *formicis* plerique similem vitam agunt, quorum non immerito quis -am inertiam dixerit (*cf.* AVG. conf. 2, 2, 2 superba deiectione et -a lassitudine). 10, 18, 1 per laboriosa et -a documenta exhibita virtus. 11 (12), 6, 6 mobilis . . . et -a homini mens data est, . . . vaga et quietis impatiens *eqs.* (CASSIOD. inst. 1, 16, 2 si otiosum tempus non haberet m. -a mortalium). *al.* OCTAVIA 409 tertium sollers genus novas ad artes exstitit, sanctum tamen; mox -um *eqs.* MART. 10, 30, 3 -as fessus exuit curas. APVL. met. 6, 1, 1 Psyche variis iactabatur discursibus, dies noctesque mariti vestigationibus -a animi (*Robertson*, animo *F*; v. intenta et quanto magis -a *v. d. Vliet*). MIN. FEL. 10, 5 molestum illum *deum* volunt, -um, impudenter etiam curiosum, siquidem adstat factis omnibus *eqs.* NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 6 p. 554, 14 ne . . . accedat ad criminum cumulum, quod etiam -i fuerunt *lapsi* (*supra* praestare patientiam). ARNOB. nat. 4, 28 ubi amores desideria voluptates, ubi omnis animorum adfectio ab -is perturbationibus veniens. AMM. 31, 14, 3 ut castigatius agerent -i. AMBR. Cain et Ab. 1, 10, 42 Cananaei . . . mobiles, -i sunt; . . . affectus instabilis et -a contentio (*opp.* tranquillitatem cordis et animi serenitatem). 1, 10, 44 expulsis . . . -is et mobilibus cogitationibus. AVG. conf. 1, 1, 1 tu excitas, ut laudare te delectet, quia fecisti nos ad te et -um est cor nostrum, donec requiescat in te. LEO M. serm. 49, 4 carnalibus curis et occupationibus -is. POMER. 2, 21, 2 qui mortuus est carne . . . non -a curiositate (*cf. supra l. 17*) raptatur, non domesticae sollicitudinis cura distenditur *eqs.* *al.*

b *de rebus variis fere turbidis, non securis*: SEN. Herc. O. 1537 si quis . . . fecerit silvas aper -as (*de regione infestata ut*: SVET. Tib. 9, 1 Comatam Galliam . . . et barbarorum incursionibus et principum discordia -am. Galba 7, 1 Africam . . . et intestina dissensione et barbarorum tumultu -am. FLOR. epit. 3, 6, 2 -a Mithridaticis proeliis Asia). epist. 36, 1 res est -a felicitas: ipsa se exagitat. movet cerebrum . . .: alios in aliud irritat *eqs.* TAC. dial. 37, 6 turbidis et -is temporibus (OROS. hist. 2, 3, 9 maiorum . . . t., bellis -issima. CASSIOD. inst. 1 praef. 1 t. -is). hist. 1, 20, 2 ubique hasta et sector, et -a urbs actionibus (auctionibus *apogr.*). PLIN. epist. 7, 2, 2 aestatem -am vobis exercitamque transcurrere. GELL. 4, 9, 13 *fama* magna et -a et invidiosa. PORPH. Hor. carm. 3, 29, 34 varietatem et vices vitae humanae, quem ad modum ⟨modo⟩ quieta ac laeta est, modo adversis casibus -a ac turbulenta, . . . describit (*cf. p. 1801, 9*). PANEG. 3, 13, 3 principatum laboribus

[Reichmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

curis vigiliis -um. Avson. 195, 23 p. 53 P. felix quietis si maneres litteris . . . nec -o temporis tyrannici palatio te adtollieres. Avg. catech. rud. 16, 24, 3 volunt . . . requiescere in rebus -is et non permanentibus. Leo M. epist. 15, 10 p. 685B mundanarum rerum mobilis status et -a diversitas. *al.*

c *aliquid* '-um agere': Amm. 17, 1, 13 *reges iuraverunt* ⟨nihi⟩l -um acturos, sed foedera . . . servaturos (*cf. l. 46*).

2 *speciatim pertinet imprimis ad sollicitudinem anxiam, timorem*: Sen. dial. 2, 19, 2 ne -a agenda sit vita omnium risus, omnium linguas timenti (epist. 24, 23 [*Epicur. frg. 498 Us.*] cum v. -am tibi feceris metu mortis. Tac. dial. 13, 1 -a et anxia oratorum v. [*opp.* securum et quietum . . . secessum]). 10, 17, 1 voluptates . . . trepidae et variis terroribus -ae. epist. 4, 9 *ultimae horae* metus omnes alias -as facit. Plin. epist. 2, 9, 1 anxium me et -um habet petitio. Porph. Hor. carm. 2, 16, 10 -am sollicitudinibus mentem (*Hor* tumultus mentis et curas, *cf. Epicur. gnomolog. 81 τὴν τῆς ψυχῆς ταραχήν*). Avg. civ. 4,3 p. 149, 19 D. divitem timoribus anxium, maeroribus tabescentem, cupiditate flagrantem, numquam securum, semper -um *eqs.*

3 *singulariter pertinet ad assiduitatem notione q. e. irrequietus*: Vita Caes. Arel. 1, 15 spreta omni sollicitudine curaque terrestri . . . sollertiam . . . credidit sub dei obtestatione committendam et totum se verbo dei et lectioni, -is (inreq- *1b, cf. p. 1804, 59*) etiam praedicationibus mancipavit (*cf. 1, 59* insistebat . . . praedicationibus incessanter *eqs.*).

B *accedunt structurae finales*: 1 *indicatur persona infestata per dat.* (*cf. p. 1806, 80*): Lvcif. moriend. 13 p. 311, 30 cur nobis es ⌊semper -us⌋ (*V*, perinq- *ed. pr.*) et semper infestus . . . ? Avg. conf. 1, 17, 27 proponebatur . . . mihi negotium animae meae satis -um praemio laudis et dedecoris . . . metu. 2 *indicatur res appetita* (*cf. p. 1806, 56*): ad: Cypr. zel. 2 p. 420, 13 (*ad N. T. I Petr. 5, 8*) *diabolus* terrorem turbidae persecutionis intentans, ad debellandos servos dei -us (-os *B*) semper et semper infestus. Avg. conf. 6, 3, 3 ad quaerendum intentus et ad disserendum -us erat animus meus. serm. coll. Morin p. 365, 33 (*ad N. T. Matth. 11, 29*) ad hoc . . . -i estis, dum quaeritis, ut invenientes quod quaeritis aliquando requiescatis. *al.* in (*per zeugma* Liv. 22, 21, 2 -a avidaque in novas res . . . ingenia): Ivst. 41, 3, 8 *Parthi* semper aut in externos aut in domesticos motus -i *eqs.*
gen.: Ps. Avg. serm. ed. Caillau 2, 7, 3 (*loq. mulier Chananaea*) tua pietas est, quod -a persisto tui beneficii, quod latrare non desino.

acc. n. pl. pro adv.: Apvl. met. 5, 22, 6 quamvis alis (*sc. Cupidinis*) quiescentibus extimae plumulae . . . tremule resultantes -a lasciviunt.

adv. **inquiētē,** *compar.* -ius. *i. q. sine quiete*: Itala II Thess. 3, 6 (cod. d *al.*) ab omni fratre -e ambulante ([*v. p. 1761, 65*]. 3, 11 [cod. d *al.* = Vvlg.; *Ambrosiast.* intemperanter, *gr.* ἀτάκτως]. *cf. p. 1806, 16*). Amm. 15, 5, 4 Dynamius -ius agens (Greg. M. in Ezech. 1, 12, 18 *opp.* quiescere. *cf. l. 7 et* Amm. 27, 3, 2 -ius agitans multa). Pelag. in I Thess. 4, 11 -e per diversorum discurrebant domos. Anian. Chrysost. laud. Paul. 4 p. 493 cum . . . Paulum Romae quidam persequerentur, aliquando hoc ipsum dogma (*sc. fidem christianam*) -ius praedicabant *cupientes Neronem in eius odium commovere* (*gr.* τῷ Παύλῳ . . . πολεμοῦντες). Canon. *p. 1761, 6.*

deriv.: inquieto, inquietudo. *cf.* 1. inquies, 2. inquiesco.

2. inquiētus, -a, -um. *ab* in *et* quietus *vi auctiva* (*cf.* 2. infacetus *sim.*), *nisi ex* in quiete *vel* 1. inquiesco *ortum est* (*v. Löfstedt, Beitr. 117 sq. Svennung, Unters. Pallad. 577*). *i. q. quietus*: Didasc. apost. 29, 27 noli . . . relinquere ministerium verbi tui . . ., sed permane -us et noli mediare verbum (*Const. apost. 2, 58, 4* ἡσύχιος). *vix cum exemplis versionis contrariae p. 1804, 61 allatis referendum est ad* 1. inquietus *not. q. e.* '*assiduus*' (*l. 19*). *Reichmann.*

inquilīnātus, -ūs *m.* *ab* inquilinus, *cf.* incolatus. 1 *i. q. habitatio, commoratio* (*translate de hominis in terra vel de animi in corpore commoratione*): Tert. anim. 38, 5 (*v. p. 1808, 56*). Avg. in psalm. 38, 21 quae domus est, quo migrandum est ex hoc -u? (61, 12 ab -u migrabo, de domo caelesti non emigrabo). 118 serm. 7, 4 de isto -u vel incolatu non est sermo coarctandus. *inde de loco, ubi aliquis habitat*: Avg. cur. mort. 16, 19 (*Paulinum alloquitur*) ipsis etiam hominum aspectibus confessorem adparuisse Felicem, ⌊cuius -um pie diligis⌋ (*sic codd. plurimi*, civibus vel inquilinis [-lis *F*] pie a se dilectis [delictis *E*] *EFVβ*), . . . audivimus. 2 *i. q. condicio inquilini* (*ad rem v. p. 1809, 38*): Cod. Theod. 12, 19, 2 (*cf.* Cod. Iust. 11, 66, 6) si colonatus quis aut -us quaestionem movere temptaverit. Sidon. epist. 5, 19, 1 *impunitatem* sub condicione concedo: si stupratorem pro domino iam patronus originali solvas -u (*infra*: si . . . cliens factus e tributario plebeiam potius incipiat habere personam quam colonariam).

***inquilīnus,** -ī *m. et* -a, -ae *f. et* **-us**, -a, -um. *ab* incola, *cf.* Esquilinus (*Stolz-Leumann⁵ 84; vice versa* Mar. Victorin. gramm. VI 13, 22 'incola' ab '-o'); *ad notionem aliquid contulisse vocem q. e.* vicinus *suspicatur Leumann, Romanica Helv. 20, 1943, 162 sq., cf. p. 1808, 18. 31. 38. 77. 81.* *litt. gr.* Appian. *p. 1808, 45.* Not. Tir. 13, 55.
de notione: Pavl. Fest. p. 107 -us qui eundem colit focum vel eiusdem loci cultor. Appian. *l. c.* Avg. in psalm. 118 serm. 8, 1 -i non habentes propriam domum habitant in aliena, incolae autem *eqs.* (*in differentiis ut*: Isid. diff. 1, 322 -us dicitur quamdiu peregrinatur. orig. 9, 4, 37 sq. -i vocati quasi incolentes aliena, non enim habent propriam sedem, sed in terra aliena inhabitant; . . . -i . . . sunt qui emigrant et non perpetuo permanent). Gloss. ἔνοικος. domesticus. colonus. peregrinus. Gloss.[L] I Ansil. in 1403 sq. -i: coloni condicionales (= III Abstr. in 196). advenae vel accolae. *legitur praeter dictum* Catilinae (*l. 44*) *inde a* Varrone (*l. 50* -ae, *cf. l. 57. 77. p. 1809, 54. 55*), Cic. (*subst.* -us *bis ut postea passim*), Sall. (*l. 46* '-us civis', *sim. per appositionem postea saepius*); *adi. de rebus p. 1809, 1 sqq. 37. 72.* [*dub.* inq CIL IV 8395, *v. p. 1763, 64.*]

I *usu originario*: **A** *strictius i. q. conductor aedium sim.* (*opp.* colonus *et* dominus, possessor *al.*; *adhibetur fem. l. 50. 57*):
1 *proprie*: Cic. Phil. 2, 105 te -o (*sc. villae Varronis*), non enim domino, personabant omnia vocibus ebriorum. Att. 14, 9, 1 *tabernae* rimas agunt; itaque non solum -i, sed mures etiam migraverunt (*cf.* Vlp. dig. 39, 2, 28 propter emigrationem -orum). Priap. 70, 1 illusit mihi pauper -us. Labeo dig. 19, 2, 58 pr. ut emptori mercedes -orum accederent. 43, 16, 20 si -us tuus vi deiectus fuerit (*opp.* colonus). Sen. epist. 56, 4 fabrum -um et serrarium vicinum. Svet. Claud. 38, 2 quod . . . -os praediorum suorum . . . multasset. Nero 44, 2 -os privatarum aedium atque insularum pensionem annuam repraesentare fisco *iussit* (Vlp. dig. 9, 2, 27, 11 -orum insulae). Pompon. dig. 41, 2, 25, 1 et per colonos et -os aut servos nostros possidemus (*cf.* Gaivs inst. 4, 153 possidere . . . videmur . . . si nostro nomine aliquis in possessione sit, licet is nostro iuri subiectus non sit, qualis et colonus et -us. *al.*). Gaivs dig. 19, 2, 25, 1 ut et colono frui et -o habitare liceat (*cf.* Vlp. dig. 19, 1, 13, 30. 43, 17, 3, 3 *placuit testari* dominum non prohibere -um ne habitaret, sed ne possideret. Pavl. dig. 19, 2, 24, 2 si deseruerit habitationem vel fundi culturam colonus vel -us. Cod. Iust. 6, 31, 1 [*a. 214*] non ut heredem in domo, sed ut -um vel custodem habitare. *al.*). 19, 2, 25, 2 teneri locatorem -o (*al.*). *ibid.* quin liceat colono vel -o relinquere conductionem. Vlp. dig. 39, 2, 13, 5 vicinis . . . -isque eorum et -orum uxoribus cavendum esse (39, 2, 13, 6 an -is suis dominus aedium cavere possit *eqs. al.*). Pavl. dig. 43, 16, 20 de coloni colono, de -i -o. Marcian. dig. 41, 2, 37 ut is qui hypothecam dedisset, pro colono, in agro, ⟨in⟩ aedibus autem pro -o sit. *et saepius* (*in tit.*: CIL XI 1346 coloni et -i. 4209 [*a. 240*] possessores, -i, negotiantes viae strate, cultores Herculis). *c. respectu cohabitandi* (*cf. infra l. 76*): Mart. 1, 86, 12 vicinus Novio vel -us sit, si quis Novium videre non vult. Cypr. epist. 55, 13 p. 633, 9 neque . . . aequandi sunt . . . ille qui -os vel amicos ad facinus (*sc. sacrificium*) conpulit et qui -is et colonis pepercit ('*Hausgenosse*' *Hartel in indice*).

2 *per convicium de municipalibus in urbe constitutis* (*frustra iuris publici vocabulum quaeri videtur; aliter p. 1809, 8*): Catilina Appian. civ. 2, 2, 5 *ἐς . . . ξενίαν τῆς πόλεως ὀνομάζων* (*Catilina Ciceronem*) *ἰγκουΐλῖνον* (*ἰγκουλ- var. l.*), *ᾧ ῥήματι καλοῦσι τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις* (Sall. Catil. 31, 7 M. Tullius -us civis urbis Romae). *inde pendere videtur* Vell. 2, 128, 2 M. Catonem novum etiam Tusculo urbis -um.

3 *per comparationem, imaginem, translationem*: Varro Men. 495 in quarum locum subierunt -ae impietas perfidia impudicitia. Sen. epist. 70, 16 nemo nostrum cogitat quandoque sibi ex hoc domicilio exeundum: sic veteres -os indulgentia loci et consuetudo etiam inter iniurias detinet. 108, 5 *qui philosophos audientes nihil procedunt*, ego non discipulos philosophorum, sed -os voco. Tert. anim. 38, 4 sq. domus animae caro est et -us carnis anima; desiderabit ergo -us ex causa et necessitate huius nominis profutura domui toto inquilinatus sui tempore (resurr. 46 p. 95, 13 -a). Zeno 2, 40 *post baptisma* vetus quidem videtur domicilium, sed novus est -us (*cf.* 2, 41). Ps. Avg. (= Qvodv.) serm. ed. Mai 120, 3 -um te debitoremque cognoscere noluisti; in domo aliena manes. Sidon. epist. (carm. 22) 2 *Phoebum* tibi iure poetico -um factum constat ex numine (*cf. l. 68*). *v. et p. 1809, 17.*

B *vi laxiore et derivata*: 1 *fere i. q. incola, habitator*:
a *de animantibus* (*femina l. 77*): α *proprie*: Plin. nat. 21, 73 huius -i *sc. Hostiliae vici* (Inscr. Dessau 6323 [*a. 121*] -i vici Lartidiani). Lex Manc. 4, 28 (*cf.* 4, 22) coloni -i eius f(undi) (*opp. stipendiarii; v. Rostowzew, Stud. z. Gesch. d. röm. Kolonates 341 sq.*). Apvl. met. 8, 21, 4 locorum (ccc- *F*) -um *draconem*. Min. Fel. 7, 5 *templa* augusta numinibus incolis, praesentibus, -is (*cf. l. 61; vix recte Scheidweiler, Herm. 82, 1954, 492* i. p. -is⟨que⟩ *peregrinis*'). Chalc. comm. 121 caelum . . . exornatum est sapientibus et aeternis animalibus -is (a. et -is *duo codd.*). 134 caeli regionibus sortitis daemonas -os. Avg. conf. 6, 9, 14 congregatis -is fori. Sidon. epist. 8, 9, 5 v. 43 contra Scythicae plagae catervas . . ., Eorice, tuae manus rogantur, ut Martem validus per -um defendat tenuem Garunna Thybrim (*i. vel circa Garunnam cultum vel inter Getas exortum, nisi* '*peregrinum*'). *c. respectu cohabitandi* (*cf. supra l. 37*): Itala exod. 3, 22 (Lugd., Aug. loc. hept. 2, 12) poscet . . . mulier a vicina et ab -a sua vasa argentea (*gr.* συσκήνου, *Vulg.* hospita. *cf.* Avg. *ad l.*: graecus habet 'a cohabitatrice sua', hoc est σ., quod aliqui latini interpretati sunt 'a concellaria sua'). Vvlg. Iob 19, 15 -i domus meae et ancillae meae (גָּרֵי, *Hier. interpr. Iob* vicini). β *acerbe vel iniuriose dictum*: Amm. 30, 5, 6 erant perpetui carcerum -i. Avg. epist. 36, 13 (*verba* '*cuiusdam urbici*') nubis -us *Moyses.* γ *translate*: Arnob. nat. 2, 37 *homines* terreni corporis -i. Zeno 2, 4 unigenitus filius cordis eius (*sc. dei*) nobilis -us.

[Hubbard]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *de rebus domesticis, nativis, propriis (fere adi.)*: ZENO 1, 6, 7 *diabolus* ipsum *Iob* postremo, quem divitiis exspoliaverat magnis, magnis vestit ulceribus ..., ut ... adventicium vulnus -o vulnere finiretur. VIGIL. TRID. ad Ioh. 2 p. 553^{A} cui -um est Anagnia vocabulum, locus. 6 p. 555^{B} purpureus flos locis vernantibus -us. 10 p. 557^{B} Alexandria ... privatis religiosa portentis ..., blanda postremo -orum mater criminum, quin potius noverca.

2 *fere i. q. accola, peregrinus (opp.* civis, domesticus, indigena *sim.; adhibetur de hominibus praeter l. 37)*: a *in script. sacr. (in* ITALA *redditur gr.* πάροικος*)*: α *proprie*: ITALA lev. 25, 6 (Aug. quaest. hept. 3, 89 p. 309, 3) erunt sabbata terrae esca tibi ... et mercenario tuo et -o qui applicitus est ad te ([*Vulg.* advenae qui peregrinatur apud te]. 25, 40 [Lugd.; *Vulg.* colonus]. VVLG. lev. 22, 10 omnis alienigena ..., -us sacerdotis et m. [*conductorem aedium intellegit* HESYCH. *ad l.*]). 25, 35 (Lugd.) suscipe eum quasi prosylitum et -um (*Vulg.* peregrinum. *item* 25, 47). β *translate* (*c. notione q. e.* '*conductor aedium*' *ludit* AVG. in psalm. *ll. cc. et* 60, 6. 148, 11): ITALA psalm. 38, 13 (Veron. *al.*, Aug. in psalm. 38, 21; *cf.* HESYCH. in lev. 23, 39 p. 1095^{D}) -us ego sum apud te *deum* et peregrinus (*Vulg. et Hier. psalt. sec. Hebr.* advena, *Psalt. Rom.* incola). 60, 5 (Veron., *cf.* Aug. in psalm. 60, 6) -us sum in tabernaculo tuo (*gr.* παροικήσω, *Vulg. et Psalt. Rom.* inhabitabo, *Hier. l. c.* habitabo). 118, 19 (Veron., Aug. in psalm. 118 serm. 7, 4. 8, 1) -us ego sum in terra (*Vulg. et Psalt. Rom.* incola, *Ambr. ad l. et Hier. l. c.* advena, *Hil. ad l.* adcola, *cf.* AVG. *ad l.*). Eph. 2, 19 (Aug. c. Faust. 12, 24 p. 352, 14, *cf.* serm. 200, 3, 4) iam non estis peregrini et -i, sed estis cives sanctorum et domestici dei (*cod. d et Vulg.* advenae, *aliae verss.* incolae, accolae).

b *apud ceteros scriptores (aliter p. 1808, 42, dub. p. 1808, 68. 74)*: α *proprie*: IVST. 43, 4, 5 non aliter Massilienses, qui nunc -i videantur, dominos quandoque regionum futuros. CASSIOD. Ios. antiq. 16, 2 p. 458 quod -i per provinciam Iudaei violentiam habitatoribus eius ingererent, dum illi indigenas se demonstrabant *eqs.* (*gr. 16, 59* τὴν χώραν αὐτῶν νεμόμενοι). β *translate*: ARNOB. nat. 1, 12 vobisne sit genitus et fabricatus mundus an in eum veneritis alienis ex regionibus -i (*antea*: cum ipse sis non tuus, aliena etiam in possessione verseris). *adi. de re insolita (ut vid.)*: PS. AVG. serm. 3, 3 emortua seni (*sc. Sarae*) viscera ... usque ad partum -is sunt caloribus animata.

II *usu novato*: A *apud Romanos i. q. colonus glebae addictus (fem. l. 54, ambigue l. 58 sqq., de re l. 72; inter* -os *et* colonos [c. adscripticios *sim.*], tributarios, originarios *quid interfuerit, vix apparet, v. l. 65. p. 1808, 4 et cf. Seeck, Gesch. d. Untergangs d. antiken Welt 1³ 585 sqq. Kübler, Gesch. d. röm. Rechts 348)*: CALL. dig. 27, 1, 17, 7 -i castrorum a tutelis excusari solent nisi eorum, qui et ipsi -i sunt et in eodem castro eademque condicione sunt (*burgarios dici probavit Seeck, RE III 1067; cf. Grosse, Röm. Militärgesch. 67, 6*). VLP. dig. 50, 15, 4, 8 si quis -um vel colonum non fuerit professus, vinculis censualibus tenetur. MARCIAN. dig. 30, 112 pr. si quis -os sine praediis quibus adhaerent legaverit, inutile est legatum. AVSON. 415, 29 p. 274 P. *Philon vilicus* adit -os, rura, vicos, oppida soli et sali commercio. COD. Theod. 5, 15 (17) tit. (= LEX Burg. 6, 2) de fugitivis colonis, -is et servis. 5, 16 (18) tit. de -is et colonis (*Cod. Iust. 11, 48 tit.* de agricolis censitis vel c.). 5, 16, 1 pr. si quis colonus originalis vel -us ante hos triginta annos de possessione discessit. 10, 12, 2, 2 si quis ... vel tributarius repperitur vel -us ostenditur. 12, 19, 1 quorum -as vel colonas vel ancillas duxerint (*fem. ut* COD. Iust. 10, 32, 29 [*a. 365*] nati ex -arum nostrae domus matrimonio et patre decurione). NOVELL. Valent. 27, 4 de originariis et colonis, -is ac servis utriusque sexus (*in eadem serie* 35, 3). Sev. 2 si qui vel si qua ex corporibus publicis ... servis vel colonis se crediderint copulandos, agnationem eorum ad eos dominos pertinere, quorum -us vel colonus fuisse constiterit. COD. Iust. 3, 26, 11 (*a. 442*) domorum nostrarum colonus aut -us aut servus. 3, 38, 11 (*a. 334 ?*) servorum vel colonorum adscripticiae condicionis seu -orum. 11, 48, 6 (*a. 366*) fugitivos adscripticios colonos vel -os. 11, 48, 12 pr. (*Arcadii et Honorii*) servos vel tributarios vel -os. 11, 48, 13 pr. (*a. 400*) -os colonosve, quorum quantum ad originem pertinet vindicandam indiscreta eademque paene videtur esse condicio, licet sit discrimen in nomine. 11, 53, 1 pr. (*a. 371*) colonos -osque per Illyricum ... abeundi rure, in quo eos originis agnationisque merito certum est immorari, licentiam habere non posse censemus. (1) inserviant terris non tributario nexu, sed nomine et titulo colonorum. PAP. Tjäder 10/11 IV 2 (*a. 489*) -os sive servos. *adi. de re*: SALV. gub. 5, 44 (*43* coloni divitum fiunt) iugo se -ae abiectionis addicunt.

B *de Israelitis in Aegypto servientibus*: ITALA deut. 5, 15 (Lugd.) -us fuisti in terra Aegypti (*gr.* οἰκέτης, *Vulg.* servieris). 6, 21 (Lugd.) -i habitatores eramus Pharaonis (*gr.* οἰκέται ἦμεν, *Vulg.* servi eramus). *usum cum exemplis sub I B 2 allatis cohaerere monet B. Fischer in plagulis.*

deriv.: inquilinatus. *compos.*: coinquilinus. *cf. Onom.*

inquim- *v.* enchym-. *Hubbard.*

inquinābiliter *adv. ab* inquinare, *cf.* coinquinabilis. *i. q. inquinando*: GREG. M. moral. 18, 24 *haeretici* fluxe et -r ... scripturae sacrae contexunt testimonia (*v. p. 1814, 51*).

inquinābulum, (-ī) *n.* NOT. Tir. 13, 50 (inquon-, incun- *varr. ll.*). GLOSS. I 248 -um μόλυμμα. II 582, 38 -um (incin- *b*) pollutio. *Heraeus, ALL 12, 1902, 76 formam vulgarem vocis q. e.* incunabulum (-la) *esse suspicatur; quod si rectum est,* GLOSS. *fortasse fluxerunt e fictione gramm., qui aut scripturam perperam interpretati aut potius etymologiam vocis q. e.* incunabulum *enucleare conati sunt. vocem genuinam ab* inquino *derivatam esse censet Svennung in plagulis; ad scripturam cf. p. 1811, 54.*

ˣ**inquināmentum,** -ī *n. ab* inquinare. *de origine*: PAVL. FEST. p. 11 ancunulentae feminae menstruo tempore appellantur: unde trahitur -um. *scribitur* iniq-: GREG. TVR. Franc. 1, 10 p. 12, 21 (*D 1*). *cf. p. 1811, 56 et variam lectionem l. 31. de notione*: GELL. 2, 6, 25 (= MACR. Sat. 6, 7, 19) ut ... 'squalor' de re alia nulla quam de solis -is dici coeperit. GLOSS. μόλυνσις. μίασμα. μολυσμός. *legitur sensu proprio inde a* VITR., *translato inde ab* ITALA, TERT.; *deest in poesi.*

fere i. q. sordes (hic illic respicitur magis actus inquinandi, v. e. g. l. 65 et nota vocem iuxta 'inquinatio' *adhibitam in versionibus e graeco factis l. 38. 58)*: 1 *corporaliter*: a *generatim*: VITR. 8, 4, 2 *si* neque inquinatus ab aliquo -o is locus fuerit, sed puram habuerit speciem. HEGES. 5, 24, 3 p. 357, 15 -a alvi *i. excrementa (gr. 5, 550* λυμάτων). VVLG. Ezech. 24, 11 *ut* confletur ... -um eius (*sc. ollae calefactae*) et consumatur rubigo eius. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 203 *qualitas cataplasmatis* quae attrectata manibus nihil de se -i dimittat: Graeci ... amolynton vocaverunt. FAVST. REI. grat. 1, 2 p. 14, 7 *si* atro -o candorem niveae vestis aspergat (*cf.* CASSIOD. var. 11, 6, 4 si aliquo -o sordescant *vestes*). *luditur c. notione incorporali*: TERT. apol. 15, 4 (= nat. 1, 10, 46) *in amphitheatro* super sanguinem humanum, super -a poenarum (*i. homines punitos*) ... saltant dei vestri. 30, 6 post omnia -a (*sc. sacrificii velut grana turis, guttas vini, sanguinem reprobi bovis*). cult. fem. 2, 7, 2 *feminas alienos capillos suis adicientes* pudeat -i, ne exuvias alieni capitis, forsan immundi, forsan nocentis et gehennae destinati, sancto et Christiano capiti supparetis (*cf.* SVLP. SEV. epist. app. 2, 10 p. 237, 11 munda ab omni -o [iniquitate *V*] caput, quia crimen est illud post chrismatis sanctificationem ... pigmenti suco ... sordidari).

b *speciatim de menstruis (cf. l. 8. p. 1812, 74)*: DIOSC. 1, 83 p. 45, 24 M. -um mulierum (*cetera dub. interpr., gr. desunt*).

2 *incorporaliter, imagine passim servata (in script. sacr. et ap. eccl.)*: a *c. respectu legis leviticae (ex usu* ITALAE, *v. p. 1813, 74)*: ITALA lev. 7, 18 (Wirc.) *si carnes hostiae tertia die comeduntur*, -um est (*gr.* μίασμα, *Lugd.* inquenatio, *Vulg. aliter*). TERT. adv. Marc. 4, 9 p. 441, 15 *quaeritur an dominus tetigerit leprosum* per contemptum -i (*cf.* p. 441, 19. 20). patient. 8, 5 non vasculorum -is, sed eorum quae ex ore promuntur hominem communicari (*sec. N. T. Marc. 7, 15*). NOVATIAN. cib. Iud. 2 p. 229, 24 *si institutio animalium immundorum* propter -um suum debuisset auferri. 3 p. 230, 14 *pecus* quod ex natura aliquit habet quasi -um notatum. 7 p. 239, 9 simulacris immolatorum *ciborum* -o. VVLG. deut. 7, 26 *idola* velut -um ac sordes abominationi habebis. Ezech. 36, 25 ab omnibus -is vestris et ab universis idolis vestris mundabo vos (*sim.* 36, 29). PS. AVG. c. Fulg. RevBén. 58, 1948 p. 203, 1 (*verba Donatistae*) dominus per Aggaeum prophetam (*2, 12 sqq.*) immundos tactus -a conferre ... monstravit (*sim.* p. 203, 17). serm. 155, 3 quae de profanis gentilium sacrilegiis inferebantur super eam *terram* (*gr.* μολυσμῶν).

b *de variis immunditiis vel peccatis*: α *in script. sacr.*: ITALA sap. 7, 22 (Ambr. off. 2, 13, 65. *al.*) *est in sapientia* spiritus ... sine -o (*gr.* ἀμόλυντον, *Vulg.* incoinquinatum). 7, 25 (Fulg. Rusp. c. Fab. frg. 8 p. 761^{B}. *al.*) nihil -i in illam incurrit (*gr.* μεμιαμμένον, *Vulg.* inquinatum). II Cor. 7, 1 (codd. d g, Tert. pudic. 15, 8. *al.* = VVLG.) mundemus nos ab omni -o carnis et spiritus ([*gr.* μολυσμοῦ, *Aug. serm. 346, 2* inquinatione. *locum explicant* RVFIN. Basil. reg. 147 PS. PRIMAS. *ad l.* p. 569^{D}]. *cf. infra l. 65. 75 et* TERT. adv. Marc. 5, 12 p. 617, 14 c. et sanguinis. RVFIN. Orig. in exod. 3, 3 p. 166, 9 animae et corporis [*v. infra l. 69*] et sp. Orig. in lev. 13, 5 p. 477, 2 c. et morum. *al.*). β *ap. eccl.*: (I) *exempla generalia selecta*: TERT. idol. 10 p. 41, 6 scholarum de ... sollemnitatibus -a. pudic. 1, 14 *ut saeculum pudicitiam* in feminis nostris -is potius carnis quam tormentis punire contendat (uxor. 2, 2 l. 48 c. sanctae in carne gentili -um. *cf. etiam l. 58. 75*). PS. ORIG. tract. 4 p. 38, 21 *ex corde* dicit dominus omnia -a procedere (*Matth. 15, 11; v. vol. III 1565, 16*). AMBR. in psalm. 37, 33, 3 *seminaria illicite effusa* -um corporis ... operantur (*cf. supra l. 62*). RVFIN. Orig. in lev. 14, 3 p. 483, 2 immunditiam labiorum ... et -a oris (*cf. Is. 6, 5*). AVG. enchir. 20, 76 ab omni -o interiori mundari. *et passim.* (II) *c. gen. explic.*: TERT. spect. 10 p. 13, 12 inter cetera idololatriae etiam spectaculorum -a. AMBR. apol. Dav. I 11, 57 p. 338, 22 *in Christo* et conceptus virginalis et partus sine ullo fuit mortalis originis -o (*cf.* p. 339, 3 naturae. virg. 3, 19 carnis [LEO M. serm. 22, 2 humanae. FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 5 fetulentae. *v. etiam l. 58. 65*]). Cain et Ab. 2, 1, 2 p. 378, 18 animae senectus, quam nulla perfidiae -a maculaverint (MAX. TAVR. serm. app. 22 p. 892^{A} Arianae). 2, 3, 10 p. 387, 6 si ... sacrificio purificationis et mysterio baptismatis delictorum nostrorum -a lavemus (TRACT. Pelag. p. 76, 12 qui vitam suam probroso d. -o et turpissimo flagitiorum caeno foedaverint. EVCHER. form. 7 p. 40, 21 [*ad Sirach 30, 1*] pix -um et nigredo d. VEREC. in cant. 2, 40 p. 39 b 36 carnalium). in psalm. 1, 52, 2 *libri* non ... atramento scripti, sed vestigiis delictorum et flagitiorum -o. HIER. hom. Orig. in

[Scheller]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ezech. 9 p. 408, 22 libidinis (RVFIN. Orig. in lev. 9, 1 p. 418, 25). RVFIN. Orig. in lev. 9, 4 p. 424, 9 peccati (Orig. in Ios. 6, 1 p. 321, 17). AVG. epist. 125, 3 p. 5, 18 non per sacramenta Christi, sed per -a daemonum iuraverat. PETR. CHRYS. serm. 94 p. 465^A vetustae ... passionis. 162 p. 638^A immunda mundi -a (VITAE patr. 5, 5, 34 p. 883^A [*gr. Nau 1908 p. 272 n. 186* ἀκαθαρσίας]. GREG. M. in euang. 12, 1 p. 1118^B). FVLG. RVSP. serm. 11, 6 p. 837^B fornicationis. *al.*

inquinātē *v. p. 1815, 16.*

***inquinātio,** -ōnis *f. ab* inquinare. -quen- *p. 1810, 39. cf. l. 17. plur. l. 16. 26 bis. 28. 41.* GLOSS.^L II Abav. I 246 (*cf.* SQ 2) sordor (-des). GLOSS. II 589, 30 pelicatio: zelus, -o. *inde ab* ITALA; *deest in poesi.* [*confund. c.* iniquitas *l. 34. cf. l. 56. p. 1810, 9. e coni. l. 16.*]

i. q. actus inquinandi vel inquinamentum (*mera vi corporali nonnisi* GREG. M. *l. 39*): 1 *generatim*: ITALA lev. 7, 18 (*v. p. 1810, 39. respicitur lex levitica ut*: ASSVMPT. Moys. 5, 3 contaminabunt -bus [ingenat- *trad.*, in nat- *alii*] domum servitutis suae. VITA Amator. [BHL 356] 28 *cutis* lepraticae -is deteriorata languore. *v. p. 1813, 74*). II Cor. 7, 1 (*v. p. 1810, 59*). HERM. vulg. sim. 10, 3, 2 *virgines castae* si habuerint domum tuam puram, tecum permanebunt; sin autem pusillum aliquid -is acciderit, protinus a domo tua recedent; hae enim virgines nullam omnino diligunt -em (*Pal.* sin a. in aliquo spurca fuerit domus tua, *infra*: spurcitiam). PS. AMBR. paenit. 13 p. 986^C *anima* peccati sorde et sceleris -e polluta (*c. gen. explic. ut*: GREG. M. epist. 5, 41 p. 335, 5 adulationis [elat- *var. l.*]. 11, 18 p. 280, 22 vos ... ab omnis culpae -bus tergeat. in euang. 7, 2 quisquis se luxuriae -bus polluit. moral. 1, 47 contagii. *al. cf.* PS. ORIG. hom. in Matth. 4, 2 p. 264, 23 quis se iniquorum factis accommodans non ab eorum -bus peccati aculeo perforetur?). 33 p. 1004^C purgemus conscientias nostras ab omni -e. VVLG. (= ITALA) sap. 14, 26 (*de corruptione nuptiarum*) animarum (*gr.* μιασμός. AVG. civ. 14, 5 p. 12, 27 D. euntium atque redeuntium a. mundatio et -o. mus. 6, 14, 43 -em et aggravationem animae). AVG. civ. 2, 4 p. 57, 26 D. quae *est* -o, si illa (*sc. spectacula obscena*) lavatio? de mend. 15, 25 stuprum ... vel aliquam execrabilem -em (iniquitatem *F*^1). *al.* MAXIMIN. Aug. c. Maximin. 2, 14, 4 *si anima generat* nullam sentiens diminutionem, non -em aliquam. GREG. M. epist. 11, 56^a p. 343, 2 (*de pollutione nocturna*). moral. 8, 32 maculas -is (*opp.* munditiam sanctitatis). *al.* *corporaliter*: GREG. M. epist. 5, 43 p. 337, 24 sordida vascula, ut -e terrae careant, cum terra mundari solent.

2 *specialim in arte magica de veneficiis vel fascinationibus*: DAMIG. lapid. 40 *lapis melas facit ad* magicas -es et potionum et precum maiorum incantationem.

inquinātor, -ōris *m. ab* inquinare. *i. q. qui inquinat* (*hac voce Donatista baptizatorem Christianum conviciatur*): AVG. c. Petil. 3, 24, 28 p. 184, 11 quasi conscientiae meae non obsit, quod -is, ut dicit, mei sacrilegam ignoravi conscientiam (*p. 184, 15* baptizatoris mei). *cf. p. 1814, 60.*

inquinātus *v. p. 1814, 56.*

***inquino,** -āvī, -ātum, -āre. *orig. inc.; sunt qui conferant* caenum (*v. p. 1812, 10*), cunire (*v. l. 52*). *inter verba activa coniugationis primae affert* CHAR. gramm. p. 473, 7 B. *de origine*: PAVL. FEST. p. 50 cunire est stercus facere, unde et -are. PRISC. gramm. II 489, 12 ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, unde et -o (vel c *s. s. G; cf. p. 1814, 16 et vol. III 1565, 15 sqq. 71*). *de script. et formis*: incun-: VARRO rust. 3, 16, 34 (*vix recte explicatur p. 1078, 62*). AVG. agon. 18, 20 p. 120, 24 (*C*^1). *cf. l. 53 et* inquinabulum, inquinosus. iniq- (*sec.* iniquus, *cf. p. 1810, 9 et supra l. 34*): ASSVMPT. Moys. 8, 4. *de* inquen- *v.* inquinatio. *formae perf. breviores leguntur* -asti (SEN. contr. 10, 3, 1 GLOSS.), -asse(n)t (PHAEDR. 1, 2, 21 QVINT. inst. 10, 1, 101 TERT. paenit. 2, 6; *sed* -avissent CIC. Tusc. 1, 72). NOT. Tir. 13, 53 -at. GLOSS. μολύνω. μιαίνω. -atur: sordidatur. *legitur inde a* PLAVTO, CATONE; *deest e. g.* LVCR., CAES., SALL., VERG., TIB. [*catal.* enconar, *hisp.* enconar. *R.*] [*confund. c.* inquietare *p. 1799, 20. cf. p. 1804, 74. dub. vel falso trad.*: TERT. spect. 7 p. 9, 3 (inquirantur *Wissowa*). PANEG. 2, 10, 1 (*v. l.* inquietus *p. 1804, 74*). FIRM. math. 5, 1, 29 (*v.* ingratus *p. 1563, 61*). *contextu dubio*: QVINT. decl. 388 p. 440, 24 oscula sua venaliciario (*an* venaliciarii ore *?*) -at.]

I ***strictius*** *in malam partem fere i. q. spurcum reddere* (*augendi gratia opp.* inficere *p. 1812, 37. 59, attenuandi* adspergere *p. 1813, 35; accedit abl. passim, in c. abl. p. 1812, 13. 1813, 81. al.,* ad *p. 1814, 3,* super *p. 1814, 9,* cum *p. 1814, 46, cf.* '-ari *aliquid*' *p. 1812, 4. 1813, 83* [*aliter p. 1812, 68*]): **A** *corporaliter*: 1 *vi originaria*: **a** *generatim de variis sordibus*: *α proprie* (*subi. est etiam ipsa materies -ans passim, absol. p. 1812, 21*): PLAVT. Capt. 267 involucre inicere *cui capillos tondent* ... vestem ut ne -et (*cf.* Pseud. 1279 pallium *vomitu*. VITR. 2, 4, 1 *si harena vestimentum candidum* non -verit. *al.*). Mil. 325 mihi sunt manus -tae. :: quidum? :: quia ludo luto (SCRIB. LARG. 80 medicamento. QVINT. decl. 377 p. 420, 3. *cf. etiam p. 1812, 39. 58*). CATO agr. 65 *olea* si -ta erit, lavito, a foliis et stercore purgato. CATVLL. 23, 23 digitum *excremento*. CIC. Tusc. 5, 97 aquam ... cadaveribus -tam (VARRO rust. 3, 5, 2. FRONTIN. aq. 91 *Anio alienas* aquas -bat. VLP. dig. 43, 20, 1, 27 -etur vitietur corrumpatur deteriorve fiat. *cf.* OV. met. 14, 53 *gurgitem maris* dea praevitiat portentificisque venenis -at. SEN. nat. 4, 13, 9 *aquae* colorem saporemque paleis. FRONTIN. aq. 89 *aquarum* splendor ... integer nihil ... pluvia -atur). VARRO rust. 2, 2, 18 ne lana -etur. 3, 7, 5 *stercus columbarum* quod eum -at locum (VITR. *p. 1810, 17*). HOR. sat. 1, 8, 37 (*loq. Priapus*) merdis caput -er albis corvorum (*cf.* LACT. inst. 2, 4, 2 cum aves ... simulacris *Priapi* ... insidant nidificent -ent). PROP. 3, 17, 18 nova pressantes -et uva pedes (VVLG. cant. 5, 3 lavi p. meos, quomodo -bo illos?). OV. fast. 4, 928 -et arma situs. PAVL. FEST. p. 32 puerili stercore -are. SEN. Ag. 463 exigua nubes sordido crescens globo nitidum cadentis -at Phoebi iubar (*solem ut*: TERT. spect. 20 sol et in cloacam radios suos defert nec -atur [*cf.* AVG. serm. 267, 7 coenum non -at solis radium. QVODV. adv. haer. 5, 7. *al.*]). clem. 1, 21, 4 ⟨ab⟩ animalibus ... obterentem -antibus reducenda manus est. epist. 107, 2 queri quod spargaris in publico aut -eris in luto (FLOR. epit. 2, 18, 10 *milites emolliti* l. -ari, qui sanguine nollent, iubebantur [*cf.* VEG. mil. 3, 10 p. 93, 6]. *al.*). CVRT. 8, 9, 32 -ari putant ignem *cadaveribus crematis*. PETRON. 102, 15 color arte compositus (*i. atramentum*) -at corpus, non mutat *in Aethiopem*. MART. 4, 4, 6 bis murice vellus -tum (*exemplum mali odoris; ad rem cf. vol. II 2007, 37*). 5, 8, 9 *subselliis in theatro reservatis* est reddita dignitas equestris, turba non premimur nec -amur (*transit ad B, v. p. 1813, 6*). PORPH. Hor. sat. 1, 3, 56 *vas* vitioso suco inlinitur atque -atur. PLIN. med. 2, 26 p. 70, 9 hoc medicamentum non -at (*cf. p. 1811, 78*). AVIEN. orb. terr. 179 pestifero afflatu serpens vagus -at aethram. VVLG. Sirach 13, 1 qui tetigerit picem, -bitur ab ea (*gr.* μολυνθήσεται). PRVD. c. Symm. 1, 641 splendorem dentis nitidi (*i. vomeris*) scrobis -at atra. *al.* *c. contemptu dictum*: TERT. cult. fem. 2, 6, 1 *feminae capillos croco colorantes* decorum putant, quod -ant.

β in imag., compar.: CIC. Pis. 72 idem casus *Philodemum* ... istius impurissimae atque intemperantissimae pecudis (*i. Pisonis*) caeno et sordibus -vit (SEN. contr. 7 praef. 4 orationis ... splendorem his admixtis s. non defendi, sed -ari. S. C. de sumpt. lud. glad. [CIL II 6278] 8 pecunia nullis s. foedi quaestus -ta. HIER. epist. 4, 2, 2 peccatorum [APRING. in apoc. 3, 4]. AVG. epist. 55, 6 *dei partem* commixtam principibus tenebrarum et eorum s. -tam. PALLAD. hist. mon. I 36 p. 323^C vitae). fin. 5, 22 obscurantis ... splendorem honestatis, ne dicam -antis. VAL. MAX. 9, 15, 2 ut ... sanctissimi penates ... falsi (*sanguinis, i. filii*) sordida contagione -rentur. SEN. epist. 59, 9 diu in istis vitiis iacuimus, elui difficile est; non enim -ti sumus, sed infecti. 94, 59 *metalla effossa* magis -ant animos quam corpora *effodientium*. QVINT. decl. 324 p. 277, 14 manus -vit *sacrilegio* (CYPR. laps. 22 p. 253, 21. *al.*). FRONTO p. 183, 19 v. d. H. (= p. 195 N.) infamiae aspergo -at simul multos et dedecorat. TERT. bapt. 4, 5 quoniam vice sordium delictis -amur, aquis *baptismatis* abluamur. 15, 3 Israel cotidie lavat, quia cotidie -atur. *ibid.* felix aqua ..., quae non adsiduitate sordium infecta rursus quos diluit -at. cult. fem. 2, 1, 1 -tam sedem (*sc. hominem quasi templum*). CYPR. sent. episc. 7 p. 441, 3 eos, qui a contrariis baptizati -ti sunt, primo purgari *eqs.* (*de baptismo haereticorum ut*: FIRMIL. Cypr. epist. 75, 23 p. 824, 23 ecclesiae sanctificatione purgatus alienarum sordium contactibus -aris). LACT. inst. 4, 17, 21 *deus Iudaeos prohibuit* ne terrenis serviant simulacris ac se luto -ent; luto enim se oblinunt, qui *eqs.* (PRVD. perist. 2, 247 istum libido foetida ... l. et cloacis -at). 4, 26, 11 peccatorum labibus ac vitiorum maculis -tos (*cf.* ira 19, 3). PS. HIL. hymn. 2, 51 a quorum *peccatorum* non sum -tus fecibus. OPTAT. 4, 7 p. 112, 7 (*ad psalm. 140, 5*) ut oleum peccatoris non -ret caput *Christi*. 5, 1 p. 120, 13 ut -tus totus orbis ... lavacro interveniente in faciem pristinam mundaretur (*de cataclysmo imagine baptismatis*). AMBR. in psalm. 118 serm. 10, 46, 1 mentem ... inmundis cogitationibus -tam lavare (*ut manum*). *al.*

b *speciatim de sanguine*: *α c. respectu caedendi*: manus: SEN. contr. 10, 1, 8 civili sanguine non -tas solum m., sed infectas (QVINT. decl. 291 p. 160, 28 nullus est tam vilis hominis s., ut non m. -et. ITALA Is. 59, 3 [Cypr. testim. 2, 4 p. 65, 16. *al.; gr.* μεμολυμμέναι, *Aug. c. Parm. 2, 3, 6* coinq-, *Vulg.* pollutae]. LACT. mort. pers. 9, 11 m. suas iustorum s.). SEN. dial. 5, 41, 3 caedibus. benef. 5, 14, 2 latro est etiam antequam m. -et, qui (quia *N*) ad occidendum iam armatus est. *al.* *cf.* SEN. Herc. O. 1454 dextra -etur *caede uxoris.* *alia*: SEN. contr. 7, 2, 7 defluente sanguine ... locum (10, 3, 1 filiae s. penates. PHAEDR. 1, 29, 11 [*loq. aper*] -ari nolo ignavo s. FLOR. *supra l. 14*. ITALA gen. 37, 31 [Lugd., Ottob., Quodv. prom. 1, 26, 37] -verunt tunicam *Ioseph* sanguinem [-ne *Quodv.; gr.* ἐμόλυναν, *Vulg.* tinxerunt]. *cf.* VVLG. Is. 63, 3). SEN. Herc. O. 1702 nec aras impias quisquam -at. Med. 523 ut te caede cognata -es. PRVD. perist. 10, 1046 *sacerdotem tauroboliatum* -tum talibus contagiis, tabo recentis sordidum piaculi.

β de menstruis (*cf. p. 1810, 8. 35*): PAVL. FEST. p. 32 'bubinare' (*q. v.*) est menstruo mulierum sanguine -ari.

2 *vi dilatata*: **a** *de cibis stomachum infestantibus*: SEN. epist. 2, 4 fastidientis stomachi est multa degustare, quae ubi varia sunt et diversa, -ant, non alunt. **b** *de herbis nocentibus segeti inimicis*: VLP. dig. 9, 2, 27, 14 (*ex Celso*) si lolium aut avenam in segetem alienam inieceris, quo eam tu -res.

B *incorporaliter* (*hic illic sublucente imagine*): 1 *generatim fere i. q. corrumpere, depravare, dehonestare sim.*: **a** *homines* (*animos l. 84*): CIC. Cael. 78 hominem ... ore, lingua, manu, vita omni -tum. fin. 4, 63 homines sceleribus et parricidiis -tos (Tusc. 5, 6 hoc parricidio se -are audet. *al.*). Tusc. 1, 72 *animi e corpore excedentes*

[*Scheller*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

qui se humanis vitiis contaminavissent et se totos libidinibus dedissent, quibus caecati . . . domesticis vitiis atque flagitiis se -issent (SEN. rem. fort. 16, 6 *uxorem* bene institutam nec maternis -tam v. *al.*). Q. CIC. pet. 56 comitia . . . -ta largitione. VARRO frg. Non. p. 168, 5 saepe . . . unus puer petulans atque inpurus inqui⟨na⟩t gregem puerorum. LIV. 9, 46, 10 senatum . . . libertinorum filiis lectis (*cf. p. 1812, 19 et* GAIVS dig. 40, 16, 1 ne quorundam dominorum erga servos nimia indulgentia -ret amplissimum ordinem eo, quod paterentur servos suos in ingenuitatem proclamare). SEN. contr. 1, 2, 10 *mulier in lupanari* conservarum o⟨s⟩culis -atur (*cf.* PETRON. 21, 2 *cinaedus nos* basiis olidissimis -vit). 1, 7, 10 deprecabar . . . ne fratrem occideret, tyrannicidam (*i. se ipsum*) -ret, patrem respergeret (*cf. infra l. 32*). 9, 6, 7 uxorem nullis adhuc -tam fabulis. 9, 6, 19 liberos. VAL. MAX. 3, 3, 5 falsa criminatione -ando fidum lateri eius custodem eripuit (*cf.* QVINT. decl. 355 p. 387, 4 pupillum falso crimine adulterii. *usu pressiore l. 63*). LVCAN. 5, 290 facinus quos -at aequat (*cf.* DRAC. laud. dei 2, 478). PETRON. 46, 7 (*loq. centonarius*) litteris satis -tus est *puer*. QVINT. decl. 259 p. 56, 2 ne qua . . . infamiā -retur *virgo*. FRONTIN. strat. 1, 9, 3 *milites seditionis expertes* custodiendis quoque nocentibus adtenderunt, ne illorum fuga -rentur. *et passim.* **b** *res incorporeas*: CIC. S. Rosc. 68 omnibus flagitiis vita -ta (VAL. MAX. 6, 9, 6 libidine, vino, ludicrae artis amore. *cf. p. 1814, 84*). Planc. 46 officiosam amicitiam nomine -as criminoso (*cf.* SPART. Carac. 11, 4 ne . . . severitas illius *Severi* crudelitatis nomine -retur). Deiot. 32 immanitate . . . humanitatem. off. 3, 60 nullum . . . eorum factum potest utile esse, cum sit tot vitiis -tum (SEN. Herc. O. 816 facta -entur, fiat hic summus labor *sc. nex Lichae*). HOR. epod. 16, 64 *Iuppiter* -vit aere tempus aureum. carm. 3, 6, 18 fecunda culpae saecula nuptias primum -vere et genus et domus (*v.* PORPH. *ad l.*). OV. fast. 3, 496 amplexus -at illa tuos (*i. Bacchi, quem puellas Indicas amare suspicatur Ariadne*). LIV. 29, 37, 11 famam (QVINT. decl. 344 p. 358, 18). LIV. perioch. 88 pulcherrimam victoriam crudelitate. SEN. contr. 1, 7, 14 hoc scelere etiam tyrannicidium -veras (*cf. supra l. 11*). VAL. MAX. 2, 9, 3 amplissimi honoris maiestatem tam tetro facinore -verat. SEN. dial. 3, 7, 3 si *ratio* miscuit se illis *adfectibus* et -vit. benef. 7, 30, 2 nemo non superioris dignitatem querendo, etiam si non -vit, adspersit. OCTAVIA 251 morum . . . vitiis nomen Augustum. QVINT. decl. 306 p. 200, 13 magna . . . cupiditatis invidia -at laudem. GELL. 9, 10 tit. Annaeus Cornutus versus Vergilii . . . reprehensione spurca et odiosa -vit. TERT. paenit. 2, 6 quidquid error vetus -asset, quidquid . . . ignorantia contaminasset. IVST. 22, 1, 7 nec in verecundia quod -ret habere videbatur. CLAVD. 8, 305 -at egregios adiuncta superbia mores. *al. spectat ad artem scribendi vel dicendi* (*cf. p. 1814, 80. 1815, 18*): CIC. orat. 163 locorum splendidis nominibus illuminatus est versus, sed proximus -tus insuavissima littera *sc. 'f'* (*aliter l. 38*). QVINT. inst. 2, 5, 24 multa . . . licebit eligere, sed curandum erit, ne iis, quibus permixta sunt, -entur *exempla stili boni ex antiquis auctoribus sumpta*. 4, 2, 102 ne bona *argumenta* . . . permixtis malis -entur (10, 1, 100 utinam non -asset *Afranius* a. *togatarum* puerorum foedis amoribus). TAC. dial. 20, 5 poeticus decor. non Accii aut Pacuvii veterno -tus. **c** *res corporeas*: CIC. Phil. 2, 43 agros ereptos rei publicae turpissimis possessoribus -vit (*regionem ut*: LACT. inst. 1, 9, 1 *Hercules* orbem terrae, quem . . . purgasse narratur, stupris adulteriis libidinibus -vit. AVG. civ. 7, 26 p. 307, 24 D. *Mater Magna* mollibus professis et publicis . . . -vit terram et caelo fecit iniuriam [*aliter p. 1814, 5*]. PS. RVFIN. [= IVLIAN. AECL.] in Am. 5 p. 1080^C regionem . . . sacrilegiis -tam). PHAEDR. 1, 2, 21 *ranae lignum pro rege datum* cum -assent omni contumelia. LAMPR. Heliog. 19, 3 *vasa argentea sculpta* schematibus libidinosissimis -ta. **d** *absolute*: TERT. uxor. 2, 2 l. 68 *immundum* cum sancto non habet partem, nisi ut de suo -et et occidat. AVG. serm. 8, 2, 3 (= coll. Morin p. 173, 8; *cf.* CAES. AREL. serm. 100, 3) veritas . . . mundat, vanitas . . . -at.

2 *de opprobrio criminis i. q. criminari* (*cf. supra l. 13. 22 et theod. 'anschwärzen'*): CVRT. 6, 11, 37 Philotan -are innoxios velle suspicabantur.

3 *de impudicitia i. q. stupro polluere* (*ad colorem cf. supra l. 9 sq., ad usum christianum infra l. 76*): PETRON. 25, 5 (*loq. Quartilla*) infans cum paribus -ta sum (*vindicat Ed. Fraenkel per litteras coll. Plaut. Asin. 807 Truc. 381*; inclinata *Buecheler post ed. mai. et sic p. 943, 43*). ITALA gen. 34, 13 (cod. n. 101 ed. Beuron.) quod -verint (-verant *corr.*) Dinam (*gr.* ἐμίαναν, *Lib. iubil. 30, 4* polluerant, *Vulg.* ob stuprum). TERT. pudic. 5, 12 (*de moechia*) ibidem est et homicidium, ubi homo, cum -atur, occiditur. DIDASC. apost. 62, 28 quicumque . . . alienam uxorem sollicitans -verit (*gr.* μιάνῃ).

4 *usu script. sacr. et eccl.* (*cf. p. 1815, 7*): **a** *c. respectu legis leviticae de contactu hominis leprosi vel cadaveris, commercio gentilium, concubitu damnato, certis ciborum speciebus adsumptis* (*maxime in* ITALA *et ap. scriptores eam sequentes; in* VVLG. *non retinetur nisi p. 1814, 15*): **α** *in univ.* (*fere med.-pass.* -ari *ad redd. gr.* μιαίνεσθαι [ἐκμ- *vel alia p. 1814, 3. 16. 19*]): ITALA lev. 5, 3 (Lugd., *cf.* Wirc., Aug. loc. hept. 3, 6 quaest. hept. 3, 2) quamcumque tangens *immunditiam hominis* . . . si -tus fuerit (*Vulg.* pollui). 11, 23 (Monac.) in eis (*sc. volucribus, quadrupedibus*) inq⟨uinabimini⟩ (*Lugd. et Wirc.* coinq-, *Vulg. deest*). 11, 44 (Lugd., Wirc., *cf.* Monac.) non -bitis (-amini *Monac., v. p. 1811, 71*) animas vestras in omnibus serpentibus (*gr.* μιανεῖτε, *Vulg.* polluatis). 13, 14 (Lugd., Aug. quaest. hept. 3, 47) *homo leprosus* -bitur (*Vulg.* polluetur). 18, 20 (Monac., Aug. quaest. hept. 3, 65) ad uxorem proximi tui non dabis concubitum . . . -ari ad eam (*gr.* ἐκμιανθῆναι, *Lugd. et Wirc.* coinq-, *Vulg.* commaculaberis. *sim.*: 18, 23 [Monac.]). 18, 25 (Monac.) -ta est terra *stupris* ([*Lugd.* coinq-, *Vulg.* polluta]. deut. 21, 23 [Ps. Tert. adv. Iud. 10 l. 11] non -bitis t. *non sepelientes corpus hominis suspensi ipsa die necis* [*Lugd.* coinq-, *Vulg.* contaminabis]. *cf. p. 1813, 54*). 21, 11 (Aug. quaest. hept. 3, 81 Hier. epist. 64, 4, 1) super patrem suum (patre suo *Hier.*) . . . non -bitur (*Vulg.* contaminabitur). *al.* num. 5, 14 (Aug. loc. hept. 4, 9) *si uxor* non fuerit -ta *stupro* (*Lugd.* coinq-, *Vulg.* polluta). Ezech. 20, 18 (Ps. Cypr. singul. cler. 35) nolite -ari (*Vulg.* polluamini). Ioh. 18, 28 (cod. e) *Iudaei* non introierunt in praetorium, ne -rentur (*cod. q* coinq-, *Vulg.* contaminarentur, *aliae verss. aliter*). Hebr. 9, 13 (cod. d = VVLG.) sanguis hircorum . . . -tos (-tus *d*) sanctificat (*gr.* κεκοινωμένους, *cod. t* coinq-). *inde pendent*: TERT. adv. Marc. 4, 9 p. 441, 8 *dominus* tetigit leprosum; a quo et si homo -ari potuisset, deus utique non -retur, incontaminabilis scilicet (*ibid. saepius*). IREN. 1, 6, 3 (= 1, 1, 12 H.) -ari ab iis *idolothytis* (*gr.* μολύνεσθαι). NOVATIAN. cib. Iud. 2 p. 229, 2 *animalia* quasi non munda et ipsos edentes -tura. PRVD. perist. 2, 366 Iudaea . . . plebs aureo bove -ta. ASSVMPT. Moys. 5, 4 quidam altarium -bunt . . . qui non sunt sacerdotes, sed servi de servis nati.

β *pressius i. q. -tum pronuntiare* (*sec. gr.* μιαίνειν, *quod Hier. partim per* contaminare, *partim accommodatius ad sensum vertit*): ITALA lev. 13, 3 (Lugd., Monac., Aug. loc. hept. 3, 27 quaest. hept. 3, 42) -bit eum *leprosum sacerdos* ('-tum pronuntiabit' AVG. *ad l.*). *sim. saepius in eodem capite.*

b *usu vario*: **α** *de contagione paganitatis, haereseos, idololatriae sim.*: ① *in script. sacr.*: ITALA I Cor. 8, 7 (cod. d *al.*) conscientia eorum (*sc. idolo immolatum manducantium*) . . . -atur ([*gr.* μολύνεται, *Ambrosiast. al.* coinq-, *Vulg.* polluitur]. Tit. 1, 15 [cod. d *al.* = VVLG.] -tis [*gr.* μεμιαμμένοις, *Vulg.* coinq-] . . . et infidelibus nihil mundum, sed -ta [-tae VVLG.] sunt eorum et mens et c. [*gr.* μεμίανται, *cod. g* coinq-, *Hier. ad l. al.* polluta]). ② *ap. eccl.*: TERT. uxor. 2, 2 l. 53 si a gentili -amur *in matrimonio* (*cf. ibid.* l. 62 qui in matrimonio gentili a fide deprehenduntur, propterea non -antur, quia cum ipsis alii quoque sanctificantur). CYPR. sent. episc. 40 p. 451, 7 qui haereticum ad communicationem sine baptismo admittit . . ., nec haereticos purgat et Christianos -at. NOVATIAN. cib. Iud. 7 *creatura dei* omnis munda est; sed cum daemoniis immolata fuerit, -ta est . . . deo. LACT. inst. 5, 13, 1 -ari sacrificio *pagano* (*cf.* mort. pers. 37, 2 *cibis more gentilium delibatis aut sacrificatis* -tus . . . atque impurus. OPTAT. 3, 8 p. 90, 21. PASS. Petr. Paul. long. 5 in idolis et sculptilibus -ti [coinq- *var. l., gr.* βέβηλοι]). HIL. ad Const. 1, 3, 1 Ariana et pestifera contagione -ti (*cf.* VITA Anton. 82 p. 84, 11 nolite vos -are cum Arianis [*gr.* μιάνητε ἑαυτοὺς μετά, *Euagr.* videte ne fidei vestrae sinceritas Ariana labe sordescat]). OPTAT. 1, 10 p. 13, 7 falso baptismate -tus (*sim.* 1, 12 p. 14, 16). COD. Theod. 16, 5, 54, 6 *si* sacrum mysterium fuerit -tum (*de sacris haereticorum*).

β *de corruptione librorum sacrorum i. q. falsare* (*cf. p. 1809, 81*): RVFIN. hist. 5, 28, 17 emendata, magis autem -ta exemplaria *scripturarum sacrarum haeretica* (*gr.* ἠφανισμένα).

II laxius *in neutram partem i. q. oblinere*: VITR. 7, 3, 11 cum paries totus luto -tus fuerit (*antea*: linuntur, *infra*: luto inducto. *cf. p. 1812, 13. 49*).

p. p. p. ***inquinātus**, -a, -um *pro adi.* (*exempla, quibus vis verbalis plus minus servatur, v. supra*). *compar.* -ior (*cf.* magis -us *infra l. 77*) *et superl.* -issimus *inde a* CIC. SYNON. Cic. p. 417, 29 B. *inter synonyma* (*cf.* p. 419, 9. 440, 33. 447, 7). GLOSS. II 297, 12 ἐναγής -us (*ed. Steph.*, -tor *cod.*) sceleratus. 371, 33 μιαντός -us. III 408, 14 -um μεμολυμμένον.

i. q. spurcus: **1** *corporaliter*: VARRO rust. 3, 16, 6 *nulla apis* adsidit in loco -o. 3, 16, 34 (*v. p. 1078, 63*). PAPIR. FAB. frg. Char. gramm. p. 135, 21 B. (*cf.* Prob. nom. gramm. IV 209, 22 *et* Explan. in Don. *ibid.* 542, 16) cur sal aliud perlucidius, aliud -ius aut nigrius? PLIN. med. 3, 30 p. 104, 7 digitis. COD. Theod. 1, 33, 1 (*cf.* Iust. 11, 8, 2) -ae naevum adluvionis (*de baphiis*). CASSIOD. in psalm. 39, 2 viam petralem, ubi non -is, sed mundis pedibus ambulatur (*antea*: in . . . coenositate volvuntur). **2** *incorporaliter* (*imago servatur l. 83. p. 1815, 5. al.*): CIC. Verr. II 3, 65 sermo -issimus et blanditiae flagitiosae. Flacc. 53 nihil . . . illo homine levius, nihil egentius, nihil -ius (*cf.* GELL. 7, 11, 1 cum -issimis hominibus [*infra*: inpudentes et inprobos. NOVELL. Iust. 37, 5 a sceleratissimis nec non -is . . . h.]). Cael. 13 quis in voluptatibus -ior *Catilinā*? (har. resp. 51 *an Clodius* foedior aut -ior [*P corr., alii alia*] in Cn. Pompeio accusando . . . fuit? HEGES. 2, 8, 3 Florus -issimus in obscenitatibus [*gr. 2, 278* ἐν . . . τοῖς αἰσχροῖς ἀναιδέστατος]). har. resp. 25 quid magis -um, deformatum, perversum, conturbatum dici potest? Phil. 2, 98 eorum reditus -os (aequatos *Camerarius, Madvig*), quorum causam Caesar dissimilem (*i. turpiorem quam ut revocarentur*) iudicarit. opt. gen. 7 *est vitiosum* in verbis si *quid* -um, si abiectum, si non aptum *est* (*cf. p. 1813, 42. 1815, 18*). off. 2, 21 pretio ac mercede ducuntur, quae sordidissima est . . . ratio et -issima. CATVLL. 33, 3 dextra pater -iore, culo filius est voraciore. SEN. contr. 10, 4, 18 -um et infamem reum. VAL. MAX. 4, 2, 7 vita (8, 1 damn. 2 -issimae [AVG.

[Scheller]

fid. et op. 16, 30]. *cf. p. 1813, 20*). 7, 7, 6 obscena Genucii *castrati* praesentia -aque voce. SEN. dial. 1, 5, 3 virgines *i. meretrices* (*opp.* nobilissimas *i. Vestales*). 9, 7, 4 *in amicis legendis* dabimus operam, ut quam minime -os adsumamus (*comparantur morbo correpti in pestilentia*). MART. 11, 61, 2 Nanneius *cunnilingus* Summemmianis -ior buccis. APVL. apol. 74 neminem ... viliorem ... aut improbiorem aut -iorem. TERT. idol. 18 p. 51, 19 habitus *tamquam paganos* (*usu eccl. ut*: spect. 10 p. 12, 2 -issimis arbitris funerum et sacrorum *paganorum*. OPTAT. 4, 9 p. 116, 5 idolorum -am ... religionem [*cf.* ASSVMPT. Moys. 8, 4 idola]. RVFIN. hist. 2, 13, 8 -issimae ... haeresis *ritus obscaenos colentis* [*gr.* μυσαρωτάτη]. *al. cf. p. 1813, 74*). orat. 12 *non* agnosci poterit ⟨a⟩ spiritu sancto spiritus -us (LACT. inst. 4, 27, 2 sp. -os *i. daemonas*). FIRM. math. 8, 27, 13 turpi vita, -o ore. *al.* *m. pro subst.*: PHYSIOGN. 17 frons angusta indocilem, -um, voracem significat: refertur ad porcum.

adv. **inquinātē,** *compar.* -ius. *i. q. turpiter*: CIC. Brut. 140 *Antonius* diligenter loquendi laude caruit, neque tamen est admodum -e locutus (258 confluxerunt ... et Athenas et in hanc urbem multi -e loquentes ex diversis locis. *cf. p. 1813, 42. 1814, 80*). AVG. haer. 46 p. 35 (= PRAEDEST. 1, 46 p. 602^A) *Manichaei* in ceteris ... hominibus ... hanc partem bonae divinaeque substantiae ... arctius et -ius colligari putant.

deriv.: inquinabiliter, inquinamentum, inquinatio, inquinator. *cf.* inquinabulum, inquinosus. *compos.*: coinquino.

? **inquinōsus** (incyn-), -a, -um. *si recte explicatur, ab* inquinare, *cf.* maculosus. *i. q. (sanie) inquinatus, infectus*: COLVM. 12, 55, 1 *suem* cum occideris, bene exossato: nam ea res minus -am et magis durabilem salsuram facit (*trad.* incyn-, *sub quo* inquin- *latere putat Svennung in schedis coll.* Cyntillianus, Cyrinalis *pro* Qui-; *cf. p. 1811, 54*).

inquio *v.* inquam. *Scheller.*

***inquīro,** -sīvī *et* -siī, -sītum, -ere. *ab* in *et* quaerere (*cf.* PAVL. FEST. p. 21 ab quaerendo -ere. PRISC. gramm. II 38, 1. 44, 15 '-o' pro 'inquaero'). *de script. et formis: inter verba coniug. III^ae enumerat* CHAR. gramm. p. 477, 17 B. *formae coniug. II^ae inveniuntur in codd. HPV* IORD. Get. 123 -ent. 212 -et. *negatur assimilatio praepositionis* in: GRAMM. suppl. 295, 18. *?* unq-: *l. 63.* -qu(a)er- (*cf. l. 33. 59 et* conquaero *vol. IV 355, 9.* exquaero *vol. V 2, 1816, 39*): CIC. fin. 5, 53 (*N*). PLIN. nat. 30, 103 (*VR*). PAPIN. dig. 41, 2, 44, 1 (*F*). DARES 43 (inquaesitam *L pro* -at eam). CARM. adv. Marc. 5, 67 -ta. GREG. TVR. Franc. 1 praef. p. 5, 13 *et* 15 (*var. l.*). LEX Visig. Eur. 291 (-i- Visig. 5, 4, 15). *coniecit Klotz* CAES. Gall. 1, 18, 10 *et* 2, 21, 6 *ex lectione* in quaerendo *sim. iuxta* inquir-. *perf. act.* -vit (PLIN. nat. 6, 203 QVINT. decl. 332 p. 309, 20. 347 p. 368, 8. ITALA I Macc. 14, 4 *et* 14, 14 [rec. B]. AVG. anim. 4, 5, 6 p. 386, 1. *al.*) *et* -vi (ITALA psalm. 33, 5 [Aug. in psalm. 33 serm. 2, 9 = PSALT. Rom.]) *iuxta* -siit (SVET. Aug. 51, 2) *et* -sii (PAVL. dig. 47, 2, 67, 4). *ceterum non inveni nisi formas breviores* -sisse(n)t, -sisse, -sieri(n)t, -sieris, -sisti(s), -sierunt. *part. praes. gen. pl.* -entum: VITA Hil. Arel. 9 l. 18 C. (*V bona clausula*). *supin.* -tum: CIC. Verr. II 4, 145 venerit. Scaur. 23 ieris. LIV. 40, 20, 3 missi. -tu: MACR. Sat. 7, 16, 2 quaestio ... et -tu et scitu digna est. BOETH. divis. p. 884^C. NOT. Tir. 29, 27 -it. 29, 34 -vit. *de notione*: CHAR. gramm. p. 390, 1 quaerimus disciplinam, -imus de quo dubitamus (*cf.* ISID. diff. 1, 313 -imus ea de quibus dubitamus, quaerimus ignota. DIFF. ed. Beck p. 79, 4 quaerimus causam vel etiam aliqua nova; -imus casum vel de quibus dubitamus; requirimus *eqs.*). FVLG. myth. 3, 11 zeton ... -ens. SYNON. Cic. p. 420, 1 *et* 430, 33 B. GLOSS. ἐπιζητῶ. ἐκζητῶ. -it: percontat, explorat, abscultat (*i.* ausc-). *inde a* PACVV., CIC., LVCR. [*francog. vet.* enquerre, *francog.* enquérir, *it. vet.* incherere, *it.* inchiedere, *raet.* ancurí, *cat.* enquerre, *quae formae redire videntur ad* inquaerere (*-ire). *R.*] [*confund. in codd. c. simplici et aliis compositis, maxime c.* an- (*var. l.* CIC. de orat. 1, 151 off. 1, 9. 1, 11. 1, 105. 1, 125 CASSIAN. conl. 11, 2, 1. *conicitur* an- *saepius, v. infra p. 1816, 54. 1817, 2. 22. 33. 1818, 47*). *dub., utrum huc an ad* conq- *pertineat* unq- ITALA Marc. 9, 14 (cod. k; *gr.* συζητοῦντας, *Vulg.* conquirentes. *cf. p. 1823, 6*).]

fere i. q. ***quaerendo invadere, valde quaerere*** ('quaestionem -ere' *in fig. etym.* ARNOB. nat. 2, 24. CANON. Turner I 1, 2 p. 118, 15 rec. II [*sec. gr.*]. *cf. supra l. 50. p. 1819, 44*), *maxime* diligenter (CIC. leg. 1, 4. *et passim*), studiose (CIC. orat. 190 FILASTR. 130, 3 ITIN. Eucher. p. 134, 15), cum cura *sim.* (LIV. 21, 20, 8. 22, 3, 2. 22, 7, 5. EDICT. *p. 1817, 35*), sedulo (COLVM. 5, 1, 1 APVL. met. 4, 9, 4), curiose (SVET. Vesp. 1, 4 VVLG. Dan. 6, 11), perspicaciter (AMM. 29, 1, 38), intente (CASSIAN. conl. 2, 13, 5), sollicite (EPIST. pontif. *p. 1817, 9*), subtiliter (CASSIOD. in psalm. 7, 15), examussim (LEX Visig. suppl. p. 467, 30) *sim.* *opp.* quaerere: PS. AMBR. trin. 13 p. 524^C credere ... nobis haec, non discutere licet: humiliter quaerere, non superbe -ere (sapere *cd. Rom.*).

CAPVT PRIVS: *quolibet modo* ***obtinendi*** *causa* (*c. acc., hic illic subaudiendo; structuras speciales v. p. 1817, 13*).

I *generatim*: PACVV. trag. 220 te, Sol, invoco, ut mihi potestatem duis -endi mei parentis. LIV. 22, 7, 5 Flamini ... corpus ... magna cum cura -tum non invenit (*cf.* SEN. Phaedr. 1279 corporis partes vagas. CYPR. epist. 40 p. 586, 5 cadaver). 25, 31, 10 propinquis etiam -tis honori ... memoriam eius *Archimedis* fuisse. 30, 37, 12 placuit naves reddi et homines utique -i. GELL. 16, 19, 19 navitas -tos. MIN. FEL. 23 (22), 1 Isis perditum filium ... -it (*cf.* LACT. inst. 1, 21, 24). ITALA Ezech. 34, 4 (Cypr. epist. 57, 4 Aug. serm. 46, 2, 3) quod periit non -istis ([*gr.* ἐζητήσατε, *Vulg.* quaesistis]. *cf.* 34, 6 [Cypr. *l. c.*] non fuit qui -ret *oves meas* [*gr.* ἐκζητῶν, *Vulg.* requireret]. 34, 10 [Cypr. *l. c. et* testim. 1, 14] -am oves meas de manibus eorum [*v. infra l. 41; gr. et Vulg. ut antea*]. CARM. adv. Marc. 5, 67 inquaesita ..., sed non erepta probatur *ovis*). LUC. 4, 42 (cod. e) turbae multae -bant eum *Christum* (*gr.* ἐπεζήτουν, *Vulg.* requirebant). VVLG. Tob. 5, 4.

II *significantius et pressius, sc. ita ut ratio sectandi, inhiandi, appetendi sim. respiciatur*: A *in sermone iuris et usu inde derivato*: 1 *i. q. deprehendendi et iudicio tradendi causa persequi* (*homines praeter l. 19. 28*): LIV. 31, 19, 2 perfugas et fugitivos, quos -endo vestigare potuerint (VLP. dig. 11, 4, 1, 2 *et* 11, 4, 3 *saepius sec. rescr. impp. Marci, Commodi, Pii; syn.* requirere). SEN. contr. 10, 1 (30), 2 non desinam -ere percussorem et fortasse iam inveni. SEN. dial. 4, 9, 3 proscriptorum latebras. APVL. met. 7, 1, 4 latrones (10, 15, 1. AVG. c. Gaud. 1, 20, 23 p. 221, 11 quos -i leges ... iusserunt). 7, 2, 3 reum poenas daturum sceleris (*cf.* RVFIN. hist. mon. 16 p. 436^B ad ... poenas). TERT. apol. 2, 7 Traianus rescripsit hoc genus -endos ... non esse *sc. Christianos* (2, 8 *ter.* 5, 7 leges ..., quas Traianus ... frustratus est vetando -i Christianos. GREG. TVR. dorm. 1. 4). ITALA Tob. 2, 8 (Lucif. non parc. 8 p. 227, 8) -tus est huius rei caussa ut interficeretur (*gr. cod. Sin.* ἐπεζητήθη. *cf.* COD. Theod. 9, 21, 2 pr. = Iust. 9, 24, 1 pr. ut investigati tradantur iudiciis). FILASTR. 130, 5 scripturae divinae -bantur et conburebantur a gentilibus. SVLP. SEV. dial. 3, 11, 4 haereticos.

2 *fere i. q. exigere*: a *pecuniam sim.*: POMPON. dig. 1, 2, 2, 22 quaestores ... dicti ab eo, quod -endae (in requ- *P m. pr.*) et conservandae pecuniae causa creati erant (VVLG. Tob. 5, 2 [requ- *var. l.*]. *aliter infra l. 67*). COD. Theod. 6, 4, 21 pr. subterfugere -entium sollicitudinem. COD. Iust. 3, 43, 2, 1 si ... noluerit recipere is qui dedit, procurator noster hoc -at et in opus publicum convertat. CASSIOD. var. 3, 32, 2 a quietis ista, non obsessis -imus (*infra*: exigas). b sanguinem *sim.* (*usu eccl.*): ITALA psalm. 85, 14 (Veron. *al.*, Aug. in psalm. 85, 19) -ierunt animam meam *sc. vitae insidiantes* ([*gr.* ἐζήτησαν, *Vulg. aliter*]. 141, 5 [Veron.; *gr.* ἐκζητῶν, *Vulg.* requiret]. *subest formula hebr.* בִּקֵּשׁ נֶפֶשׁ). Ezech. 3, 18 (Lucif. non parc. 10 p. 229, 21) sanguinem eius de manu tua -am ([*gr.* ἐκζητήσω, *Vulg.* requiram. *cf. supra l. 8*]. IREN. 3, 18, 5 [= 3, 19, 4 H.]. 5, 14, 1). *per ellipsin* (*dub.*: ITALA = VVLG. IV Esdr. 6, 19 -ere ... ab eis, qui iniuste nocuerunt): CYPR. GALL. gen. 342 (*ad 9, 5*) homo si ferro fuerit vel dente ferino perditus, -am. c *alia*: ITALA deut. 23, 21 (Cypr. testim. 3, 30) -ens requiret illud *votum* dominus ... a te (*gr.* 22 ἐκζητῶν ἐκζητήσει, *Vulg.* requiret *tantum*). NICET. spir. 1 quia ... ratio a nobis -itur, necessario reddenda est.

3 *fere i. q. vindicare* (*sc. res*): GAIVS dig. 41, 3, 1 ad -endas res suas (inst. 2, 44 INST. Iust. 2, 6 pr. *cf.* COD. Iust. 1, 12, 6, 6 [*a. 466*] *res mobiles* studio et providentia ... oeconomi sive defensoris ecclesiae diligentia -tae ... proferantur).

B *extra sermonem iuris*: 1 *absol. vel c. acc.*: a *in univ.* (*adamant ecclesiastici; dub.* CIC. Tusc. 3, 3 [anq- *Moser, v. vol. II 122, 72*]): SIL. 1, 485 (*loq. Murrus ad Hannibalem*) Italiam tellure -e sub ima. TERT. praescr. 9, 4 *deus* non aliud tibi mandat -endum quam quod instituit. ITALA Matth. 6, 32 (codd. a b *al.* = VVLG.) haec (*i. res ad vivendum necessarias*) ... gentes -unt (*gr.* ἐπιζητοῦσιν *fere i. q.* '*curant*'). Is. 1, 17 (Lucif. Athan. 1, 39 p. 135, 20) -ite iudicium (*gr.* ἐκζητήσατε, *Vulg.* quaerite). LACT. mort. pers. 12, 1 -itur ... dies aptus et felix (*cf.* AVG. civ. 1, 9 p. 15, 10 D. opportunius tempus). HIL. coll. antiar. p. 65, 7 *principatum ecclesiae.* AMM. 16, 12, 53 lucis usuram oculis morientibus -bant. HIER. epist. 23, 3, 1 stillam digiti minoris (*cf. Luc. 16, 24*). VVLG. psalm. 33, 15 (= PSALT. Rom.) pacem (*gr.* ζήτησον, *Hier. psalt. sec. Hebr.* quaere). Hebr. 11, 14 patriam *sc. caelum* (*gr.* ἐπιζητοῦσιν). RVFIN. hist. mon. 16 p. 438^A secretiores -as thesauros (*sic divitias sim.*: AVG. util. cred. 7, 16 ab -enda pecunia [*aliter l. 32*]. CASSIAN. conl. 11, 2, 2 euangelicam margaritam [*v. Matth. 13, 45*]). VAL. CEM. hom. 15, 5 p. 740^C fontes longe positos sitientes -unt. SALV. eccl. 2, 1 -endae salutis (VEREC. in cant. 7, 23 p. 100 a 11). IORD. Get. 123 venationes. CAES. AREL. serm. 208, 3 sibi de industria aliquas occupationes. b *in sacr. script.* '-ere dominum' *sec. gr. pro hebr.* דָּרַשׁ *not. q. e.* '*imprecari, ut auxilium ferat*' *vel* בִּקֵּשׁ (*cf.* PELAG. in Rom. 3, 11 AVG. in psalm. 33 serm. 2, 9): ITALA psalm. 33, 5 (Aug. *l. c.* = PSALT. Rom.; *gr.* ἐξεζήτησα, *Vulg.* exquisivi, *Hier. psalt. sec. Hebr.* quaesivi). 77, 34 (Filastr. 128, 6 = PSALT. Rom.; *gr.* ἐξεζήτουν, *Vulg.* quaerebant, *Hier. l. c.* requirebant). 118, 2 (Cypr. Fort. 12 p. 344, 24; *gr.* ἐκζητήσουσιν, *Vulg. et Psalt. Rom.* exquirunt, *Hier. l. c.* requirunt). *al.* *inde ap. eccl.*: TERT. apol. 40, 10 non -endo innocentiae magistrum et nocentiae iudicem et exactorem. PS. CYPR. tract. 9 deum. INSCR. christ. RevA. V 28 (1928) p. 382 n. 105 locus -endi dominum ex toto corde. c *visitandi causa*: IVVENC. 4, 370 Christus ... -it tumuli sedem. CASSIAN. conl. 11, 2, 1 sanctos patres ... -ere (anquirere *Π¹*) desiderabamus. inst. 7, 11 -unt contubernia feminarum. 10, 2, 4 illos vel illas

[*Lumpe*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

debere parentes -i. *cf. p. 1818, 19.* **d** *inhabitandi causa*: IVST. 3, 4, 10 ad sedes -endas (anqu- *Nipperdey*, conq- *Castiglioni*) proficiscuntur. SALV. gub. 1, 35 ut deserat terram suam, -at alienam *Abraham*. **e** *tangendi vel corripiendi causa* (*infeste l. 6*): HIER. tract. p. 392, 16 *Maria Magdalena* voluit -ere pedes eius. ORAC. Sibyll. Aug. civ. 18, 23 p. 285, 30D. ignis pontumque polumque -ens. **f** *c. colore desiderandi, postulandi tamquam necessarium*: DIOM. gramm. I 492, 17 extremitas nominum ad metricam conpositionem necessario indaginem -it. EPIST. pontif. 784 Alc. Avit. epist. 42 p. 71, 15 novi exitus sollicite diligentiam relationis -ant. ENNOD. opusc. 3, 57 p. 345, 16 quamvis tantae rei necessitas probatissimae personae pondus -at. CASSIOD. inst. 1 praef. 9 *orthographia* studium magnum lectoris -it.

2 *c. (acc. c.) inf.*, ut: PHILIPP. in Iob 37 p. 744A a sancto Iob discere -it *Heliu*. VVLG. Tob. 14, 10 -ite (*i. operam date*), ut faciatis quae sunt placita illi *domino*. CONC.S II 3, 1 p. 137, 16 gesta quae in causa Eutychis . . . acta sunt, -imus publicari (*gr. II 1, 1 p. 153, 25* ἐπιζητοῦμεν δημοσιευθῆναι).

CAPVT ALTERVM: ***intellegendi, cognoscendi*** *causa.*

I *sine structuris personam interrogatam indicantibus* (*nota formulas* '-enti respondere' APVL. met. 2, 12, 5 [anq- *vulg.*]. CASSIAN. conl. 4, 2. 20, 2, 3, 'ad -ta respondere' BOETH. cons. 1, 6, 8 W.): **A** *absolute*: 1 *in serm. iuris et usu inde derivato*: CIC. Verr. I 6 cum ego diem -endi in Siciliam (Sicilia *var. l., sed cf. II 1, 30 et p. 1819, 84*) perexiguam postulavissem. II 1, 16 in Siciliam sum -endi causa profectus (2, 138 SEN. contr. 10, 1, 12. *cf.* ASCON. Scaur. p. 23, 2 neque profecti sunt ad -endum [PLIN. epist. 3, 9, 31]). *ibid.* vim in -endo tantam habui, quantam mihi lex dabat (1, 97 cum istius in -endo multa furta ac flagitia cognosset. Flacc. 13. *cf.* LIV. 9, 25, 3 quin Romam quoque et ad principum quosdam -endo [-endos *var. l.*] ventum est [PAVL. *e Labeone* dig. 22, 6, 9, 2 diligenter -endo notam *rem* habere]). Scaur. frg. 3 -ente (anqu- *Mommsen*) Cn. Domitio tribuno plebis. *al.* EDICT. imp. Claud. de Anaun. (CIL V 5050) 18 in rem praesentem misi Plantam Iulium . . ., qui . . . summa cura -ierit et cognoverit. PLIN. epist. 6, 5, 2 sicut accusatoribus -endi testibusque denuntiandi potestas ex ea lege esset, ita *eqs. al.* 2 *de pervestigatione scientiae*: CIC. fin. 5, 53 nisi ut omne tempus -endo (in quer- *RV*) ac discendo in naturae cognitione consumant. LIV. 7, 6, 6 si qua ad verum via -entem ferret. PLIN. nat. 30, 103. TAC. ann. 2, 61, 1 *altitudo Nili* nullis -entium spatiis penetrabilis. SVET. Vesp. 1, 4 ne vestigium quidem de hoc, quamvis satis curiose -rem, inveni. CENS. 20, 1 (*antea*: cognoscere). *al.* 3 *in re militari*: LIV. 10, 20, 6 ex quibus -endo cognoscit ad Vulturnum flumen sedere hostem. 23, 43, 6 longe alia omnia -enti (*sc. Hannibali*) comperta sunt, quam quae . . . audierat. 4 *vario usu*: LIV. 21, 22, 9 nec ultra -ret sineretque fata in occulto esse. SEN. Herc. O. 483 partem . . . in omnem vultus -ens eat. epist. 46, 3 PETRON. 127, 2. *c. vi interrogandi* (*syn.*): ITALA iud. 6, 29 (Lugd.) interrogabant et -bant (*gr. cod. Alex.* ἐξεζήτουν, *Vulg.* cumque perquirerent auctorem facti). AVG. mag. 12, 40 verbis . . . -entibus (*ibid.* interrogat, quaeritur; *opp.* docentibus). CASSIAN. conl. 4, 9, 1 (*syn.* interrogat).

B *c.* in *c. acc.* (*cf. supra l. 25*): 1 in *aliquem* (*pers. myth. l. 58*): CIC. Verr. II 4, 4 dum in istum -o. 4, 145. Mur. 45 accusationem cogitare, -ere in competitores, testīs quaerere. Brut. 283 nimium . . . -ens in se atque ipse sese observans (SEN. dial. 9, 1, 1 epist. 28, 10). orat. 190 studiose. Att. 6, 6, 4 OV. Pont. 3, 6, 33 SEN. contr. 1, 2, 1. TAC. Germ. 34, 2 obstitit Oceanus in se simul atque in Herculem -i. VLP. dig. 26, 5, 18 in dando tutore ex inquisitione et in eum -itur, qui senator est. PAVL. dig. 47, 2, 67, 4 MOD. dig. 26, 2, 4. TERT. adv. Val. 9 p. 187, 11 *Sophia* prorumpit in patrem -ere. AMM. 26, 6, 5. *explicatur per interrog. indir.* (*impers.* -itur): CIC. off. 2, 44 in eum, quid agat, quemadmodum vivat, -itur. PAVL. sent. 5, 29, 2 in reum maiestatis -i prius convenit, . . . quibus hoc auctoribus fecerit. PORPH. Hor. sat. 1, 6, 34/35.

2 in *aliquid*: CIC. leg. 1, 4 ne nimis diligenter -as in ea, quae isto modo memoriae sint prodita. OV. met. 1, 148 filius ante diem patrios -it in annos *i. quam diu pater victurus sit* (*aliter*: SEN. contr. 9, 2, 3 in totum annum *i. in omnia, quae anno vertente facta sunt*). 12, 63 *Fama* totum . . . -it in orbem. LIV. 40, 16, 2 -endo in utriusque vitam, mores (SEN. contr. 1, 2, 11 *lex* -it in maiores, in corpus, in v. SEN. benef. 1, 1, 2 diligenter in patrimonium et v. debitoris -imus. MIN. FEL. 10, 5 deum . . . in omnium m., actus omnium, verba denique et occultas cogitationes diligenter -ere). SEN. dial. 12 (11), 6, 1 in animum. epist. 13, 10 in rem diligenter. LVCAN. 9, 558 -e in (-ere *VG² s. l.*) fata nefandi Caesaris. PLIN. paneg. 68, 6 in secreta. LACT. inst. 2, 6, 7 in (*om. B*) eam *vetustatem*. COD. Iust. 9, 9, 25 (*a. 293*) in adulterium ⌊crimen⌋ (*del. Mommsen*). FIRM. math. 3, 3, 24 in Iove . . . in (*om.* 3, 4, 40. *al.*) duodecatemorium diligenter -e. AMM. 15, 5, 12 in negotium (15, 6, 1. 19, 12, 17. 28, 1, 21). 30, 5, 3 in . . . necem. NOVELL. Valent. 7, 2, 2 in . . . commissa.

C *c. acc. solo* (*deest* CIC., *nam potius zeugma habeas* Cluent. 82 omnia, quae ad eam rem pertinent, et ex huius et ex aliorum tabulis agitatis, tractatis, -itis): 1 *aliquid* (*cf. p. 1818, 83; ponitur pers. pro re l. 3. 7*): **a** *per se*: LVCR. 4, 1189 omnīs -ere risus (anquirere nisus *Lamb.*). HOR. sat. 1, 3, 28 -ant vitia ut tua rursus et illi. OV. am. 3, 14, 41 nil (LIV. 45, 28, 6). met. 1, 616 ut auctor desinat -i (*i. quis auctor sit*). LIV. 10, 40, 10 iuvenis . . . rem -tam, ne quid incompertum deferret, ad consulem detulit. 21, 20, 8 ibi omnia ab sociis -ta cum cura ac fide cognita *sunt* (22, 7, 11 priusquam ordine o. -issent. *al.*). *al.* MANIL. 4, 908 Iovem (*i. caelum*). SEN. suas. 4, 2 natales (*i. positus siderum*). VAL. MAX. 1, 1, 1 *aliquid* vel extis vel sortibus. SEN. nat. 6, 3, 4 causas (APVL. met. 1, 17, 6. MIN. FEL. 13, 4 *opp.* respondit [CASSIAN. conl. 20, 2, 3 c. . . . -enti . . . respondit]. *al. cf. infra l. 21*). epist. 88, 6 annos Patrocli et Achillis. COLVM. 5, 1, 1 quamvis -entem sedulo, quae *eqs.* 9, 2, 5. QVINT. inst. 1, 6, 28 etymologia, quae verborum originem -it (ENNOD. epist. 2, 15, 5 p. 57, 6). 6, 2, 6 veritatis -endae (PAVL. dig. 2, 11, 10 pr. LACT. inst. 1, 1, 1. *al. cf.* COD. Iust. 9, 22, 5 [*a. 230*] -i fides veritatis . . . potest. 9, 9, 23, 1 [*a. 290*] -ta fide veri [7, 32, 5]). decl. 332 p. 309, 20 -vit meam fidem (ARNOB. nat. 4, 16 facti. AMM. 14, 7, 21 nullo inpositorum . . . f. sollemniter -ente. COD. Theod. 11, 8, 3, 1 [= Iust. 1, 55, 9, 1] *opp.* probata. *cf. l. 15*). *et passim.* *nota*: VVLG. act. 10, 17 domum (*gr.* διερωτήσαντες *i. percontando quaerentes*). **b** *explicatur*: **α** *interrog. indir.*: MANIL. 1, 717 -unt . . . sacras . . . causas, num *eqs.* TRYPH. dig. 26, 3, 8 hoc praetor -ere debet, an duraverit patris voluntas (*pron. praepar. ut*: VLP. dig. 36, 1, 4 [*interpol.?*]. 43, 19, 1, 2 praetor non -it, utrum . . ., sed hoc tantum, an *eqs.* COD. Theod. 4, 23, 1, 1 [= Iust. 8, 5, 1 pr.]. BOETH. cons. 3, 10, 2 W. *al.*). CHIRON 191 racionem huius morbi, unde nascitur. COD. Theod. 3, 16, 1 pr. placet . . . haec sola crimina -i, si homicidam (*eqs.*) . . . maritum suum esse probaverit (*cf. ibid. iterum*). **β** de: TERT. nat. 1, 3, 6 quod de reo -atur. ITALA act. 23, 20 (cod. g, *cf.* VVLG.) tamquam aliquid certius -turi sint de eo (*gr.* τι ἀκριβέστερον πυνθάνεσθαι περὶ αὐτοῦ, *cod. h* ab eo). AVG. anim. 4, 5, 6 p. 386, 17 si . . . de sua origine quod nescit -at *anima*. ACT. Archel. 67, 7 requiramus . . . magis quae de bonis et malis etiam barbari -ierunt.

2 *aliquem* (*i. in aliquem*): **a** *t. t. iur.*: PAVL. sent. 3, 5, 11 de reis -endis (COD. Theod. 2, 1, 2, 2). CANON. Turner I 1, 2 p. 141, 10 rec. IV si . . . -ti inutiles fuerint (*gr. Mansi 2, 677A* εἰ δὲ ἡ ἀνάκρισις ἀνεπιτηδείους αὐτοὺς εὕρισκοι, *rec. I* si inquisitio i. eos invenerit). COD. Theod. 2, 12, 3 (= Iust. 2, 12, 24) persona debet -i et utrum . . . mandato utatur accepto ([p. d. -i procuratoris, an . . . mandatum a domino litis habeat *Iust.*]. CONSVLT. 3, 2). 11, 7, 16 (= Iust. 10, 19, 7, 1) debitores. 15, 1, 5 omnes iubemus -i. *cf.* VLP. dig. 27, 8, 1, 3 nomina *tutorum*. **b** *usu philos.*: AVG. civ. 7, 31 p. 314, 16 D. habemus mentem atque rationem, qua eum ipsum, qui haec omnia condidit (*i. deum*), -amus.

D *c. interrog. indir.* (*sc. sola; aliter l. 20. 38. 60. p. 1817, 62, v. etiam p. 1819, 11. 26*): HOR. sat. 2, 3, 41 -am, quid sit furere. OV. met. 1, 512. 9, 552 Pont. 4, 8, 19. LIV. 6, 25, 10 circumspiciebat omnia, -ens (anq- *Gebhardus*) oculis, ubinam bellum fuisset. 33, 40, 1 sq. Romanos tam diligenter -ere, quid regi Antiocho faciundum . . . fuerit *eqs.* (*fere i. q. curare*). 40, 14, 2. VAL. MAX. 2, 6, 4 Areios pagus quid quisque ageret . . . diligentissime -ere solebat. SEN. dial. 5, 11, 1. nat. 1, 17, 1 (*de philosophis*). epist. 88, 8. 117, 31 QVINT. decl. 347 p. 368, 8. TRAIAN. Plin. epist. 10, 38, 2 quorum vitio . . . pecuniam Nicomedenses perdiderint. VLP. dig. 39, 2, 13, 3. 48, 5, 14, 5 MIN. FEL. 18, 5 TERT. adv. Marc. 1, 11 p. 305, 5. *al.* ARNOB. nat. 1, 48 non -o, non exigo (7, 6. 7, 19). 2, 56 neque nosse contendimus neque -ere aut vestigare curamus. *et passim.* *nota*: VLP. dig. 1, 7, 17 pr. (*interpol.?*) -endum est, ne (*'ob nicht etwa' Kalb, Wegweiser 95*) forte turpis causa adrogandi subsit. *c. vi deliberandi*: ENNOD. opusc. 3, 95 p. 355, 12 inimicus (*i. diabolus*) . . . -it, quibus virum integerrimum passionibus lacessiret.

E *c.* de (*cf. supra l. 28. p. 1819, 16; explicatur per interrog. indir. l. 62. 74*): 1 de *aliqua re*: LIV. 40, 20, 3 speculatum . . . -tumque missi de iis *sermonibus*. SEN. epist. 90, 29 de animo . . ., unde esset *eqs.* (*cf.* AVG. civ. 22, 12 p. 589, 1 D. de . . . capillis . . ., utrum redeat quidquid tondentibus decidit. BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 10 p. 164, 2 neque de ea re quae sit . . . -itur). CVRT. 6, 8, 25 de capitalibus rebus . . . -bat ⟨rex, iudicabat⟩ exercitus. PLIN. nat. 6, 203 Iuba de Fortunatis ita -vit. QVINT. inst. 3, 11, 21 de opere, quod adgressi sumus. TAC. ann. 16, 34, 1 VLP. dig. 2, 15, 8, 17 PAVL. dig. 48, 18, 18, 8. PELAG. in I Cor. 1, 20 de rebus obscuris. BARNAB. 2, 10 certius . . . -ere debemus . . . de salute nostra (*gr.* ἀκριβεύεσθαι . . . περί. *notio proxime accedit ad p. 1816, 70*). COD. Theod. 1, 2, 6 (= Iust. 1, 22, 4) de veritate precum. 2 de *aliquo*: VAL. MAX. 6, 3, 7 de his, quae sacris Bacchanalium inceste usae fuerant. SEN. epist. 32, 1 -o de (*sic vel in recc., a cett.*) te et ab omnibus sciscitor . . ., quid agas *eqs.* (*cf.* CLAVD. MAM. anim. 1, 20 p. 69, 20 de quopiam quale sit corpus eius). TERT. apol. 18, 1 de deo -ere et -to invenire. ITALA Matth. 2, 8 (cod. k *m. 2*) diligenter de puero (quaer- *m. 1, gr.* ἐξετάσατε, *cod. a al. et Vulg.* interrogate). VVLG. (= ITALA) sap. 12, 14 in conspectu tuo . . . de his, quos perdidisti (*gr. cod. C* ἀντοφθαλμῆσαι . . . σοι περί). PASS. Theclae Cd 43 p. 123, 14 -vit de Thamiro et audivit eum mortuum (*A* invenit . . . Thamirum mortuum).

II *cum structuris indicantibus, quis interrogetur*: **A** ab *aliquo* (*cf. p. 1817, 13; falso trad. l. 73; nota formulam* '-entibus ait' *p. 1819, 9*): 1 *c. acc. rei* (*cf. p. 1819, 19 et v. p. 1817, 84*): VLP. dig. 37, 10, 3, 5 (*interpol.?*) hoc . . . diligentissime praetori examinandum est, an

[*Lumpe*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

..., et maxime -ere hoc a cognatis ... debet. TRACT. de trin. Miscell. Ehrle 1, 1924 p. 47, 30 ne (me *cod.*) in parvo quidem iacturam calumniae faciens proprietatem a me sermonis -is. RVFIN. hist. mon. 31 p. 457B ut iter ab eo salutis -ret. AVG. bapt. 3, 2, 2 quid adhuc a me possit -i. epist. 197, 5 qui mallem quidem eorum, quae a me -isti, habere scientiam quam ignorantiam. CASSIAN. conl. 2, 13, 5 *abbas Apollo* intentius ab eo causas occulti doloris coepit -ere (*cf.* PASS. Alex. pap. [BHL 266] 16 hoc est, quod a te -o, quae tantae rei causa est). inst. 5, 34 *Theodorus* fratribus ... ab eodem quosdam scripturarum sensus -entibus ait. EVGIPP. epist. 7 patria, de qua fuerit oriundus *Severinus*, ... a nobis -itur. PASS. Stephan. (BHL 7845) 7 -ens ab eo Nemesii facultatem (16). 2 *c. interrog. indir.* (*cf. l. 8. 10. 20 et v. p. 1818, 44sqq.*): RVFIN. Orig. princ. 4, 2, 3 p. 311, 24 -endum ... ab his puto ..., quomodo *eqs.* (*gr.* ἀπαγγελλέτωσαν). SVLP. SEV. chron. 2, 15, 5. ROMVL. fab. 80, 2 (rec. gall.). CASSIAN. inst. 5, 39, 1 VICT. VIT. 2, 51 PASS. coron. 2 p. 326, 17. 3 *c.* de (*v. p. 1818, 60*): VITA Ioh. Penar. (BHL 4420) 5 -vit ab eo ... de omnibus. 4 *absol.*: SCHOL. Iuv. 4, 48 (*v. p. 1822, 63*). IOH. MED. (?) Ps. Chrysost. ed. Froben I 908C -ere a nobis non possunt, sed cogitant hoc in cordibus suis. II 1203B Petrus -it a domino dicens. EVGIPP. epist. 8 (*antea*: quaerentes, cuius nationis esset vir).

B *aliquem* (*nota formulas* '-tus dixit, respondit' *sim. l. 22. 27*): 1 *absol.*: HESYCH. in lev. 18, 19/23 p. 1015A dominus -tus a scriba ... dixit (GREG. M. moral. 2, 89 *syn.* requisitus. *cf.* dial. 3, 33 p. 209, 11 M. quod *miraculum* -tus ... fatebatur). GREG. M. dial. 2, 32 p. 124, 21 M. quem *rusticum* ... dei famulus -vit dicens: 'ubi est *filius*?' cui ille respondit *eqs.* (4, 28 p. 270, 22). 2 *c. interrog. indir.*: HESYCH. in lev. 23, 27/32 p. 1092C -tus ..., quis maior esset in regno coelorum, respondit *Christus* (CASSIOD. inst. 1, 1, 8 a quodam. VEN. FORT. vita Germ. 21, 64 a pontifice. PASS. Fel. Adauct. [BHL 2878] 5. *cf.* CASSIOD. hist. 8, 1, 7 a praesentibus -tus ... inquit [*Socr. 4, 23* πυθομένων]. VEN. FORT. vita Germ. 7, 23 -ta a coniuge ... ait. BOETH. in Porph. comm. sec. 4, 10 p. 265, 19 -ti ... adsignabimus [*gr. p. 11, 11* πυνθανομένων, *syn.* interrogatis]). AVELL. p. 721, 4 (*ad Matth. 16, 13*) quid ... interesset, ut quem se homines dicerent discipulos suos vellet -ere? GREG. M. dial. 4, 59 p. 321, 20 M. qualiter ... vivere potuisset, -vit *episcopus nautam*. 3 *c.* de: VITAE patr. 3, 92 dum ... singuli *fratres* eum (*sc. abbatem Ioannem*) de propriis cogitationibus -rent atque ille responsum omnibus daret (*5, 16, 3* exquirentes ab eo ... de c., *gr. Cot. p. 471A* ἐξήταζον αὐτὸν τοὺς λογισμοὺς αὐτοῦ). CASSIOD. inst. 1 praef. 2 de locis obscurissimis -tos. 4 *aliquid*: GREG. M. past. 2, 11 p. 50A cum spiritale aliquid a subditis pastor -itur.

p. p. p. **inquisitus,** -a, -um *v. supra* (*n. pl. pro subst. p. 1817, 23*).

adv. **inquisītē,** *compar.* -ius. *i. q. diligenter, accurate*: GELL. 1, 3, 9 satis -e (*ed. Gryphiana a. 1537*, inquit si te [scite *P*, *recc.*] *codd.*; anquisite *ex coniectaneis Carrio, item infra*) satisque sollicite quaesiverunt. 1, 3, 21 Theophrastus ... -ius ... super hac ipsa re et exactius pressiusque quam Cicero disserit.

deriv.: inquisibilis, inquisitio, inquisitivus, inquisitor (-trix). [*compos.* ad-, praeter- *non probantur*.]

inquisibilis, -e. *ab* inquirere. *i. q. inquirens*: AVELL. p. 591, 12 -i ratione (*i. inquisite, studiose*) doctrinam sanctorum apostolorum secundum traditionem sanctorum patrum tenens similiter honorem ... trinitati offero, sicut in Nicaea ... coetus promulgavit *eqs.*

inquisitē *v. l. 43.*

***inquisitio,** -ōnis *f.* *ab* inquirere. -ques-: RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 8, 2 (*var. l.*). GREG. TVR. vit. patr. 20, 3 p. 742, 33. *litt. gr.*: INSCR. *p. 1820, 39.* GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A ἰνκουσιτίονα· ἀναζήτησις. *adde*: THEOPHIL. inst. Iust. 1, 20, 3 κατὰ inquisitíona (*cf.* SCHOL. Sinait. 46). *de notione*: AVG. trin. 9, 12, 18 -o est appetitus inveniendi, quod idem valet si dicas, reperiendi. GLOSS. ἐπιζήτησις. ἐκζήτησις. διαζήτησις. indagatio, investigatio. *cf. l. 58.* *legitur inde a* CIC., LIV. (*vix probab.* PLAVT. Cas. 530 -e *pro* in quaesitione [*ad confusionem cf.* AMM. 15, 13, 2. 16, 6, 3 LEX Burg. lib. const. 77, 2]; *suppl.* LEX repetund. [CIL I² 583] 30); *deest poetis.*

i. q. actio inquirendi (*auget notionem vocis q. e.* quaestio *p. 1821, 50, cf. p. 1820, 17. 1821, 11. 38 et nota* '-e perquirere' *p. 1820, 62,* '-o quaestionum' RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 8, 2; *metonymice adhibetur de inquirentibus p. 1820, 10. 1822, 18, de inquisitis p. 1820, 28*):

c *alia*: NEP. Dion 10, 1 ab -is pro noxiis conciduntur (*infra*: falsa suspicione ducti). COD. Iust. 8, 45, 2 (*a. 240*) genus eiusmodi contractus -um creditorem ... non adstringit (*opp.* cum sciret prudensque esset).

2 *fere i. q. imperitus, inscitus*: **a** *generatim*: *α nom. praedic.*: CIC. leg. 2, 13 si quae *praecepta* -i inperitique *medici* pro salutaribus mortifera conscripserunt. phil. frg. V 84 M. *ceteras res* -i n⟨o⟩n attingunt. SVEIVS carm. frg. 1, 8 mollusca haec nux est, nequis forte -us erret. VERG. Aen. 2, 307 stupet -us ... accipiens sonitum ... pastor ([SERV.: non ignarus; nam videt: sed qui non valde sit causarum peritus, id est simplex, ἄπειρος]. 7, 381. 10, 249). OV. met. 2, 148 nondum premis -us axes *Phaethon*. STAT. Theb. 1, 559 *sacra* non -a suasit religio (6, 575 Palladios n. -us haustus incubuit). CLAVD. 26, 283 si ... barbarus ignotas invaderet -us Alpes. rapt. Pros. 3, 222 *Venus* meritum ... loci velut -a quaerit. COMM. instr. 1, 30, 3 (= 1, 37, 5) vadis ubi nescis, et -us inde recedis. *pressius*: SIL. 2, 649 *mater moribunda* ambiguos cecidit super -a natos (*i. gemellos non dinoscens*). *β vario usu*: CATVLL. 61, 222 facile -eis (-ens *cod.*) noscitetur ab omnibus (*subst. ut*: CIC. ac. 2, 22 qui distingues artificem ab -o? CELS. 2, 10, 16 *opp.* perito. CLAVD. DON. Aen. 2, 320 p. 192, 1 instruxit -um. VVLG. Sirach 10, 28 -us non honorabitur [*om. gr.; opp.* servo sensato, vir prudens et disciplinatus]. CAES. AREL. serm. 1 p. 3, 14). VARRO ling. 10, 60 qui eam *naturam* usu -o depravabit. LIV. 25, 20, 7 expertus, qualis sub -o duce exercitus esset. COLVM. 6 praef. 6 inertem et -um (*dett.*, scium *SAR*) pastorem (*opp.* prudentem diligentemque). CLAVD. DON. Aen. 6, 710 p. 600, 11 merito requirebat causas, quia -us fuerat (*opp.* novit. *cf.* VVLG. Sirach 32, 12 in multis esto quasi -us [*gr. 8* γινώσκων]). 10, 220 p. 321, 20 ut quasi incognitam fabulam -is lectoribus indicaret. *in allocutione*: CORIPP. Iust. 3, 38 quid noster senior potuit pater, -e, disce.

b *usu Christiano*: PRVD. c. Symm. 1 praef. 86 *Symmachus* spirat sacrilegis flatibus -us erroresque suos indocilis fovet. COMM. apol. 458 -is indoctis ignorantibus talia fingunt *Iudaei*. 694 nescit ubi primum occurrat -us ille, ac idolis servit. instr. 1 praef. 3 quod discredunt -a corda. 5 erravi ... fana prosequendo parentibus -is ipsis. 8 doleo pro civica turba, -a quod pergit periens deos quaerere vanos. CONSVLT. Zacch. 2, 11 p. 70, 24 cuique *haeretico* libuit plebem -am fallendo seducere (*cf. de laicis*: CONSTANTIVS vita Germ. 26 veniunt sacerdotes, occurrit -a multitudo).

3 *singulariter de cane non vigili*: CE 1512, 8 (*s. II?*) altum iam tenet -am *Myiam canem* sepulchrum (*supra*: cum viveret, ... somni conscia semper et cubilis).

? **II** ***passive*** *i. q. ignotus sim.* (*cf.* nescius *et v. p. 1843, 64*): APVL. met. 5, 26, 1 *Psyche* ⟨cum⟩ aliquam multum viae ... pererrasset, -o quodam tramite ... accedit quandam civitatem (-a *post alios Robertson, sed contulit Weyman 7, 25, 1* ignaram ... viam *aliosque locos. pressius fortasse dictum Psychen nescire se ad sororem venturam, non omnino tramitem non nosse*). SCHOL. Stat. Theb. 3, 358 ('nocte doloque viri nudum ignarumque locorum nequiquam clausere') quantae occasiones periculorum fuerint, Tydeus exponit: nox, dolus, ipse -us locus (loci *Pb. res eo magis incerta est, quod sequentia corrupta leguntur*).

adv. **insciē.** *i. q. imperite, inscite*: FRONTO p. 56, 22 v.d.H. (= p. 62 N.) *homo semidoctus indicat se* verborum ignarum esse, eaque male probare et temere existimare et -e contrectare. APVL. Socr. 123 p. 8 *deos* plurimi sed non rite venerantur, omnes sed -e metuunt, pauci sed inpie diffitentur. *Hubbard.*

*ⁿ**īnscrībo**, -psī, -ptum, -ere. *ab* in *et* scribere. *scribitur* -scrIb-: CIL V 875, 14 VI 32 323, 60. 37 156, 7 XIII 2026. -bserunt: CIL III 7467. iscrisi (?): INSCR. christ. Diehl 2800A. -btum: PRISCILL. tract. 1, 30 COD. Theod. 9, 37, 2. iscr- *praeterea e. g.* CIL VI 34 689. VIII 2438 (*a. 197*). CE 662 (*a. 363*). *v. Schuchardt, Vokalismus II 350 de 'i' prothetica, qua fit, ut lectionibus variantibus inter* scribere *et* -ere *passim haereamus* (*v. et Lilliedahl, Florusstud. 71, 3 ad* FLOR. epit. 2, 2, 14. *cf.* IORD. Rom. 166). *notatur* CIL I² 1813 ins(cripta) s(unt). NOT. Tir. 6, 90 -it. 7, 2 -psit. *de notione*: AGROEC. gramm. VII 117, 8 -ere accusationis, adscribere adsignationis *eqs.* (ISID. diff. 1, 99. *al.*). GLOSS. ἐγγράφω. ἐπιγράφω. -it: ἐγγράφεται. -tus: ἔγγραφος. -itur: notatur. -ere: ad dandum censum vel a re sua alienare. *de usu*: ARVS. gramm. VII 481, 17 -tum in illa re (*affert* CIC. *p. 1847, 73*); -tus illam rem (*affert* VERG. *p. 1848, 79*). GRAMM. suppl. 177, 25 *trahit* accusativum. *legitur inde a* PLAVTO, TER., AFRAN., CIC., VARRONE; *deest e. g.* CATVLLO, LVCR., CAES., SALL., HOR., PROP. [*francog. vet.* enscrire, *francog.* inscrire. *R.*] [*confunditur in codd. saepe c.* scribere, *cf. l. 11.*]

I -ere ***'aliquid aliqua re'*** *fere i. q. scribendo complere, ornare, signare sim.* (*qua re, indicatur per abl. scripturae passim* [facies *ut inscriptio pro subiecto l. 62*], *coloris sim. e. g. l. 59. 60. 65. 66* [*cf.* ex eo *lapide l. 48*], *instrumenti l. 42. 54; praeterea adhibetur de quolibet modo incidendi l. 41. 54, illinendi l. 48[?]. 50. 58. 59. 60. 65*): **A** *generatim*: **1** *proprie*: **a** *de rebus variis*: PLAVT. Trin. 168 aedes venales (*praedicative, cf. etiam l. 75*) hasce -psit litteris (TER. Haut. 144 mercede [SCHOL.: pretio deputavi]. *aliter*: LIV. 25, 10, 9 domos ... quae -tae non essent. BOETH. mus. 1, 34 p. 224, 33 nominibus ... aedificia -untur). CIC. Verr. II 2, 167 statuae ..., quas ... poni -ique iussisti (SPART. Sept. Sev. 22, 3 s. Getae nomine -ta. CIL XIV 325 in⟨scriptione⟩. *cf.* PLIN. nat. 36, 71 *obelisci*. MART. 9, 44, 1 basis. TAC. ann. 16, 7, 2 effigiem ... ita -tam '...'. SVET. Aug. 7, 1 imaguncula eius ... hoc nomine *eius* -tam). dom. 100 sepulcrum inimico nomine -tum (*cf.* TAC. Germ. 3, 2 tumulos ... Graecis litteris -tos. PLIN. epist. 7, 29, 2 monimentum ... ita -tum '...'. CIL XIV 3857 cippis -tis). div. 2, 86 quis robur illud cecidit, dolavit, -psit? BELL. Hisp. 18, 5 glandem. VERG. Aen. 1, 478 versa pulvis -itur hasta (SERV.: dilaceratur [*affert* PLAVT. *infra l. 54*]. *cf.* GLOSS. IV 528, 40 artatur ad periculum [*fortasse*: aptatur ad vericulum]). VAL. MAX. 2, 4, 5 aram 'Diti ...' -tam (SVET. Cal. 8, 1 a. ... -tas 'ob ... puerperium'. TERT. nat. 2, 9, 4 'ignotis deis'. CIL XIII 1948 vivus sibi -psit). PLIN. nat. praef. 26 *opera* pendenti titulo -ise ut 'Apelles faciebat' *eqs.* (*ibid.* 27). 28, 29 duabus litteris Graecis *PA* chartam -tam. 36, 141 fictilia ex eo *lapide* -ta. QVINT. inst. 4, 5, 22 -tis lapidibus (*spatia itineris indicantibus ut*: RVT. NAM. 2, 8. *de terminis*: HYG. lim. grom. p. 159, 18. 162, 3. 169, 7. *al.*). IVV. 8, 168 lintea. *sequitur acc. c. inf.*: BELL. Hisp. 13, 3 glans missa est -ta, ... se scutum esse positurum. LIV. 40, 29, 4 litteris Latinis Graecisque ... arca -ta erat ... Numam ... sepultum esse. **b** *de hominibus (l. 55) vel part. corp.*: PLAVT. frg. inc. 45 corpus tuum virgis ulmeis -am (*cf. supra l. 42*). PLIN. nat. 18, 21 *stigmatibus* -ti ... vultus (*servorum ut*: MART. 8, 75, 9 -ti [*pro subst.*]. AVSON. 16, 5 p. 326 P. -e istam, quae non vult scribere, dextram *servi fugitivi*. CLAVD. 20, 344 facies. CORIPP. Ioh. 6, 83 fronte). 22, 2 mares ... apud Dacos ... corpora sua -unt (*inlinendo ut*: 26, 62 lacte ... -to corpore). FRONTIN. strat. 1, 11, 14 Alexander ... -psit medicamento haruspicis manum.

2 *in imag. et transl.*: OV. met. 6, 74 sua quemque deorum -it facies (*i. imaginem dei nomine signat ut inscriptio, cf. supra l. 37*). TERT. adv. Marc. 2, 17 p. 358, 10 mundus -tus est *illo in creatorem testimonio* et omni a conscientia legitur. HIL. in Matth. 17, 10 -tos nos ... et Christi nomine consignatos. AMBR. c. Aux. 23 sanguine -tam animam. ANIAN. Chrysost. hom. 1, 1 p. 977 ut ... sicut atramento illi *libri*, ita corda nostra -rentur a spiritu (*gr.* ἐγγεγράφθαι).

B *speciatim de libris sim.*: **1** *solo titulo signatis* (*afferuntur tituli librorum sim. accusativo [nom.] passim, praepos.* de *e. g. l. 78. p. 1847, 7. 15, genetivo e. g. l. 80. p. 1847, 16. 19, add.* [a] nomine *l. 74. 80. p. 1847, 8,* titulo *p. 1847, 24,* ex numero ... et appellatione *l. 84; epistularum dativo l. 78. p. 1847, 8, praepos.* ad *p. 1847, 1; orationum praepos.* in *p. 1847, 10,* pro *p. 1847, 10*): **a** *formae variae*: CIC. de orat. 1, 55 ceteros libros artis suae nomine, hos rhetoricos et -unt et appellant (*similiter acc.*: 3, 122 rhetoricos. PLIN. nat. praef. 24 κηρίον -psere. PLIN. epist. 4, 14, 8 has nugas -ere hendecasyllabos. SVET. gramm. 21, 2 *fabulas* -psit ... trabeatas. *al.*). 2, 217 -tos esse de ridiculis. Att. 6, 3, 8 epistulam -tam patri suo. epist. 15, 20, 1 oratorem meum — sic enim -psi. PAVL. FEST. p. 61 Casinam fabulam Plautus -psit ab ancillae nomine Casina. FEST. p. 198 Originum libros ... -psit Cato (*similiter gen.*: PLIN. nat. praef. 25 *Diodorus* βιβλιοθήκης historiam suam -psit. GELL. praef. 4 eas -psimus 'Noctium' esse 'Atticarum'. 6 Musarum -pserunt. *al.*). SVET. gramm. 6 -isse (scripsisse *trad.*) se ... ex numero *Musarum* ... et appellatione. RVSTIC. Conc.⁸ I 4 p. 216, 32 [*V. Schmidt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-tos ad te apices. *al.* *singulariter in arte musica de modo (vergit in not. nominandi)*: BOETH. mus. 4, 17 p. 344, 3 modo, qui -itur (*sc. in schemate?*) hypermixolydius (p. 345, 23; *an pertinet ad l. 83?*).

b *formae usitatiores*: qui (quae, quod) -itur (*c. inversione l. 10; rarius* qui -tus est: CIC. div. 2, 1 qui est -tus Hortensius. GELL. 1, 15, 9. *saepius.* PS. AVR. VICT. orig. 1, 6. *paulo aliter*: CIC. de orat. 2, 61 qui sunt fere -ti de rebus notis *eqs.* Att. 8, 5, 2 fasciculus, qui est -tus 'M. Curio'. QVINT. inst. 2, 15, 5 nomine eius. *de formarum ap.* CIC. *distinctione male Krebs-Schmalz, Antibarb. II 664*): CIC. Brut. 205 Cottae pro se lege Varia quae -itur (*cf.* TAC. dial. 21, 2 in Vatinium. 38, 2 pro heredibus. SVET. Iul. 55, 2 pro Sardis). ac. 2, 12 qui Sosus -itur (*post tit. ut*: nat. deor. 1, 32 Cato 13 SEN. epist. 19, 9 PLIN. nat. 14, 92. *al. ante tit.*: CIC. Tusc. 1, 57 qui -itur Menon. off. 2, 31 Laelius [*del. varii*]. VARRO ling. 7, 70 COLVM. 12, 18, 1. *al.*). nat. deor. 1, 41 de Minerva (FEST. p. 241. 347 SEN. epist. 81, 3 QVINT. inst. 2, 15, 10. *al.*). VARRO rust. 1, 5, 1 φυτῶν ἱστορίας (*gen. ut*: VITR. 9 praef. 14 FEST. p. 218 SEN. epist. 100, 1. *al.*). *al.* quem (quam, quod) -psit (*praesens*: TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 419, 16 quod -imus de spe fidelium): CELS. 2, 14, 1 volumine, quod communium auxiliorum -psit (*gen. ut*: PLIN. nat. praef. 33 ἐποπτίδων. PS. TERT. haer. 6 p. 224, 6 syllogismorum). SEN. epist. 95, 45 περὶ καθήκοντος. COLVM. 12, 46, 1 quos -psit nominibus coci *eqs.* PLIN. nat. 18, 107 *fabula*, quam Aululariam -psit. QVINT. inst. 8, 6, 71 quem -psit ὕμνους. AVG. civ. 18, 18 p. 278, 13 D. quos asini aurei titulo -psit. *al.*

2 *nomine auctoris signatis*: LIV. 39, 52, 3 Naevius, adversus quem oratio -ta P. Africani est (*gen. ut*: FEST. p. 217 fabula quaedam Naevi -itur. ASCON. Scaur. p. 26, 30 Iuli. TERT. bapt. 17, 5 quae Pauli perperam -ta [scripta *trad.*] sunt. HIER. epist. 65, 3, 2 *duo psalmi* -untur David, primus et novissimus filiorum Core et Asaph). ASCON. Mil. p. 30, 5 qui Ciceronis nomine -itur de optimo genere oratorum (QVINT. inst. 2, 15, 10. 3, 5, 14 sunt -ti n. Hermagorae. GELL. 3, 3 tit. verae atque falsae n. eius -tae *comoediae Plauti. al.*). QVINT. inst. 1, 4, 3 qui falso viderentur -ti (*cf. l. 28. 32*). AVG. civ. 17, 8 p. 225, 16 D. psalmus ... titulo nominis eius -tus est.

II -ere '***aliquid alicui*** *(rei)' fere i. q. scribendo indere (cui, indicatur per dat. vel* in *c. abl. vel* in *c. acc. l. 43. p. 1848, 55,* ad *l. 50, abl. certum l. 49; pro obi. est* sanguis *l. 65, pro subi.* buxus *effigiem formans l. 61; adhibetur de quolibet modo signandi l. 60. 61. 62. 65. p. 1848, 56; auget vocem q. e.* infundere *l. 75, contra augetur voce q. e.* insculpere *p. 1848, 25)*: **A** *vi plena*: 1 *usu sollemni (praep.* in *valente fere idem ac gr.* ἐπί*)*: a *generatim*: α *varia quaedam selecta*: (I) *proprie*: AFRAN. com. 415 -at aliquis in ostio 'arse verse' (*similiter pro obi. sunt verba ipsa*: VARRO Men. 143 in ianuam 'cave canem'. CIC. Att. 6, 1, 17 nihil habuit aliud -tum nisi 'censor' ea statua. epist. 12, 3, 1 TIRO Gell. 10, 1, 7. OV. ars 2, 744 -at spoliis 'Naso magister erat'. SEN. epist. 21, 10. *al.*). CIC. Verr. II 2, 127 *sortes*, in quibus ... esset -tum nomen Theomnasti (4, 93 in femore litteris minutis. har. resp. 58 monumentis. BELL. Alex. 58, 3 ut ... n. in scutis -tum haberent. LVCAN. 8, 792 stipite. CIL VIII 2438 [*a. 197*] ad latus basis). Tusc. 5, 64 senariolos ... in eius monumento esse -tos (*versus ut*: NEP. Paus. 1, 3 epigrammate [VITR. 8, 3, 21]. PLIN. nat. 35, 154 versibus [CIL VIII 1359]). R. GEST. div. Aug. 35 id ... in vestibulo ... -endum esse. TIB. 1, 3, 54 lapis -tis stet super ossa notis. OV. met. 10, 215 *Phoebus* suos gemitus foliis -it et 'Ai Ai' flos habet -tum (*cf.* PLIN. nat. 21, 66 Graecarum litterarum figura *AI* legatur -tum). LIV. 4, 20, 6 titulus ... spoliis -tus (23, 19, 18 SEN. contr. 1, 2, 1 SEN. epist. 89, 7. ITALA Marc. 15, 26 [cod. 1 = VVLG., *cf.* cod. n] t. causae eius -tus [*gr.* ἐπιγεγραμμένη]. CIL III 7467 X 4539. *al.*). PLIN. nat. 34, 17 *coepere* honores legendi aevo basibus -i. SIL. 13, 328 *Pan* vix ulla -ens terrae vestigia cornu *pedis*. PLIN. epist. 5, 6, 16 pulvinus, cui bestiarum effigies ... buxus -psit. PRVD. apoth. 493 quis ... -to signaret tempora ligno (*i. cruce. cf.* psych. 360 -ta oleo frontis signacula. c. Symm. 2, 713 cruce fronti -ta). CIL XIV 725 Caelius ... -psit (*absol. ut*: 3721. *al.*). *al.* *pro obi. est color ad scribendum adhibitus*: PRVD. apoth. 365 cui sanguis in ore ... -tus ... rubet.

accedit: (acc. c.) inf.: CIC. Verr. II 2, 150 -tum esse video quandam ex his statuis aratores dedisse. LIV. 38, 35, 4 consulem dedisse. SEN. epist. 77, 20 MART. 9, 15, 1. VLP. dig. 11, 7, 6 (*inf.*). *interrog. indir. (v. et l. 74)*: LEX de flam. Narbon. (CIL XII 6038) 12 ius ... nomen ... et unde sit ... -endi. CALL. dig. 50, 10, 7, 1 PORPH. Hor. sat. 1, 8, 11 CIL VIII 18 629. ut: PORPH. Hor. sat. 2, 3, 84 testamento -ret, ut heredes ... insculperent *eqs.*

(II) *in imagine vel translate*: CIC. Catil. 1, 32 sit ... -tum in fronte uniuscuiusque, quid de re publica sentiat. de orat. 2, 355 non infundere in auris tuas orationem, sed in animo ... -ere. SEN. benef. 4, 38, 2 litteras *stigmatis* ... oculis *occurrentium* -endas. ITALA II Cor. 3, 2 (codd. d e, Iren. 5, 13, 4. *al.*) epistula nostra vos estis, -ta in cordibus nostris ..., -ta non atramento, sed spiritu dei (*gr. bis* ἐγγεγραμμένη, *Vulg. bis* scripta). CLEM. ad Cor. 2, 8 praecepta ... dei in latitudine cordis vestri -bantur (*gr.* ἐγέγραπτο). RVFIN. patr. 10, 1 p. 327[B] in corde, quae dicuntur. HIL. AREL. vita Honorat. 22 l. 12 C. -ta sensibus. *al.*

β *accedit acc. praedicat. (v. et p. 1848, 16. 28. 37. 61; aliter vid. supra l. 2)*: CIC. Verr. II 2, 154 eum ... sotera -tum vidi. OV. epist. 2, 145 -bēre meo causa ... sepulcro. 7, 193 nec ... rogis -ar Elissa Sychaei. PLIN. nat. 29, 9 cum monumento suo ... iatronicen se -pserit. SVET. gramm. 4, 2 *venalem* in titulo ... litteratorem -i. TERT. resurr. 2 p. 26, 26 cuius (*i. carnis*) condicio Christum et hominem et filium hominis -pserit. 40 p. 83, 8 *caro* post exilium animae cadaver -itur.

b *speciatim*: α *titulum, nomen*: (I) *proprie*: (A) *de nominibus auctorum libello, operi sim. -endis*: CIC. Arch. 26 philosophi ... in ... libellis ... nomen suum -unt (Tusc. 1, 34 *in statua.* PANEG. in Mess. 38 in actis. VAL. MAX. 8, 14, 6 *parietibus pictis.* QVINT. inst. 1, 6, 36. *al.*). GRATT. 106 auctorem ... operi. COD. Iust. 1, 17, 2, 10 qui auctor legis fuit, ... digestis -tus est. (B) *de titulis librorum*: AMBR. in psalm. 38, 1, 1 sic -tus est titulus *psalmi* (45, 1, 1 ita -itur. AVG. c. Pelag. 4, 8, 22 epistula, cuius 'de mortalitate' -itur t.).

(II) *in imag.*: (A) *ad designandum auctorem cuiuslibet rei*: OV. met. 10, 199 mea dextera leto -enda tuo est. 15, 128 -psere deos sceleri. SEN. dial. 10, 16, 5 auctores illis *vitiis* -ere deos. FAVST. Aug. c. Faust. 22, 2 p. 592, 24 qui hunc *deum* ... nefariis suis religionibus -pserunt. (B) *ad designandam rem vel personam (cf. et* nomen -ere *e. g. p. 1847, 47)*: CIC. Tusc. 5, 73 Epicuro, qui ... induit personam philosophi et sibi ipse hoc nomen -psit. SEN. dial. 7, 12, 3 vitiis suis sapientiam -it. epist. 68, 3 non est quod -as tibi philosophiam aut quietem. SIL. 10, 618 qui Martem -ant genti.

β *stigmata servis, reis sim.*: SEN. benef. 4, 37, 3 ut ... avidissimo naufrago stigmata -ret (GAIVS inst. 1, 13 servi ..., quibus ... s. -ta sunt). 4, 37, 4 dignus ..., cui non -rentur illae litterae, sed insculperentur.

γ *varia indicibus, instrumentis sim.*: (I) *quibuslibet (in imag. l. 33 sqq. 37)*: SEN. benef. 7, 7, 4 quibus *rebus* dominus -tus est (epist. 98, 10). HYG. grom. p. 74, 10 in publicis instrumentis significanter -ta territoria (*Sic. Flacc. grom. p. 128, 16* descripta). VLP. dig. 26, 8, 5, 4 nomina ... instrumentis -i (COD. Iust. 2, 7, 13 pr. [*a. 468*] matriculae. 4, 50, 4 [*a. 290*] instrumento emptionis). TERT. anim. 37, 2 cum ... fato iam -itur *fetus* (*i. libro fati ? cf. Waszink ad l.*). resurr. 34 p. 73, 20 totum hominem elogio transgressionis -psit. adv. Val. 29 p. 205, 9 animas ... animali censui -tas. CANON. apost. 67, 22 -tus operarius (*gr.* ἔγγραφος). CASSIOD. hist. 6, 4, 12 populum ... -i praecepit (*Sozom. 5, 4, 5* ἀπογράφεσθαι). NICET. symb. frg. 1 heres regni caelestis -itur. (II) *accusandi causa (resp.* arguo *l. 43,* accuso *l. 47; crimen indicatur per gen. l. 43, acc. pron. l. 46)*: RVFIN. hist. 11, 25 p. 1032, 2 -tum Tyrannum ad tormenta deducit. AVG. serm. 82, 8, 11 *homicidam*. 82, 9, 12 ne te -at inimicus. COD. Theod. 9, 37, 2 aliquid iniuriae merito inscriptionis illatae tolerarit -tus. CONC.[S] I 5 p. 266, 2 *falsa* dicentes impietatis -imus (*p. 53, 11* arguimus, *gr. I 1, 6 p. 126, 8* γραφόμεθα). p. 315, 15 apud vos (CASSIOD. hist. 5, 43, 6 [*Theodoret. 2, 29, 7* παρ' Εὐδοξίῳ ἐγράψαντο]. FACVND. defens. 8, 5 p. 728[B]). II 2, 1 p. 11, 8 in his quae -psi ... Eutychin (*gr. II 1, 1 p. 135, 4* ἐφ' οἷς ἐγγράφως ᾐτησάμην. *II 3, 1 p. 116, 29* quibus scripto accusavi. *cf. Vulg. act. 25, 11* quae hi accusant me). *al.* *singulariter fere i. q. -endo se obligare*: LEX Burg. Rom. 7, 1 *licentia* -endi se cum eo, quem accusat, corporali supplicio.

2 *pressius (praep.* in *valente fere idem ac* inter *vel* intra*)*: a *inter verba testamenti vel epistulae, sc. addendo vel corrigendo*: MOD. dig. 50, 1, 36 sublato alieno nomine -toque suo. DIG. 28, 4 rubr. quae in testamento delentur, inducuntur vel -untur. b *intra lineas (in arte geom.)*: GROM. Cantor 30 (*cf.* GROM. Mortet 39) in trigonum ortogonium circulum -ere, qui omnes eius lineas tangat.

B *vi attenuata vel mutata*: 1 *vergit ad vim q. e.* scribere *alicubi (-tus ad redd. gr.* ἔγγραφος *l. 67. 68, cf. l. 36. 46. p. 1846, 17; ceterum nota, quae admonui de vocibus q. s.* -ere *et* scribere *p. 1846, 9)*: VARRO ling. 5, 73 in latinis litteris veteribus nomen ... -itur ... Polluces, non ... Pollux (*sim. de varia lectione*: RVFIN. Orig. in Ios. 7, 2 p. 328, 19 hic sermo [*i.* ἀλαλαγμός] in scripturis iubilatio magis quam ululatio consuevit -i). GELL. 19, 10, 12 in eius tragoediae choro -tos esse hos versus legimus. HIL. in psalm. 134, 1 in eo *psalmo* continentur, quae libro Exodi -ta sunt. BARNAB. 7, 3 -ta lege (*in sacr. script.; gr.* γεγραμμένης). CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 196, 25 -tam professionem (*gr. I 1, 4 p. 22, 22* ἔγγραφον). II 3, 3 p. 39, 19 vultis -ta? ... vultis non scripta? (*gr. II 1, 3 p. 32, 1* ἔγγραφα). BOETH. herm. sec. praef. p. 5, 22 sonum qui -i litteris possit (*cf. p. 4, 24* scribi). COD. Iust. 1, 17, 2, 22 qui eas *notas, abbreviationes* -ere (scribere *var. l.*) ausus fuerit. *al.*

2 *fere i. q.* ascribere: SEN. benef. 1, 15, 3 *beneficium* quod ostentare libet *accipientem* et -ere sibi (*sc. digno*). TERT. apol. 21, 11 rationi ... propriam substantiam spiritum -imus. anim. 9, 3 corporales quoque illi (*animae*) -imus lineas. COD. Iust. 1, 17, 2, 13 (14) imbecillitati humanae ... hoc -at. *fortasse huc pertinet (cf. vol. II 773, 42)*: PETR. CHRYS. serm. 5 p. 198[A] *pater substantiam dividit* dando iuniori *filio* (*i. paganis*) ... beneficia naturae, seniori (*i. Iudaeis*) ... legis libros divinitus -endo.

III ***structurae speciales***: **A** -tus nomen: VERG. ecl. 3, 106 -ti nomina regum flores. CLEM. ad Cor. 43, 2 virgas -tas uniuscuiusque tribus nomen (*gr.* ἐπιγεγραμμένας ... κατ' ὄνομα). CLAVD. 24, 348 dentes *elephantini* -ti rutilum caelato consule nomen. **B** -ere *aliquid aliquid (cf. Löfstedt, Synt. I² 250)*: CIL V 1863, 6 titulum immanem montem Alpinum ingentem litteris -psit.

[V. Schmidt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. p. p. **īnscrīptus** *pro adi. i. q.* ἔγγραφος *p. 1846, 16. 1848, 36. 58, subst. p. 1846, 56. 1848, 42.*

n. subst. **īnscrīptum,** -ī (*aliter p. 1848, 67*). GLOSS. titulum. **1** *i. q. stigma*: IVV. 14, 24 quem ... adficiunt -a, ergastula, carcer (*alii iung.* -a erg.). **2** *i. q. titulus libri*: GELL. praef. 9 quaedam alia -a nimis lepida. DON. de com. 6, 4 comoediarum -a (scripta *trad.*). **3** *de adscriptione testamento addita*: CIL VIII 23 828 ex testamento ... curante ... herede, ex -bto eius epulo d(ecurionibus) dato (*vix 'non scriptus', ut intellegere videtur Dessau in adnot.: 'fortasse voluntas defuncti non comprehensa testamento'*).

deriv.: inscripticius, inscriptio, inscriptor, inscriptura, *?* 3. inscriptus. *compos.*: circuminscribo (*?*). *V. Schmidt.*

īnscrīptīcius, -a, -um. *ab* 1. inscriptus, *ad redd. gr.* ἐναπόγραφος, *cf.* adscripticius. *i. q. adscripticius* (*de colonis, agricolis censitis*): CONC.^{S} II 3, 2 p. 178, 20 suscipere ... servos aut -os praeter voluntatem dominorum (*gr. II 1, 2 p. 157, 9* ἐναπογράφους. *cf. II 3, 2 p. 179, 18* adscripticios. *II 2, 2 p. 17, 16* originarios). NOVELL. Iust. 123, 4 servili et -a (inscripti *var. l.*) fortuna episcopos liberos esse praecipimus (*gr.* ἐναπογράφου τύχης). 123, 17, 1 adscripticios ... in ipsis possessionibus, quarum sunt -i (inscripti *var. l.*), clericos ... fieri permittimus (*gr.* ἐναπόγραφοι).

īnscrīptilis, -e. *ab* in *et* scriptilis. *i. q. qui scribi non potest*: DIOM. gramm. I 420, 13 *vox articulata* litteralis vel scriptilis appellatur, ... *vox* confusa est inrationalis vel -is ..., quae scribi non potest, ut est equi hinnitus.

ˣīnscrīptio, -ōnis *f. ab* inscribere. -scribt- *saepius* COD. Theod. (*suppl.* CIL XIII 5106. 11492. 11493). GLOSS. ἐγγραφή. ἐπιγραφή. subscriptio vel scriptio. tituli -o: στηλογραφία. *legitur inde ab* ENN. (*infra l. 80*), CIC., R. GEST. div. Aug., VELL.; *deest* SALL., LIV. *et poetis praeter* ENN. [*confunditur c.* scriptio *saepius, cf. p. 1846, 9.*]

i. q. inscriptum vel actus inscribendi: **A** *generatim*: **1** *de titulis monumentorum, aedium, tabularum sim.* (*iuxta pos.* titulus *l. 64. 69, cf. praeterea* tituli -o *l. 28. 51. 54 sqq.*, titulus -is *l. 63; c. dat. l. 44, [acc. c.] inf. l. 39. 46*): **a** *accedit gen. obi.*: **α** *rei, cui -o inditur*: CIC. Verr. II 2, 168 nominibus in statuarum -e oppositis (dom. 81 [scriptionem *trad.*]. Att. 6, 1, 26 SVET. Aug. 97, 2). VELL. 2, 25, 4 -o templi adfixa posti. PLIN. nat. 29, 11 illa infelicis monumenti -o turba se medicorum perisse (COD. Iust. 3, 44, 6 *a. 224*). HYG. lim. grom. p. 161, 16 aeris. SVET. Cal. 8, 3 arae (HIER. in Tit. 1, 12 p. 572^C). CIL X 4643, 25 basis. **β** *rei* (*personae l. 48. 49*), *quae in -e nominatur, affertur*: CIC. dom. 51 nominis (R. GEST. div. Aug. 20 Capitolium ... refeci sine ulla -e n. mei. VLP. dig. 50, 10, 2 de -e n. sui operibus. COD. Theod. 6, 4, 13, 2). VELL. 2, 104, 2 cum speciosissima -e operum (*cf.* TAC. ann. 2, 83, 2 cum -e rerum gestarum ac mortem ob rem publicam obisse). HYG. lim. grom. p. 162, 10 finium. GELL. 13, 25, 2 quid nobis videretur significare ... 'manubiarum' illa -o. TERT. apol. 13, 9 sancti dei. ITALA Matth. 22, 20 (cod. d, *cf.* IREN. 4, 36, 7 = 4, 58, 9 H. *al.*) cuius imago haec et -o? (*gr.* ἐπιγραφή, *aliae verss. et Vulg.* supra- *vel* superscriptio. *cf.* VVLG. Marc. 12, 16 Luc. 20, 24). COD. Iust. 2, 15, 1 (*a. 408*) ut nostrae ... domus ... titulorum -e legantur. CIL XI 970, 19 decre⟨ti⟩. *al.* *inde pendet usus Vulg., quae hebr.* מִכְתָּם *vocem dubiae significationis vertit ut* מִכְתָּב (*q. e. epigramma; sim. LXX:* στηλογραφία) *locutione q. e.* tituli -o (*apud eccl. saepe refertur ad titulos librorum, cf. p. 1850, 14*): VVLG. psalm. 15, 1 t. -o ipsi David. 55, 1 David in t. -e (56, 1. 57, 1. 58, 1. 59, 1). HIL. in psalm. 55, 1. HIER. in psalm. 15 p. 25, 11 t. -o proprie in tumulis et sepulcris est. AVG. in euang. Ioh. 117, 5 (*-em cruci adfixam subintellegit*).

b *nude* (*exempla selecta*): CIC. Phil. 13, 9 statuam in rostris cum -e praeclara. QVINT. inst. 1, 7, 21 'optimus maximus', ut mediam i litteram ... acciperent ... Caesaris -e (instructione *var. l.*) traditur factum. HYG. lim. grom. p. 161, 23 notas imponemus et, ubi potuerit, -es. CALL. dig. 50, 10, 7, 1 titulo -is uti (MACR. Sat. 1, 11, 16). LACT. inst. 1, 11, 33 ex titulis et -bus sacris. SENT. Delph. et Antic. (CIL III 567) 19 lapides ..., quorum in altero Graeca -o, quae signet ... terminum, adhuc manet. CIL II 1305 -o ... data (XI 4206. 6123, 21). III 6885 pro meritis ... -o facta est. *al.* *in imag.*: FVLG. myth. 1 praef. p. 14, 6 quo mentes ... temulentis -bus depinxisset *virguncula*. PS. AVG. serm. ed. Mai 70, 2 o magni regales tituli, o quam fortis caelestis -o!

2 *de quibuslibet in varia materia scriptis* (*vergit in not. q. e. scriptura*): **a** *fere i. q. nota, notatio*: PETRON. 55, 2 'ita' inquit Trimalchio, 'non oportet hunc casum sine -e transire' statimque codicillos poposcit. BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 23, 17 littera est -o atque figura ... vocis articulatae, elementum vero sonus ipsius -is. p. 33, 23 in litterarum -e. *?* **b** *fere i. q. modus scribendi* (*nisi mavis legere* scriptio, *cf. supra l. 30*): BOETH. herm. sec. 4, 10 p. 264, 8 fertur ... etiam alia -o. p. 272, 28 in hac -e (scriptione *ed. pr., cf. p. 271, 20* alia ... scriptio loci). **c** *fere i. q. praescriptum*: ENNOD. dict. 22, 7 p. 495, 10 huiusmodi non dico lege, sed tyrannica -e.

B *specialim*: **1** *i. q. nota fronti inusta, stigma*: ENN. scaen. 37ʼ cum spolia generi⟨s⟩ detraxeritis, quam -em dabitis? SEN. dial. 5, 3, 6 varia poenarum *genera*, lacerationes membrorum, -es frontis (PETRON. 106, 1 VITA Cypr. 7, 11). PETRON. 103, 2 sequar ego frontes notans -e sollerti, ut videamini stigmate esse puniti. ITALA apoc. 14, 9 (Cypr. testim. 3, 59 p. 163, 23) si quis adorat bestiam et simulacrum eius et accepit -em in fronte sua aut super manum suam (*gr.* χάραγμα, *Vulg.* caracterem. *sim.*: apoc. 16, 2 [cod. h]. 20, 4 [Cypr. Fort. 12 p. 345, 22]. *cf.* AVG. civ. 20, 7 p. 419, 13 D. 20, 9 p. 431, 4. p. 431, 21 notam scilicet criminis). ENNOD. opusc. 2, 126 p. 326, 13 sectamini hominem toto ecclesiasticae -is non dicam stilo sed ense perfossum.

2 *i. q.* ἐπιγραφή *librorum sim.* (*explicatur voce q. e.* titulus *l. 21, cf.* titulorum -o *l. 14*, -is titulus *l. 17*): CIC. top. 1 Aristotelis Topica ..., qua -e commotus *eqs.* Att. 16, 11, 4 quod de -e quaeris, non dubito, quin καθῆκον 'officium' sit, ... sed -o plenior 'de officiis'. PLIN. nat. praef. 24 -is apud Graecos mira felicitas. QVINT. inst. 2, 17, 15 Agnon ... detraxit sibi -e ipsa fidem. GELL. praef. 4 festivitates -um. 10 Atticas noctes inscripsimus ... ceteris ... in ipsius ... -is laude cedentes. HIL. in psalm. 63, 1 cum ... psalmi, qui secundum titulorum -es res gestas continere creduntur, in plurimis a tituli sui ... proprietate dissentiant (65, 1 RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 76, 26. *al.*). SCHOL. Cic. Bob. p. 169, 30 -is titulum orationis. AVG. civ. 21, 8 p. 504, 14 D. libris, quorum -o est: de gente populi Romani (*cf.* BOETH. herm. sec. 1 praef. p. 13, 10 de libri -e. in Porph. comm. pr. 1, 3 p. 7, 9. *v. et* 1, 1 p. 5, 3 quintum, quae sit eius operis -o, quod ἐπιγραφήν Graeci nominant [p. 5, 5]). in psalm. 72, 1 -em ..., id est titulum. *al.* *in imag. de appellatione*: SEN. dial. 7, 13, 3 titulus ... honestus eligatur et -o ipsa excitans animum (*cf. 13, 2* nomine). PLIN. epist. 5, 19, 3 ars ... eius (*i. liberti Zosimi*) et quasi -o comoedus.

3 *i. q. nominis* (*rerum l. 46*) *in codice publico ascriptio* (*accusationis causa praeter l. 46; ad rem v. Mommsen, Strafr. 384 sqq.; exemplum -is adulterii affert* PAVL. dig. 48, 2, 3 pr.): DIG. 48, 2 rubr. de accusationibus et -bus (= COD. Theod. 9, 1 tit. COD. Iust. 9, 3 tit.). VLP. dig. 48, 5, 2, 8 si ... libellos -um deposuerit (PAVL. dig. 48, 2, 3 pr. 48, 2, 3, 1 si l. -um legitime ordinati non fuerint, rei nomen aboletur. *cf.* COD. Iust. 9, 1, 3 pr. [*a. 222*] -um pagina). SYMM. rel. 49, 1 quid habeat condicionis -o. 49, 3 quem non tenebat -o. AVG. in epist. Ioh. 3, 10 -em minatur. COD. Theod. 9, 1, 11 nullus ... crimen ... exequatur, nisi subeat -is vinculum (9, 1, 19 pr. [= Iust. 9, 2, 17 pr.] -btionis. 9, 2, 6 -is vinculo reos factos. *al. cf.* COD. Iust. 1, 49, 1, 7 [*a. 475*] -um laqueos). 9, 1, 17 (*cf.* Iust. 9, 2, 15) criminalis per -em causa. 9, 7, 2 (= Iust. 9, 9, 29, 3) etsi omne genus accusationis necessitas -btionis adstringat. INTERPR. cod. Theod. 9, 1, 19 -e per ordinem facta (9, 37, 1. CASSIOD. hist. 2, 24, 5 adversus presbyterum [*Theodoret. 1, 21, 7* γραφήν]). CONC.^{S} I 5 p. 315, 27 -em sustinuisse ([*Migne gr. 83, 1265^D* γραφήν]. FACVND. defens. 2, 5 p. 577^A [= PELAG. defens. 6 p. 62, 16. *Conc.^{S} II 5 p. 30, 27* circumventionem]. *al. cf.* CASSIOD. hist. 4, 15, 1 -em passus [*Sozom. 3, 8* γραφήν]). II 3, 2 p. 52, 14 multas adversus eum ... -es depositas (COD. Iust. 9, 1, 1 [*a. 195*]. *cf.* 9, 2, 16 pr. [*a. 395*] in causis criminalibus dignum est, ut -es proponantur). COD. Iust. 1, 2, 22 pr. *res ecclesiae* lucrativorum -bus liberas immunesque esse. NOVELL. Iust. 22, 47 pr. criminalem contra eum -em (*gr.* γραφήν). PASS. Aureae (BHL 808) 8 Aurea ... -bus fuerat damnata. *al.*

īnscrīptor, -ōris *m. ab* inscribere. [*dub.*: INSCR. RevA VI 4, 1934, 272 n. 164 ora pro iscriptorem, *cf. p. 1846, 9.*] *i. q. qui inscribit* (*nomina candidatorum*): CIL VI 29942 -r, rogo te ut transeas hoc monumentum ... quoius candidati nomen hoc monumento inscriptum fuerit *eqs.*

īnscrīptum, -ī *n. v.* inscribo.

īnscrīptūra, -ae *f. ab* inscribere. inscribt- *l. 56. 60.* *i. q. inscriptio, nota*: HYG. grom. p. 71, 17 ⟨sic⟩ erit -a (inscributurae *trad.*, inscribta *suspicatur Thulin*) sursum versus, ut *eqs.* HYG. lim. grom. p. 158, 16 (*interpol.?*) -am (scriptura *A*, inscriptionem *P*) lapidi adplicabimus. NIPS. grom. p. 293, 2 L. ex lapidum inspectione et -a (scriptura *var. l.*). p. 294, 15 haec -btura (scriptura *var. l.*) demonstrabit tibi, quomodo debeas typum ... conlocare. *in imagine*: TERT. adv. Val. 30, 1 p. 206, 3 nobis ... -a huius seminis, qui imperfectae essentiae sumus.

1. īnscrīptus, -a, -um *v.* inscribo.

2. ˣīnscrīptus, -a, -um. *ab* in *et* scriptus. GLOSS. ἄγραφος. *i. q. non scriptus*: **1** *de bonis portitori vel publicano non indicatis*: LVCIL. 722 -um e portu exportant clanculum, ne portorium dent. VARRO rust. 2, 1, 16 ad publicanum profitentur *greges ovium*, ne, si -um pecus paverint, lege censoria committant. **2** -um maleficium (*i. in lege non scriptum vel descriptum; nonnisi apud* SEN. *rhet. et* QVINT.): SEN. contr. 3 praef. 17 ut praetor nomen eius reciperet lege -i m. exc. 5 praef. -i m. sit actio (QVINT. decl. 252 p. 29, 3. 344 p. 357, 9. 370 p. 407, 3). QVINT. inst. 7, 4, 36 finguntur in scholis et -i m. (*sc. quaestiones*), in quibus aut hoc quaeritur, an -um sit, aut hoc, an maleficium sit (script- *bis trad.*). decl. 252 p. 29, 29 -um esse m. *al.* *per ellipsin*: QVINT. decl. 252 p. 29, 15 ubi de -o constat, quaeri solet de maleficio. 370 p. 407, 11 non est ... -um (scriptum *trad.*), quia certa lege comprehensum est. *al.* **3** *in univ.*: QVINT. inst. 3, 6, 38 unde et illa divisio est, alia esse scripta, alia -a. CHALC. comm. 6 *naturalis iustitia* -a instituendis legibus ... tribuit ... substantiam.

? **3. īnscrīptus,** (-ūs) *m. ab* inscribere. *i. q. inscriptio*: TREB. trig. tyr. 7, 2 sepulchra ... brevi marmore inpressa humilia, in quibus ⌊unus⌋ (titulus *vel* unus versus *Casaubonus*) est -us (*cf. Löfstedt, Verm. Stud. 127 sq.*). *Klug.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

***inscrūtābilis,** -e. *ab* in *et* scrutari *ad redd. gr.* ἀνεξερεύνητος (-αυν-) *N. T. Rom. 11, 33 in Vetere Latina q. d. formatum; cf.* inexscrutabilis, imperscrutabilis. *compar.* -ior Avg. c. Iul. op. imperf. 1, 119. 3, 24 persev. 9, 21 Ps. Prosp. vocat. gent. 2, 23 p. 709C; magis -is Avg. civ. 20, 2 p. 408, 13 D. Ps. Prosp. *l. c.* 1, 25 p. 686B; *superl. deest.* *inde ab* Itala; *in poesi* Prosp. *l. 44.*

i. q. quod scrutando explorari non potest (*c. dat.* Ambr. in psalm. 47, 20, 2 Avg. gest. Pelag. 3, 11 p. 62, 23 in psalm. 118 serm. 6, 2; '-is ratione' *l. 17*): **1** *de rebus divinis:* **a** *in script. sacris:* Itala Rom. 11, 33 (cod. g, Novatian. trin. 8. *passim*) o altitudo divitiarum et (*om. al.*) sapientiae ... dei: quam -ia (vel inreprehensibilia *add. g*) iudicia eius et investigabiles viae eius (scrut- *cod. gue errore, v. Dold ad l.; gr.* ἀνεξερεύνητα *vel* -αυν-, *Cypr. et Hil.* inexscr- [*v. p. 1332, 43*], *Gaudent. serm. 18, 15 G.* imperscr-, *cod. d et Vulg.* incomprehensibilia; *alia v. ap. Wordsworth-White ad l.*). Vvlg. Iob 5, 9 *deus* fecit magna et -ia et mirabilia absque numero ([investigabilia *Hier. interpr. Iob.* Greg. M. moral. *ad l.*: -ia ratione]. *cf.* 37, 5 [quae nesciebamus *Hier. l. c.*]). **b** *ap. eccl. maxime loco* Italae *eiusque contextu sive laudato sive menti obversante* (*v. et Vulg. psalm. 35, 7* iudicia tua abyssus multa): Hil. trin. 8, 38 investigabilium et -ium caelestium sacramentorum profundo (Max. Tavr. hom. 77 p. 415B -e unicae maiestatis ... s.). Ambr. fid. 4, 9, 111 ab -i supernae generationis arcano (*cf.* Epist. pontif. 931 SBMünch. 1940, 2 p. 7, 18 tam -is mysterii et dispensationis arcano. Max. Tavr. hom. 68 p. 392B secreti). Avg. civ. 12, 15 p. 533, 20 D. altitudinem investigabilem vestigare et -em perscrutari (cur. mort. 13, 16 p. 647, 10 iudiciorum [epist. 186, 17]. c. Iul. op. imperf. 6, 12 *gratiae.* Leo M. serm. 21, 1 divini consilii. Alc. Avit. c. Arr. 6 p. 4, 9 dei). in euang. Ioh. 53, 7 ad -ia perscrutanda (*n. pl. pro subst. ut*: in psalm. 118 serm. 6, 1 sciebat -ia dei. serm. 26, 12, 13 scrutare -ia [27, 7, 7]. Ps. Prosp. vocat. gent. 1, 14 p. 666C *opp.* manifestis. Rvric. epist. 2, 34 p. 419, 8 -ia et inaccessa pertemptans). gest. Pelag. 3, 11 p. 62, 23 iudicii modum, qui est -is nobis. c. Iul. op. imperf. 1, 40 ineffabilem et -em gratiam (Ps. Prosp. vocat. gent. 1, 22 p. 675C). 3, 24 quanto excelsior, tanto -ior divina quam humana iustitia. c. Pelag. 4, 6, 16 p. 539, 8 scrutari ... -em quaestionem. serm. 155, 8, 8 divitiae ... dei -es. *al.* Consvlt. Zacch. 2, 15 p. 81, 24 -is dei sapientia (*cf.* Leo M. serm. 52, 1 -e propositum sapientiae dei). Cassian. conl. 13, 15, 2 pietate. 13, 17, 1 (*cf.* tit.) viis. Conc.S II 3, 1 p. 83, 20 (*cf.* II 3, 2 p. 8, 27 *var. l.*) inenarrabilem et -em concursum ad unitatem (*gr. II 1, 1 p. 105, 20* ἀπορρήτου, *aliae verss.* arcanum, secretum). Ps. Prosp. vocat. gent. 2, 4 p. 690B gratiae ... -es investigabilesque mensuras. 2, 23 p. 709C cum -ior sit causa donorum ... quam miseriarum. *passim* '-ia iudicia'; *sing.* Prosp. carm. de ingrat. 774 (763) *Christi* iudicium ... -e et altum. Ps. Prosp. vocat. gent. 1, 25 p. 686B dei. 2, 17 p. 704C. -e est *c. interrog. indir.*: Ps. Prosp. vocat. gent. 2, 22 p. 709A -e ... est valdeque secretum, cur tantis differentiis conditio humana variata sit.

2 *de natura, corde humano:* Vvlg. prov. 25, 3 caelum ... et terra ... et cor regum -e (Ier. 17, 9 pravum est cor omnium et -e: quis cognoscet illud? ego dominus scrutans cor *eqs.* [Hier. in Ier. 3, 74, 1 *ad l.*: '-e' sive 'desperabile' eo, quod nullus cor hominum valeat invenire]). *cf. l. 34sq.*

adv. **inscrūtābiliter.** *i. q.* ἀπερινοήτως: Mar. Merc. Conc.S I 5 p. 50, 18 (= II 3, 1 p. 83, 15. II 3, 2 p. 8, 21) inenarrabiliter atque -r factus homo (*v. p. 1635, 59*).

deriv. (*retrogr.*): scrutabilis.

inscrūtātus, -a, -um. *ab* in *et* scrutatus (*pass.*). *i. q. non exploratus:* Martyr. gramm. VII 167, 11 haec nos, quoniam lecta non invenimus, -a relinquimus.

inscrūtor, -ātus sum, -ārī. *ab* in *et* scrutari, *fort. favente* i *prothetica (nota var. l.).* *i. q. scrutari alicubi, aliquid, de aliqua re:* Itala gen. 31, 33 (Aug. loc. hept. 1, 116) *Laban* -tus est in domo Liae (scrut- *NLSb ut Lugd., cf. Vulg. 34 et Fischer ad l.; gr.* ἠρεύνησεν εἰς τὸν οἶκον). Iren. 1, 23, 1 (= 1, 16, 1 H.) universam magicam adhuc amplius -ans *Simon Magus* (scrut- *var. l., Stieren*). Virg. gramm. epist. 2 p. 121, 15 *de pronomine 'ego'* tam multi innumeras ventilabant quaestiones, -antes quomodo et qua ratione ... desimilibus literis idem pronomen conpositum sit. *E.*

insculpo *et* **īnscalpo,** -psī, -ptum, -ere. *ab* in *et* scalpere (sculpere, *v. l. 77*), *cf.* exsculpere *et* Diom. gramm. I 378, 31 scalpo -ulpo. issc- *vel* iisc- *p. 1852, 53; de* isc- *v.* sculpo. -scalp- (*praeter locum notionis singularis* Don. *nonnisi p. p. p., cf. vol. V 2, 1831, 48*): Plin. nat. *p. 1852, 33* (*sed* -sculp- *p. 1852, 29*). Epist. Secundi *p. 1852, 39.* Ivl. Val. *p. 1852, 69* (*cf.* inscalptio). Don. *p. 1852, 82 et var. l. p. 1852, 76.* *p. p. p.* -(s)cultus *saepius var. l.* Gloss. ἐγγλύφω. τορύνω. *v. et vol. III 76, 10 sq.* *legitur inde a* Cic. *philos. et* Hor., *apud quos primos etiam* sculp- *iuxta* scalp- *traditur.* [*variat in codd. c. simplici, aliis compositis,* inscribere (*v. infra*). *e coni. dub.*: Damig. lapid. 7 (*v.* sculpo).]

1 *i. q. scalpendo inscribere, maxime ad memoriam aeternam* (*copulatur c.* inscribere *p. 1852, 8 et per amplificationem p 1852, 25, c.* incidere *p. 1852, 22. 30,* -i *c.* innasci *p. 1852, 56*): **a** *c. notione indendi* (*cui, indicatur per* in *c. abl. ap.* Cic., Liv. *et rarius postea in serm. ped., dat. inde a poetis et titulis aevi Aug.,* Val. Max., Sen. [*hic primum certum, l. 25*] *passim, ? abl. l. 13,* super *l. 40,* ibi *l. 17; quomodo, indicatur per abl. 'litteris' sim. l. 4. 15. 37*): **α** *proprie:* Cic. div. 2, 85 perfracto saxo sortis erupisse in robore -ptas (-ptis *B corr.*) priscarum litterarum notis. Hor. sat. 2, 3, 90 *Staberius* summam patrimoni -ere saxo heredes voluit (*84* incidere sepulcro. *cf. similia l. 9. 23. 29. 37 et* Porph. *ad l.*: ut heredes sui sepulchro eius -rent, quis quantum in partem sumpserit). Lex Quinctia (Frontin. aq. 129) 43 quibus *maceriis* inscripta -ptaque (-ptave *Mommsen*) essent ... nomina (Mela 2, 112 sepulcrum, cui n. eius *Iovis* -ptum est. Tac. ann. 2, 69, 3 n. Germanici plumbeis tabulis -ptum. Ivst. 3, 5, 10 ut *milites* ... tesseras -ptis suis et patrum n. dextro bracchio deligarent). Ov. met. 15, 621 cornua ... postibus -unt longum mansura per aevum. Liv. 2, 33, 9 nisi foedus cum Latinis ⟨in⟩ (*add. Mueller*) columna aenea -ptum monumento (*dat. fin.*) esset *eqs.* 28, 46, 16 *Hannibal* aram condidit ... cum ingenti rerum ab se gestarum titulo Punicis Graecisque litteris -pto. 39, 37, 16 quae monumentis litterarum in lapide -ptis (sculptis *Lov. 2*) in aeternam memoriam sancta atque sacrata sunt. Vitr. 8, 3, 22 ibi est epigramma -ptum (*21* inscriptum). At. Cap. Macr. Sat. 7, 13, 13 *usus* signaturas pretiosis gemmis coepit -ere (*antea*: imprimebatur ... sculptura materiae anuli. *cf.* Macr. *ibid.* 11 deorum formas -i anulis). Decret. decur. Pis. de L. Caesare (cil xi 1420) 31 cippo ... hoc decretum ... incidatur -aturve. Val. Max. 8, 7 ext. 12 id ... ignotum esse posteris ... Iophon noluit, sepulcro patris quae retuli -endo. 8, 14, 4 anulo ... -ptam ... traditionem. Sen. benef. 4, 37, 4 *miles ingratus* dignus ... fuit, cui non inscriberentur illae litterae (*sc. stigmata*), sed -rentur (Qvint. inst. 1, 1, 27 tabellae. Itala exod. 36, 37 [Lugd.] -erunt in eo *auro* litteras deformatas signaculi [*gr.* ἔγραψεν, *Monac. et Vulg. 39, 29* scripserunt]). Lvcan. 10, 180 (*loq. Caesar*) quodcumque vetustis -ptum (inscriptum *G*) est adytis. Plin. nat. 7, 82 *mirifica* -pta monumento (Plin. epist. 8, 6, 14 incisa et -pta [inscalpta *Ald.*] sunt publicis aeternisque m. praetoria ornamenta Pallantis [*antea*: aere signari. *cf. 13 in senatus consulto*: inciderentur]. Svet. Nero 41, 2 -ptum [-ptu in *G*] m. militem). 36, 42 sunt ... in columnarum spiris inscalptae (-sculptae *B²*) nominum eorum (*sc. Saurae et Batrachi*) argumento lacerta atque rana. Act. Arv. a. 90 l. 64 ut acta -rentur. Sent. Delph. et Antic. (cil iii 567) 4 *sententia* Delphis in latere aed⟨is insculpt⟩a est (*legit olim Cyriacus*). Svet. Claud. 1, 5 nec contentus elogium tumulo eius *Drusi* versibus a se compositis -isse (exc- *X*) *Augustus.* Epist. Secundi (cil xii 4393) 2, 19 vestram ⟨adsen⟩sionem ... aereae tabulae inscalptam. Itala II par. 3, 5 (Complut.) -psit super eam *domum* palmas *eqs.* (*gr.* ἔγλυψεν, *Vulg.* scalpsit). I Macc. 13, 29 (rec. L) fecit in columnis armamenta ... et secus armamenta naves -ptas (*gr.* ἐγγεγλυμμένα *vel* ἐπι-, sculptas *cod. G, recc. BX, Vulg.*). Vopisc. Aurelian. 5, 5 in qua *patera* -ptus erat Sol. Serv. Aen. 1, 640 (*cf.* Serv. auct. 641) 'caelata'. 10, 497 'inpressum'. Ambr. epist. 37, 32 lex vera non -pta tabulis nec aere incisa, sed impressa mentibus atque infixa sensibus. Macr. Sat. 1, 21, 12 Osirin Aegyptii ... quotiens hieroglyphicis litteris suis exprimere volunt, -unt sceptrum inque eo speciem oculi exprimunt. Cod. Theod. 14, 4, 4, 4 haec ... omnia aeneae tabulae ... ad aeternam memoriam oportebit -i. Cod. Iust. 1, 8, 1 (*a. 427*) signum ... Christi ... vel in solo vel in silice vel in marmoribus ... -ere (sculpere *tit.*) vel pingere. Alc. Avit. epist. 87 p. 97, 4 quid -endum sigillo. CIL VI 31 956 (= Inscr. christ. Diehl 155) cum dolore meo isssculpi (iisculpi *Sirm.*) iussi. **β** *in imagine:* Cic. ac. 2, 2 ut litteris consignamus quae monimentis mandare volumus, sic ille *Lucullus* in animo res -ptas habebat (nat. deor. 2, 12 omnibus ... innatum est et in a. quasi -ptum esse deos [*cf.* 1, 45 *natura* -psit in mentibus, ut eos *deos* aeternos et beatos haberemus]. Ivl. Sev. rhet. 24 p. 370, 8 si in [*V, om. cett.*] a. frequenti usu -pta [*F,* sculpta *cett.*] permanserint *praecepta*). Tert. anim. 36, 2 sexus proprietatem alteri substantiae adscribere ..., ut aut caro animae aut anima carni -ret sexum (*cf.* Pacian. [?] sim. carn. p. 116, 1 *caro* similitudinem peccati velut -ptam sibi oblitterare non poterit). pudic. 22, 15 cicatrices Christiano proelio -ptae.

b *c. notione ornandi* (-ptus *aliquid l. 78*): **α** *proprie:* Val. Max. 1, 1 ext. 2 dentes eburneos ... -ptos gentis ... litteris. Vlp. dig. 19, 2, 13, 5 si gemma includenda aut -enda data sit (Apvl. flor. 9 p. 34 *Hippias* anuli et orbiculum circulaverat et palam clauserat et gemmam -erat [*cf. Plat. Hipp. min. 368C* ἐπιστάμενος δακτυλίους γλύφειν]). Ivl. Val. 3, 52 p. 161, 4 vas ... inscalptum erat atque caelatum navalibus proeliis. Clavd. 5, 342 *Rufinus iussit* -i (inscribi *var. l.*) propriis aurum fatale figuris. Pavl. Nol. carm. 27, 388 -ptum camera crispante lacunar. Physiogn. 109 p. 132, 15 ⟨γλαφυρὸν ... intelligendum est⟩, quod non uniforme est nec congestum, sed discretum tanquam interrasum vel -ptum (prosc- *ed. Molinii*). *de mundo ideis figurato:* Ps. Apvl. Ascl. 17 per formas ... solas specierum, quarum imaginibus videtur -pta (inscalpta *B*) *cava mundi rotunditas,* quasi visibilis creditur, cum depicta monstratur. **β** *in imagine:* Tert. apol. 35, 7 cuius non praecordia -pta appare⟨re⟩nt ... Caesaris scaenam ... praesidentis (parere⟨n⟩t ... Caesarem ⟨in⟩ scaena ... praesidentem *Φ*).

2 -scalpere *i. q. scabere* (*cf.* exscalpere *vol. V 2, 1831, 68*): Don. Ter. Phorm. 315, 2 *Ambivius Turpio* aurem minimo -ens (scalp- *V*) digitulo.

deriv.: inscalptio.

[Reichmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(īnsculptio,) īnscalptio, -ōnis *f.* *ab* inscalptus (IVL. VAL. *p. 1852, 69*). *i. q. caelatura*: IVL. VAL. 1, 4 p. 7, 19 annulo aureo ..., cui -o erat solis effigies *eqs.* (*gr. Hist. Alex. M. I p. 9, 4 Kr.* δακτυλίῳ χρυσῷ ἐν λίθῳ γλυφὴν ἔχοντι). 2, 29 p. 100, 25 *lapidis* -o adeo tenuis erat, ut *eqs.* (*gr. l. c. p. 88, 19* ὕελος ... περιεκέχυτο).

ἄγλυφος **insculptus** incaelatus GLOSS. II 216, 37. *ab* in *et* sculptus.

īnsecābilis, -e. *ab* in *et* secare, *cf.* secabilis *et gr.* ἀμέριστος *sim.* GLOSS. ἄτμητος. *inde a* VITR., SEN. epist., *in poesi semel ap.* PRVD.

i. q. qui (quod) secari non potest, individuus sim. (*n. pl. pro subst. infra l. 34*): 1 *in sermone technico*: a *generatim*: SEN. epist. 118, 17 aliquid difficulter secari cogitavimus: novissime crescente hac difficultate -e inventum est. CLAVD. MAM. anim. 1, 5 p. 38, 21 omne ... -e secabili ... praeponitur. b *t. t. philos.*: VITR. 2, 2, 1 atomos, quas nostri -ia corpora, nonnulli individua vocitaverunt ([*infra*: nec sectionibus dividuntur]. QVINT. inst. 2, 17, 38. 3, 3, 13. LACT. opif. 2, 10 [= ISID. orig. 8, 6, 16] -bus ac solidis). LACT. ira 9, 4 minutis seminibus et -bus (10, 24 [insensibilia *B*]). c *t. t. arithm., geom., metr.*: FAV. EVL. p. 3, 5 monas singularitas -is, indivisa, sola, non ex partibus constans ([*infra*: quod in partes sui divisione ⟨non⟩ discedat]. *sic de unitate*: p. 6, 24 monadem. BOETH. arithm. 1, 10 p. 23, 8 unitatis. ISID. lib. num. 5 *numerus unitatis* [*3* indivisibilis]. *cf.* MART. CAP. 6, 707 monas ... -is procreatio numerorum est [*infra*: parte nulla discernitur]. 7, 732 *monadis* linea). MART. CAP. 9, 971 primum *genus numeri* ... tempus est, quod in morem atomi nec partes nec momenta recisionis admittit, ut est in geometricis punctum, in arithmeticis monas ...; atque hoc erit brevissimum tempus, quod -e memoravi; compositum vero, quod potest dividi *eqs.* BOETH. arithm. 1, 10 p. 22, 3 *numerus pariter impar* in partes aequales recipit sectionem, partes vero eius mox indivisibiles atque -es permanebunt. 2, 4 p. 89, 23 constat punctum ... omnium intervallorum esse principium et natura -e, quod Graeci atomon vocant *eqs.* d *t. t. gramm.*: PRISC. gramm. II 553, 26 *verba* propria, quae -em substantiam demonstrant, ut 'Socrates', 'Scipio' (*opp.* secabilem). e *in doctrina christiana de trinitate*: HIL. trin. 2, 5 aliter sentientibus ... -ia desecantibus, incorrupta scindentibus, indivisa partientibus. PRVD. ham. praef. 61 deum perennem findit in duos deos, audet secare numen -e *Marcion* (*cf. 44* summam ... dividit substantiam).

2 *usu non technico c. respectu*: a *societatis*: HIL. coll. antiar. p. 100, 3 per quam *caritatem* admixtos -i in dei nomine affectu nulla vis saecularium motuum aut dissolvit aut dividit (*cf. Rom. 8, 35*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 1, 1 (*per alleg.*) indivisibilem et -em tunicam Christi (*sc. pacem ecclesiae*) ... disrumpens inimicus et scindens (*Migne gr. 35, 721A* ἄτμητον καὶ ἀμέριστον). b *duritiae*: SIDON. epist. 4, 23, 2 nisi scopulis durior duras aut adamantibus rigidior perseveras -bus.

Reichmann.

1. (īnseco, īnsequo). *verbum mancum, vix seiungendum a gr.* ἐν(ν)έπειν, *v.* LIV. ANDR. *l. c.; vulgo conferunt* inquam (*sed v. Stolz-Leumann*⁵ *163sq.*), *umbr.* prusikurent '*pronuntiaverint*', sukatu '*declarato*' (*sed v. Devoto, Tab. Iguv. 395*); GELL. 18, 9, 3. 7sqq. *grammaticum quendam atque* 'doctores et interpretes vocum Graecarum' *secutus* -o *et* ἐν(ν)έπω *quodammodo coniungit c.* insequi *et* ἕπεσθαι (*doctrinam graecam a scholiis Homeri genuinis alienam esse ceterumque fere non servari nisi Etym. M. 367, 12 G. et in veriloquiis vocis q. e.* ἔπος *confirmat U. Fleischer per litteras*). *de scripturis* -c- *et* -q- *fusius disputat* GELL. 18, 9 *dicens formam* -cenda (CATO) *ab illo grammatico sec.* -que (ENN.) *in* -quenda *mutari, sed illic a Velio vocem q. e.* insectiones *et interpretationem quandam Varronianam conferente formam* -ce *substitutam eandemque sibi ap.* LIV. ANDR. *in* 'libro verae (venerandae *Oiselius, malim* reverendae *vel* verecundae *ut 18, 5, 11; cf. 2, 3, 5* mirandae) vetustatis' *bibliothecae Patrensis obversatam esse (ad rem cf. Suet. gramm. 24, 1. Leo, Plaut. Forsch.*² *23sqq.). veteres si verbi formas singulas certa ratione variasque una scripserunt,* -q- *an, quod Gellio* 'lenius leviusque' *sonat,* -c- *adhibuerint, non liquet; pridem enim falso irrepere potuit tam* qu *ex confusione interpretum illo modo graecissantium quam, quod monuit M. Leumann per litteras,* c *ex eiusmodi doctrina, qualem Velius protulit.*

de notione: PAVL. FEST. p. 111 -que apud Ennium dic, -xit dixerit (*inde* GLOSS.ᴸ II Philox. IN 466 -que εἰπέ. *cf. Lindsay in ed. Festi a. 1930 p. 235*). GELL. 18, 9, 3 *grammaticus dixit* traditum ... esse -que quasi 'perge dicere' et 'insequere' (*cf. p. 1867, 17*), itaque ab Ennio scriptum *eqs.* GLOSS.ᴸ IV Ps. Plac. I 39 -quis: narras, refers; et interdum pergis (*lemma ex imitatore poetae veteris haustum esse putat M. Leumann*).

b *laxius 'ad, supra'* (*cf. p. 1869, 80*): CVRT. 4, 3, 22 *Tyrii* arae ... Herculis ... -uere vinculum, quasi illo deo Apollinem retenturo (COLVM. 4, 26, 2 sarturae *iugi* ... v. -antur. *cf.* CVRT. 7, 5, 36 collo -rta catena. EVTR. 7, 15, 1 furca capiti [capite *var. l.*] ... -rta. MACR. Sat. 1, 11, 9 *iugum* cervicibus [*in imag.; antea*: imposito]. *structuram originariam v. ex. gr. p. 1871, 34. 40. 53sq. 76*). 9, 1, 29 aureis soleis -uerat gemmas, lacerti quoque et brachia margaritis ornata erant (HIER.

[Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

chron. a. Abr. 2312 vestibus calciamentisque [diademaque in capite *add.* Iord. Rom. 299; *syn. Eutr. 9, 26* indidit, *Cassiod. chron. II p. 149, 1022* conseruit]. Val. Cem. hom. 7, 3 p. 714C collo. *al.*). Stat. Theb. 2, 711 *Tydeus quercui* galeas perfossaque ... -it arma ([*ex Verg. Aen. 11, 6* induit]. Rufin. Greg. Naz. orat. 1, 101 p. 75, 2 corpori [*gr.* πανοπλίᾳ ... σῶμα ... περισκέποντα]). Amm. 14, 6, 9 *lacernas* in collis -rtas iugulis ... adnectunt (*cf.* 31, 2, 5 tunica collo -rta). *al.*

2 -ere *partes corporis* ('caput' *rei in imag. l. 41. 42*): **a** *proprii*: α *manum sim.*: Ter. Haut. 564 manum in sinum ... meretrici -ere (ingerere *A, corr. m. rec.*). Ov. am. 2, 15, 12 laevam tunicis -uisse manum. Liv. 33, 5, 11 rami locum ad -endam manum non relinquunt (*cf. Polyb. 18, 18, 13* παρείραντα τὴν χεῖρα). Vell. 2, 103, 4 vota paene -entium caelo manus (Sen. Herc. O. 169 *de Briareo*). Val. Max. 9, 12 ext. 9 *quercum fissam* -rtis ... manibus divellere. Colum. 6, 6, 4 manu per anum *bovis* -rta (*in medicina ut*: 6, 30, 8 alvo. 6, 30, 10. *al.*). Lucan. 2, 300 ignibus atris *faciendis* (*in imag. c. not. admovendi ut* 8, 552 caelo ... tonante profanas -uisse m.). 9, 483 Romana iuventus procubuit ... -uitque manus terrae. Petron. 97, 5 vinculo. Plin. nat. 32, 17 *pisces* ora ... manibus -endis praebent (*sim. leoni mansueto*: Stat. silv. 2, 5, 6 [*Itali*, incertas *M*]. Mart. 2, 75, 2 in ora. *cf. p. 1881, 22*). Max. Tyr. hom. 103 p. 492B *salutans* manui *amici* manum -it (*cf. p. 1875, 13*). *al.* *cf. p. 1875, 7 et* Sen. Phoen. 481 laeva *manus* se clipeo -at ([ingerat *var. l.*]. Paul. Nol. carm. 23, 284). Stat. Theb. 6, 356 citharae ... manus -rtus Apollo. *similia*: Prop. 3, 14, 30 *puella* vadit circumdata turbā nec digitum ... est -uisse ([*sc. vesti sim., cf. Ov. ars 1, 606* velle latus digitis]. Ov. met. 12, 321 amento. Cels. 7, 29, 2 *syn.* demittere. *al.*). Ov. met. 9, 57 (*loq. Achelous*) vix ... -ui (exserui *var. l.*) ... bracchia *sc. amplexui Herculis* (Aster. ad Renat. RevBén. 47, 1935, 106 collo). Quint. inst. 11, 3, 98 binos ... digitos distinguimus, sed non -rto pollice (Suet. Galba 20, 2 per os). Sol. 27, 14 -rtis in ora unguibus *leonum* (*Plin. nat. 8, 46* coniectis). Paul. Petric. Mart. 2, 598 -rtam *sc. faucibus daemoniaci* ... dextram. β *alia*: Cic. Verr. II 4, 37 (*in imag.*) homini iam perdito et collum in laqueum -enti (Sen. Phoen. 148 laqueis. *al.*). Font. 43 -ite (inferte *Itali*, intendite *H. J. Müller*) oculos in curiam, introspicite *eqs.* (Ov. met. 2, 94 in pectore [pectora *var. l.*]. Val. Max. 3, 3 ext. 1 miraculo. *al. cf.* Aster. ad Renat. RevBén. 47, 1935, 105 vultum. Paul. Nol. carm. 18, 371 aciem. Gaud. Aug. c. Gaud. 1, 10, 11 p. 205, 28 -rto invicem aspectu. *al.*). Phil. 2, 82 *Antonius* caput in ... lecticam -ens ([*V*, inferens *cett.*]. Ov. met. 14, 737 *laqueo*. Liv. 8, 36, 6. Sen. Ag. 92 nubibus ... -rta c. turris. Herc. O. 493 astris -it Pindus c. Plin. nat. 10, 169 viperae mas c. -it in os. *al.*). Ov. am. 3, 2, 64 cancellis primos -uisse (imposuisse *var. l.*) pedes (Lucan. 4, 628 victor ... *victi* inguina ... -rtis p. distendit. *al. cf.* Ser. Samm. 776 calces). Phaedr. 1, 26, 8 *ciconia lagonae* rostrum -ens. Apul. met. 5, 6, 9 *Psyche marito* imprimens oscula ... et ingerens verba ... et -ens (*v*, ingerens *F*) membra. *al.* *peculiariter de lingua retracta* (*opp.* exserere *vol. V 2, 1855, 55*): Paul. Fest. p. 116 lingula ... alias a similitudine exsertae *linguae* ..., alias -rtae, id est intra dentes coercitae.

b *alieni*: Colum. 6, 19, 2 -rto (incerto *var. l.*) *sc. numellae* capite *bovis*. 8, 2, 15 (*om. SA*) per excisam partem *corii* galli pes -itur. Tac. ann. 1, 34, 2 -uerunt digitos *Germanici oribus suis*. Suet. Nero 49, 2 hominis cervicem -i furcae. Prud. perist. 5, 251 hostis ... ligno ... plantas *martyris* -it *sc. in carcere*.

c *speciatim in serm. medicorum de nexu naturali* (*fere mediopass. praes., raro refl. vel p. p. p.; exempla posteriora fort. transeunt ad* 2. insero, *v.* ἐμφύεσθαι *l. 69 et* -itus *l. 68*): Cels. 1 praef. 24 sive quid *viscerum atque intestinorum* -itur alteri sive quid partem alterius in se recipit. 8, 1, 13 tubercula *vertebrae*, quae inferiori -antur (*syn.* insinuantur). 8, 1, 19 umeri caput ... parvo excessu vertici ... ossis -itur. 8, 1, 20 cubitus ... duobus ... verticibus ... in sinum (sinu *var. l.*) umeri ... se -it. 8, 1, 27 *os calcis* in sinum *tali* ... -itur. Macr. Sat. 7, 4, 17 inferius *ventris orificium* ... demissum intestinis adiacentibus -itur. 7, 9, 21 prima ... συζυγία nervorum ... petit oculos ..., secunda in aures diffunditur, ... tertia naribus -itur. Vindic. epit. alt. 27 inde venientes fistule sub ... cervice vissice -untur inter membranas. Cael. Aur. chron. 2, 4, 71 *ossibus* natura -rti sunt *dentes*. 5, 4, 67 *vesica est* altioribus -ita locis *corporis* atque celata. gyn. 1, 17 l. 122 *seminalis via* -itur collo *vesicae* (*Soran. gyn. 1, 12, 2* ἐμφύεται). *al.*

3 -ere *animantia* (*per circumscriptionem l. 76. 84. p. 1872, 3. 13. 21sqq. 26*): **a** *strictius c. notione inferciendi*: Hor. sat. 1, 5, 12 trecentos -is *sc. in naviculam* (*cf. p. 1869, 67*). Val. Max. 7, 4, 4 *Salinator* solo vix unum exercitum capiente (capienti L^2) alterum -uit. 9, 2 ext. 11 mactatarum pecudum intestinis ... egestis homines -ere, ita ut capitibus ... emineant (*cf.* Capitol. Opil. 12, 5 *bubus* singulos milites -i). Plin. epist. 7, 27, 11 inveniuntur ossa -rta catenis et implicita (Tert. adv. Marc. 5, 18 p. 639, 18. *cf.* Heges. 5, 50 p. 406, 2 *Tiridates* laqueolo -rtus [*gr. 7, 250* βρόχον ... αὐτῷ περιβαλών τις]. *struct. inversam v. p. 1870, 79*). *reflexive*: Paul. Nol. epist. 29, 2 p. 248, 27 ut se foraminis acus hoc est viae verbi vel crucis ... -ret *publicanus* (*cf. N. T. Matth. 19, 24*).

b *usu laxiore et ad B transeunte fere i. q. recipere, inferre sc. in coetum sim.*: Hor. carm. 1, 1, 35 quodsi me lyricis vatibus -es. 2, 5, 21 *Gygen* si puellarum -res choro. 3, 25, 6 Caesaris ... decus stellis -ere et consilio Iovis. Sen. epist. 95, 72 quo *facto* illum *Tuberonem* Catonibus -am. Plin. nat. 35, 8 *Messala* prohibuit -i genti suae Laevinorum alienam imaginem. Stat. silv. 5, 5, 72 *adoptaturus puerum nascentem* -ui vitae (*i. viventibus*). Suet. Aug. 42, 2 manumissos -rtosque civium numero (Auson. 197, 11 p. 56 P. *al.*). Tib. 3, 1 -rtus (intersertus *var. l.*) est et Liviorum familiae adoptato in eam materno avo (Claud. 39, 2 neminem umquam per adoptionem f. Claudiae -rtum *esse. cf. infra l. 19. 26 et* 2. insero *p. 1879, 72*). *al.* CE 1109, 32 (*aet. Flaviorum*) turba stipatus Amorum laetus Adoneis lusibus -eris. Veg. mil. 2, 2 cum proprios et sibi -itos equites ... matriculis teneat *legio* (*cf. p. 1873, 78 et* Cod. Theod. 7, 20, 12 pr. quisquis ... legionibus -endus. Cod. Iust. 2, 7, 25, 3). Hier. epist. 2, 2 ne consortio beatorum -retur ... caput *meum* (Cod. Iust. 12, 16, 5, 4 *a. 497/9. al.*). Cod. Theod. 1, 6, 11, 1 quemvis Romanis corporibus -rtum (*antea*: corporatum. 14, 3, 10). *al.* *reflexive*: Ov. ars 1, 605 -e te turbae. Liv. 3, 17, 10 patres ... -entes ... se in circulos *plebis* sermones ... serere (*cf. infra l. 79*). Val. Max. 6, 2 ext. 1 -it se tantis viris mulier (*in imag., sim. p. 1873, 25. 27*). 9, 15 tit. qui ... mendacio se clarissimis familiis -ere conati sunt (*cf. l. 6 et* Porph. Hor. sat. 1, 6, 34 senatorio ordini). Tac. hist. 2, 19, 1. 3, 20, 1 ann. 1, 28, 4. *al.* *cf.* Ov. met. 13, 33 (*loq. Aiax ad Ulixem*) quid ... -is Aeacidis alienae nomina gentis *i. tua* ? (Cod. Theod. 12, 1, 19 militiae. *aliter e. g. infra l. 56*). Tac. ann. 6, 2, 2 ignobilitatem suam magnis nominibus. *mediopassive*: Liv. 22, 49, 14 consul ... nulli fugientium -rtus (*Bauer*, infestus *codd.*, infertus *Perizonius*) agmini. Val. Max. 9, 7, 2 neque oportere clarissimae familiae ignotas sordes -i (*i. Equitium, qui se Ti. Gracchi filium simulabat. cf. Cic. Sest. 101* insitivum Gracchum *et v. quae monui supra l. 8*). Sil. 5, 31 -rti ... globo pedites. Stat. Theb. 11, 208 Tisiphone ... -rta ministris. Tert. spect. 20 p. 21, 8 *mentio*, quae ... prohibeat eiusmodi conventibus -i (interesse *var. l.*) servum dei. Iuvenc. 1, 293 *mater Iesum* vatum ... choreis invenit -rtum (*cf. N. T. Luc. 2, 46*). *al.*

c *spiritualiter de incarnatione dei*: Hil. trin. 2, 25 p. 66C deus ... virginis utero -rtus. Ioh. Maxent. Conc.S IV 2 p. 12, 7 si formatae ... carni semet verbum dei -uit in utero virginali (*antea*: semet ... univit). Leo M. serm. 25, 3 p. 210A tam ei (*i. essentiae divinae*) proprium fuit totam homini -i quam ei proprium est totam a patre non dividi.

B ***translate***: **1** *notione sollemni fere i. q. interserere, interponere* (*saepe c. colore subdendi, e. g. infra l. 61. 74. p. 1873, 43 sqq., cf. supra l. 3. 21 necnon* 2. insero): **a** *generatim*: Liv. 6, 38, 7 nihil patricium magistratum -am concilio plebis. 27, 23, 2 minimis ... rebus prava religio -it deos. 33, 47, 4 factionibus Carthaginiensium -ere publicam auctoritatem *Romanorum*. Manil. 4, 731 adde sonos totidem vocum, totidem -e linguas *eqs.* Orat. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 1, 17 *Tarquiniis Prisco et Superbo* -rtus Servius Tullius. Sen. Thy. 323 liberos sceleri. benef. 2, 6, 2 contumeliam meritis. epist. 91, 10 *civitas Lugdunensis Galliis* et -rta erat et excepta. Lucan. 6, 609 moras. 9, 1072 quid ... -uit nostro sua tela labori *Ptolemaeus*? Plin. nat. 14, 19 -rta castris ... vitis. 33, 29 anuli ... tertium ordinem mediumque plebei et patribus -uere (Min. Fel. 17, 8 autumni et veris -ere m. temperamentum. *al. cf.* Gell. 2, 22, 18 in media loca [*infra*: intersiti]. Chalc. comm. 17 [*cf.* transl. p. 32B] medietatem [Boeth. arithm. 2, 50 p. 160, 16 *syn.* internectere]). *al.* Quint. inst. 12, 10, 68 *musici sonis* his, quos interposuerunt, -unt alios. *al.* Tac. dial. 10, 3 nomen *suum* ... famae (*cf. supra l. 21*). Plin. paneg. 37, 7 *Nerva* immunitatem in paternis bonis filio tribuit ... ratus improbe ... his nominibus -i publicanum. 70, 9 ⟨be⟩ne suffragiis consularium virorum urbes, populi, gentes -untur. Suet. Cal. 18, 1 *Caligula muneribus gladiatoriis* -uit catervas ... pugilum. Ps. Cypr. pudic. 3 p. 16, 8 *impudicitia* alienis affectibus suos -ens filios ([ingerens *var. l.; syn.* inducens]. Cod. Theod. *et* Iust. 2, 14, 1, 4 litibus. *cf.* Amm. 14, 6, 15 lucris quosdam et prandiis -unt subditicios). Hil. syn. 73 p. 528B quid tantorum virorum doctrinis atque dictis -imus ... ingenia ...? Rufin. Orig. in cant. prol. p. 75, 16 *logicen* non tam separari quam -i ceteris *disciplinis* convenit et intexi (*antea*: innexam consertamque. *per definitionem ut*: Boeth. in Porph. comm. pr. 1, 7 p. 17, 18 *genera, species eqs.* in ... praedicamentis *Aristotelis* inseparabiliter videntur -rta. *al.*). Paul. Nol. carm. app. 1, 70 nec curas steriles -uere polis *fideles*. Aug. in psalm. 64, 6 ut -rentur *gentes* talibus opinionibus et sacrilegiis. *et passim.* *reflexive* (*cf. l. 49. 56. 64. al.; dub.* Sen. suas. 2, 7): Ov. met. 3, 117 nec te civilibus -e bellis (Claud. 18, 272. *cf.* Plin. nat. 15, 125 bellicis ... se rebus -uit *myrtus*). Val. Max. 9, 15 ext. 1 nihil ad se pertinentibus bonis. Sen. epist. 66, 6 animus ... toti se -ens mundo et in omnes eius actus contemplationem suam mittens (*sim. contemplando*: Hil. trin. 2, 10 in hoc secretum [*syn.* te ... immerge]. Phoebad. c. Arian. 11, 14 D. Macr. somn. 1, 8, 8. *al.*). Tac. hist. 2, 61 Mariccus ... -ere sese fortunae et provocare arma Romana ... ausus est. ann. 5, 4, 1 *Rusticus in senatu* -ere se dubitantibus ac monere *eqs.* (*sim. loquendo* [*aliter p. 1873, 10*]: Rufin. Adamant. 2, 1 p. 61, 15 certamini. 2, 6 p. 69, 11. Clement. 1, 68 disputationibus. *al.*). Ps. Quint. decl. 9, 14 p. 179, 23 *filius* -it (interserit *var. l.*) se *sc. inimicitiis patrum*. Itala I Tim. 6, 10 (cod. d *al.*, *cf.* Vulg.) quidam ... erraverunt a fide et se -uerunt doloribus multis ([*gr.* ἑαυτοὺς περιέπει-

[Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ϱαν ὀδύναις. cf. p. 1874, 43]. sic fere i. q. se implicare, sc. malis: RVFIN. Adamant. 3, 1 p. 115, 29 diversis erroribus ⟨se⟩ -unt. GREG. M. moral. 3, 35 p. 618A pravae semetipsos actioni. al.). CYPR. hab. virg. 20 p. 201, 19 sic se expugnator inimicus per artes suas -it ([inde PRISCILL. tract. 7, 115 per hanc corruptelam e. i. a. s. -it]. de diabolo ut PS. AVG. quaest. test. I 112, 9 p. 290, 22 [antea: -rtum habet hostem]. al.). al. mediopassive: SEN. benef. 4, 7, 1 divina ratio toti mundo ... -rta. LVCAN. 5, 93 terris -rta regendis ... pars magna Iovis. MIN. FEL. 27, 8 daemones -rti mentibus imperitorum odium ... serunt (cf. l. 6). al.

𝔟 speciatim in orationem, sermonem, librum sim. (pro opere substituitur persona l. 44; subiectum est sermo ipse l. 32; opp. applicare l. 38, syn. allegare l. 81. 82; usu laxiore -rtum esse fere i. q. 'inesse' l. 36. p. 1874, 12): α aliquid, aliquem (audacius sine obi. RVFIN. l. 42, reflexive l. 18. 25. 27. 42. p. 1874, 6, aliter p. 1872, 17. 79): ① usu vario: OV. trist. 2, 444 nec obfuit illi Sisennae historiae turpis -uisse iocos. LIV. 5, 21, 8 -itur huic loco fabula (PLIN. nat. 3, 65 hoc loco. HIER. epist. 20, 1 in hoc loco non esse nomen -rtum. ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 21, 17 -at se ... l. praesenti illa obtestatio. al.). 35, 17, 2 suas quisque nunc querellas, nunc postulationes -it. 45, 25, 3 non -am simulacrum Catonis ..., quae dixerit, referendo. SEN. contr. 7, 4, 3 Latro ... nullas quaestiones iuris -uit. suas. 3, 4 Arellius Vergilii versus -uit. al. VELL. 2, 107, 1 tantae rerum magnitudini hoc. VAL. MAX. 1, 6 ext. 1 externa Latinis litteris -rta (al.). 3, 2, 17 togae ... fortitudo militaribus operibus -enda est (3, 8, 6 te, Sempronia, ... virorum o. ⌞-entem te⌟ [edd. pro -ens vel inferens]. cf. sing. 9, 1 pr. CELS. 4, 7, 5. al.). 5, 9, 2 sententiam orationi (al.). 8, 7, 7 tantorum virorum laudibus ... se persona histrionis -uit. SEN. benef. 1, 3, 8 nec his praeceptis fabulas, sed haec fabulis -it Chrysippus. al. CVRT. 6, 8, 12 verba ... sermoni (QVINT. inst. 8, 2, 15 interiectione oratores ... utuntur, ut medio sermone aliquem -ant sensum [seq. interponitur]. PAVL. NOL. epist. 8, 3 p. 48, 5 sermonibus -itum Christi nomen. al. cf. TER. MAVR. 787 -it ... graeca sermo noster nomina). STAT. silv. 2 praef. consolationem ... libro (PLIN. epist. 9, 11, 1. VOPISC. Prob. 18, 6 eosdem. MACR. Sat. 3, 9, 4 dei ... nomen ... libris -itum. al. cf. SVET. Dom. 18, 2 libello). 4 praef. hendecasyllabos ... volumini (RVFIN. hist. 5, 8, 13 -rtam divinis v. veritatem [Iren. 3, 21, 2 τὴν ἐν ταῖς γραφαῖς, lat. quae esset in scripturis]. al.). MART. 4, 31, 4 volo te chartis -uisse meis. QVINT. inst. 2, 4, 30 locum communem non tam -rtum quam adplicitum. al. PLIN. epist. 7, 17, 5 si ... multa -as, multa commutes (cf. 9, 28, 5). 7, 33, 1 (ad Tacitum) historiis tuis -i cupio. CARM. de fig. 73 intersertio fit, cum -itur sententia. RVFIN. hist. 3, 31, 2 sicut iam superius -uimus. AVG. pecc. mer. 2, 1, 1 p. 72, 2 disputationi si se ... -uerit quaestio. et passim. suppositicia: TREB. trig. tyr. 4, 2 Postumus fuit ... ita ... disertus, ut eius controversiae Quintiliano (i. Quintiliani controversiis) dicantur -rtae. c. vi interpolandi (loco corrupto VELL. 2, 60, 4): PRISCILL. tract. 1, 26 heretici interpolantes scribturas et sensum infelicitatis suae divinis sermonibus -entes (sim. scripturis sacris: 3, 59 si qua ab ... hereticis sunt -rta. AVG. de duab. anim. 18 p. 74, 24 quod scripturis divinis hoc ... corruptor -uerit [-everit B]. al.). RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 12 p. 549B non catholice dicta -rta ab aliis sc. in libris Origenis (Orig. princ. 3 praef. p. 194, 3 velut -rta ea ab aliis et adulterata. al. SVLP. SEV. dial. 1, 6, 2 quae adsertores eius ... ab haereticis ... fraudulenter -rta dicebant).

② usu iuridico et curiali q. d. (cf. p. 1874, 19. 24. 31): VAL. MAX. 9, 4, 1 cum quidam M. Crassum et Q. Hortensium ... tabulis falsis heredes -uisset (cf. IVLIAN. dig. 34, 8, 1 -rtae testamento institutiones [INST. Iust. 2, 17, 3 fere ex EDICTO impp. Severi et Antonini dig. 36, 1, 30]. SCAEV. dig. 31, 89, 3 [= 36, 1, 80 pr.] codicillis ... verba. COD. Iust. 6, 26, 1 [a. 146] partes testatorem substitutioni tacite -uisse). POMPON. dig. 31, 11 pr. condicionem legato (CALL. dig. 35, 1, 82 condicio ... l. -ita [antea: praeposita]. VLP. dig. 7, 4, 1, 2 intra diem l. tuo -rtum. al.). 39, 2, 39, 3 exceptio ... stipulationi -enda erit (VLP. dig. 12, 1, 7. 45, 1, 7. al.). GAIVS dig. 20, 1, 15, 1 conventio -i solet cautionibus (al.). inst. 4, 24 in forma legis Furiae ... verbum (cf. formulae: 4, 119. 4, 136 [formula cod.]). VLP. dig. 2, 14, 7, 8 (ex Pedio) persona pacto -itur (COD. Iust. 4, 57, 3 pr. [a. 224] factum. al.). 12, 1, 1, 1 multa ... iura sub hoc titulo praetor -uit. 50, 15, 4, 1 numerum arborum -i censui (COD. Theod. 7, 13, 6 pr. iunior ..., qui censibus tenetur -rtus. 11, 1, 28 terras. cf. 7, 13, 7, 4 [3]). al. PAP. Corp. 217, 36 (a. 237) secundum adfirmationem -rtam (sc. huic instrumento sim.). PANEG. 3, 30, 1 mandanda sunt litteris, -enda monumentis, mittenda in posteros ... miracula (VOPISC. Tac. 2, 3 in m. publicis. al. sed cf. p. 1878, 51). CAPITOL. Gord. 4, 8 publicis actis ... nomen filii (COD. Theod. 15, 14, 9. al. CONC.S II 3, 2 p. 23, 7 monumentorum [syn. indi; gr. II 1, 2 p. 12, 9 ἐμφερέσθω]. al.). VOPISC. Car. 4, 4 Carum albo curiae (v. app. crit.) Aquileiensis civitatis -rtum. VEG. mil. 2, 5 matriculis -untur milites (COD. Theod. 6, 24, 2. COD. Iust. 2, 7, 20, 1 a. 497. al.). 2, 19 nomina ... brevibus (al.). AVG. pecc. orig. 3, 3 p. 168, 21 (gesta eccl. Carth.) recitatum est ... usque in finem libelli ... superius -rti (cf. 5, 5 p. 169, 24 qui gestis ... allegatus est). serm. 164, 8, 12 allegata sunt ista, gestis -rta (al.). et passim. seq. ut (cf. p. 1874, 28): SCAEV. dig. 18, 5, 10, 1 venditor eam legem -uit, ut eqs. 18, 7, 10 venditioni -uit pactum conventum, uti ne eqs. NOVELL. Theod. 14, 7 (= COD. Iust. 5, 9, 5, 7) illud ..., ut (al.). COD. Iust. 6, 20, 17 (a. 472) hoc ..., ut (al.).

③ usu rhet. et gramm.: syllabas, litteras: SEN. epist. 117, 5 coguntur nostri ... unam syllabam 'expetendo' interponere, quam sermo noster -i non sinit; ego illam ... adiungam. VEL. gramm. VII 59, 16 in nomine ... -rtum ... 'u'. 68, 14 'h' littera se ... -uit vocibus aut praeposuit eqs. (GELL. 2, 3, 1 -bant eam 'h' litteram veteres nostri plerisque v. verborum firmandis eqs.). al. numeros, metra: BASS. gramm. VI 261, 15 secundum primum spondeum -rtus ... hendecasyllabo anapaestus (al. cf. TER. MAVR. 2841). 272, 4 metra -rta numeris et intermixta carminibus. QVINT. inst. 9, 4, 61 in omni ... corpore orationis ... numerus -rtus est (cf. Cic. orat. 170 inesse). TER. MAVR. 2331 si vel hoc vel talibus pes -atur (MART. CAP. 9, 980). PORPH. Hor. ars 254 -itur spondeus (syn. interseri). al.

β c. structuris variis: interrog. obl.: VELL. 1, 14, 1 huic loco -ere, quae ... deducta sit colonia. CLAVD. DON. Aen. 2, 670 p. 239, 2 AVG. pecc. mer. 3, 1, 1 p. 129, 17. VITA Hil. Arel. 22 l. 24 C. praefecti quae fuerit sententia, credidi -endam. LEX Burg. lib. const. 48, 1 legibus tenetur -rtum, quemadmodum ... iudicetur (LEX Visig. 5, 1, 2). VEN. FORT. vita Leob. 19, 62 -atur in pagina, qualiter ... evanuerunt incendia. al. acc. c. inf.: SVET. Tib. 61, 6 annalibus suis vir consularis -uit ... interrogatum eum Tiberium ... obiurgasse. VLP. dig. 37, 6, 5, 1 boni viri arbitratu collationem fieri edicto praetoris -rtum est. FAV. EVL. p. 14, 4 Vergilius -it ... animae ... esse decursum. de: RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 190, 10 ut inter istos ordines caritatis etiam de affectu odii ... -amus. AVG. c. epist. fund. 12 p. 208, 5 (verba epist. fund.) de his a plerisque in variis scripturis ... -rtum atque commemoratum est. ut (cf. p. 1873, 82): EVGRAPH. Ter. Andr. 872 Pamphilus -it, ut noscatur, quod Crito ... dicat (cf. 898 insinuatur). quod: LEX Burg. Rom. 14, 7 Gregoriani constitutionibus ... tenetur -rtum, q. ... in potestatem habeat creditor.

2 singularia et recentiora plus minus ad 2. insero vergentia (de not. q. e. 'ingenerare' v. p. 1875, 43): a fere i. q. imprimere, insculpere (cf. sub A p. 1869, 80. 1870, 25; dub. VELL. 2, 126, 1): VAL. MAX. 6, 3, 1a Manlii supplicio aeternae memoriae nota -rta est. 8, 9 ext. 3 malorum vitae imagine audientium pectoribus -rta. b fere i. q. inferre, praebere (hic illic infligendo): EDICT. impp. Diocl. et Maxim. coll. Mos. 15, 3, 4 Manichaeos civitatibus maxima detrimenta -ere (inferre Pithoeus, ingerere Schulting). CLAVD. DON. Aen. 7, 755 p. 104, 27 ut serpentibus -re⟨t⟩ somnum sacerdos ([immitteret edd. vett.; Verg. spargere]. ORIBAS. eup. 4, 88 Aa p. 604 [inferentes Ab]. cf. VITAE patr. Iurens. 2, 6 p. 146, 30 quiete [incerta trad.]). AMBR. in psalm. 1, 28, 6 avaritia morbos excitat, dolores -it (pendet ex ITALA p. 1872, 84. v. et p. 1870, 7). PS. HIER. epist. 5, 1 p. 61B fomes dictorum consolantium -it ut medicus sospitatem (antea: levamen ... animis introducit). PS. VARRO sent. 81 philosophia ... praemium ... menti -endum promittit, fortuna corpori.

II 'aliquid (aliquem) aliqua re' fere i. q. implere (res indita subiectum est l. 62. 73. 84): **A** -rtae fenestrae: VERG. Aen. 3, 152 se plena per -rtas fundebat luna f. locus licentiam poeticam redolet. fortasse recte SERV. auct.: quas lumine suo luna -uerat, ab -endo, quod se per rimas -ret (cf. structuram originariam apud LVCR. p. 1870, 31 et GLOSS. '-rtas fenestras' solis aut lunae lumine penetratas). aliter SERV.: '-rtas' aut clatratas (cf. AVG. trin. 11, 2, 4 p. 987 -rtarum f. cancelli) aut non seratas, ut sit quasi 'inseratas', id est non clausas eqs. (cf. CLAVD. DON.: fenestris patentibus. GLOSS.L II Philox. IN 476 -rtas: ἀνεῳγμένας).

B acu, telis sim. i. q. configere (structuram originariam v. p. 1869, 69; e coni. dub. HEGES. 4, 15, 2 p. 264, 7 v. insuo): TERT. virg. vel. 12 virgines adultae acu ... comam sibi -unt (Rig., inferunt trad.; cf. PACIAN. epist. 3, 25 p. 94 nonnulla pars indumenti sinu plicante subsuitur aut acu -ente reparatur). ITALA Is. 14, 19 (Tycon. reg. 7 p. 71, l. 76, 22) qui ceciderunt -rti gladio (gr. ἐκκεκεντημένων μαχαίραις, Vulg. qui interfecti sunt g.). Ioh. 19, 34 (cod. e) miles lanceā latus eius Christi -uit (gr. ἔνυξεν [ἤνοιξεν var. l., unde Vulg. aperuit], cod. c perfodit, sim. alii). CLAVD. DON. Aen. 10, 885 p. 401, 9 scutum iaculis iam fuerat infinitis -rtum (HEGES. 3, 26, 3 p. 237, 5 sagittae iaculo -rtus). 11, 860 p. 539, 7 non ... percuteretur Arruns, si sagitta non esset eiecta, cuius volatu ... -rtus est (Georgii, incertus trad.). PS. EVSEB. GALLIC. hom. p. 641D clavorum confixione corpus -rtum et lanceae illisione confossum. SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 302 cum vel -rti ⟨sint⟩ sudibus vel pedes inmerserint aggeri hostes. CORIPP. Ioh. 6, 642 iecur -it hasta corque virorum. in imag.: PS. CYPR. singul. cler. 37 p. 213, 19 abscidenda sunt ... de agro vestro cuncta quae pungere et lacerare consueverunt, ne animus agricultoris in possessione sua malignis sentibus -atur.

C vario usu: ITALA Iob 10, 11 (Ambr. Iob 1, 6, 18 p. 223, 12, sim. Petr. Chrys. serm. 143 p. 584C et HIER. interpr. Iob; loq. Iob ad deum) corium et carnem me induisti, ossibus et nervis me -uisti (gr. ἐνεῖρας, Vulg. conpegisti, Ambr. bon. mort. 3, 12 p. 713, 13 intexuisti. cf. RVFIN. Orig. in psalm. 38 hom. 1, 11 p. 1400C mortui non o. ac n. -rti sunt). FVLG. myth. 2, 9 p. 49, 8 Scylla ab inguine lupis ... -rta est (cf. Verg. ecl. 6, 75 succinctam ... inguina monstris). CORIPP. Ioh. 2, 131 Mauris -ita non ullis stringuntur cingula bullis. de spiritu pene-

[Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

trante (cf. p. 1881, 41): Drac. laud. dei 1, 601 spiritus . . . dei, quo corpora cuncta moventur, omnia complectens agitat fovet -it urget ('inseminat' Vollmer minus apte). 2, 38 quaecumque creantur aut generata valent, haec spiritus -it (ingerit var. l.).

? **III 'aliquid aliquid':** Tert. pall. 4, 10 latrinarum antistes . . . armillas (armillis pars edd.), quas . . . ipsae quoque matronae . . . usurpassent, . . . manus -it (acc. duplicem statuit Löfstedt, Verm. Stud. 149 coll. Min. Fel. p. 1880, 15; fort. potius referendum ad attractionem inversam q. d.). cf. p. 1871, 24. 41. cave huc trahas p. 1870, 47.

IV i. q. **conserere** (dub.: Enn. p. 1388, 10. Tib. 1, 1, 74 rixas -uisse [imposuisse Q, conseruisse dett.]. Sen. nat. 2, 29 debent . . . nubes utrimque -i [dissecari var. l., conseri Gercke, in se ferri Schultess]): Cypr. Gall. gen. 863 ut . . . necteret -rtis concordia foedera dextris (cf. p. 1871, 22). Cassiod. var. 12, 14, 4 mare supernum atque infernum -rtis frontibus adunatum. Greg. M. dial. 2, 33 p. 126, 12 M. femina orans . . . -rtas digitis (abl. instr.) manus super mensam posuit. 'sermonem -ere' c. vi efficiendi (aliter p. 1879, 53): Cassiod. Ios. antiq. 15, 7 p. 439 Herodes communem s. cum Caesare -uit (gr. 15, 187 κοινωνῆσαι λόγου . . . ἠξιώθη). 15, 9 p. 441 Caesari . . . s. -uit (gr. 15, 217 Καίσαρι . . . εἰς λόγους ἦλθεν).

deriv.: insertio, inserto. cf. p. 1880, 22.

compos.: subinsertio.

2. *insero, -sēvī (-seruī), -situm (-sertum), -ere. ab in et serere (sevi). de scriptura p. p. p.: Ins-: CIL X 3704, 12. ensit-, inset-: Gloss., cf. infra l. 69. -sat-: Gloss. Not. Tir. 57, 40^a (post satum, vix i. q. 'non satum'; sed 57, 42 -itum post situm).

de formis: **-evi** raro traditur, primum translate (Cic. Tim. p. 1879, 40. Hor. p. 1879, 44. Capitol. p. 1879, 67. al.), ceterum de insitione arborum not. 'implendi' (Colvm. p. 1876, 77. Plin. nat. 17, 122 bis); sub IA et 1. insero (falso p. 1873, 50) non adhiberi videtur. **-itus** transl. inde a Rhet. Her. p. 1878, 28. 30 passim; de ins. arb. Cic. p. 1877, 62 (in comparatione) et passim inde a Varrone (sic tantum, item Plin. nat.); sub IA extra imagines non certum, receptum sub 1. insero p. 1869, 23. cf. -iturus (Cato p. 1876, 75. Colvm. arb. 8, 2) necnon in prisca Latinitate insitio, Insitor. per confusionem c. 1. insero (v. testimonia grammaticorum p. 1869, 7 sqq., deriv. p. 1880, 22, voces Romanicas infra l. 69 sqq.): **-ui** (cf. Ennianum illud seruit p. 1869, 18) de ins. arb. Varro p. 1877, 11. Colvm. p. 1876, 63. Lex Manc. (CIL VIII 25 902) 3, 10 (hic primum not. 'implendi'; 2, 22 seruerit. 3, 6 satum est). Lex Hadr. (CIL VIII 26416) 3, 8 i⟨nse⟩ruerit (inde suppletur CIL VIII 25943, 3, 11 aet. Hadriani). Tert. p. 1877, 65. al. de usu transl. propter notionem ad 1. insero affinem non satis constat. exempla bonae aetatis sive cum illo cohaerentia sive in -evi corrigenda (-ui fere i. q. ingeneravi): Cic. inv. 2, 161 naturae ius est, quod non opinio genuit, sed quaedam in natura vis -uit (-evit Lambinus et edd. sec. l. 27; cf. p. 1869, 47). Manil. 4, 582 Cytherea . . . -uit . . . suos . . . piscibus ignes. Plin. nat. 1, 29, 17 naturae benignitatem etiam foedis animalibus -uisse . . . remedia (22, 15 herbis. cf. apud eundem 11, 2 [syn. collocavit, adplicavit]. 27, 146 [infra: -ret]. de forma -evi v. l. 29). confidentius infra attuli Tert. (p. 1879, 43) et exempla recentiora; legitur in var. l. dubia Lact. inst. 5, 5, 10 epit. 56, 3 (-rtus ap. eundem traditur p. 1879, 7). Avg. p. 1879, 59. desideratur sub IA; aliter p. 1876, 28. **-rtus** de ins. arb. Colvm. p. 1876, 50 (quater, at -itus 21$^{i.s}$, quod praefert etiam Pallad.). Mart. p. 1877, 64 (in lusu verborum) et saepius inde ab Itala (p. 1877, 76; in locis dependentibus adhibetur -rtus saepe, -itus Tert. p. 1877, 81. Hil. in psalm. 51, 22 p. 114, 22. al., utrumque e. g. Ambrosiast. p. 1878, 1. Cassiod. p. 1878, 13), not. q. e. 'impletus' e. g. Porph. p. 1876, 72. usu translato vix probatur ante Tert. p. 1879, 2. 5; variat c. -itus p. 1879, 28. sub IA extra imagines non certum nisi aevo cadente; aliter p. 1870, 29. cf. -rturus Avg. in euang. Ioh. 16, 5. Not. Tir. 57, 24 -it. 57, 38 -[a]evit. cf. l. 25.

de notione et differentiis (cf. 1. insero p. 1869, 7 sqq.): Agroec. gramm. VII 125, 5 -ita arbor est, cui incisae alienum germen includitur; adsita, cui incolumi aliud . . . adiungitur. Synon. Cic. p. 429, 34 B. -itum. innatum. ingenitum eqs. Gloss. ἐγκεντρίζω (δένδρον). -itum: inseminatum. innatum. -itus: ἔμφυτος. ἐγκείμενος. -itae: ἐμφυτευταί. al. legitur inde a Catone, Rhet. Her., Cic. [it. sept. nserí et hisp. vet. engerir 'insitionem facere', port. engerirse 'rigescere'; it. mer. nsiertu, it. dial. ínsitu, énseto, hisp. injerto, catal. eixerc, port. enxerto, prov. ensert 'surculus -itus, -rtus'. R.] [de mendis librariorum v. sub 1. insero.]

I proprie vel in imagine (cf. p. 1878, 15): **A** c. respectu **plantandi, seminandi: 1** structura sollemni, sc. vi immittendi (c. notione 'interserendi' p. 1876, 7. 23, cf. p. 1870, 29. 1876, 80; de Colvm. 5, 7, 3 v. sub inservio): Cato agr. 45, 1 taleas, quas . . . saturus eris, . . . sic -ito. Varro rust. 1, 26 cupressos pro ridicis . . . -unt. Pavl. Fest. p. 25 ea, quae terrae -untur ([-unt, miserunt sim. varr. ll.]. Cvrt. 6, 5, 14 arborum ramos intortos rursus -unt t. [antea consitae, 15 conserunt]. Colvm. 3, 10, 16 planta . . . vel t. vel etiam stirpi recisae -itur [cf. sub B]). Plin. nat. 17, 158 surculos vitium -i (syn. postea serere. cf. Qvint. inst. 6, 3, 88 des mihi surculum ex illa arbore, ut -am [ex Cic. de orat. 2, 278 quos seram surculos. sed cf. p. 1876, 46]). 21, 20 rosae caule conciso -untur (Theophr. hist. plant. 6, 6, 6 φυτεύουσιν); et ocellis radicis . . . unum genus -itur. 21, 26 inventa est et in his liliis ratio -endi (inficiendi Pintianus, serendi Mayhoff; seq. seruntur). Calp. decl. 26 p. 24, 12 agricolae antiquas arbores exstirpant, ut novas -ant (Lex Sal. 27 add. 7 si quis in agrum alienum arborem -rtum exciderit [an ad B?]). Pompon. dig. 43, 16, 11 vim facere possessioni alterius sive -endo sive fodiendo eqs. Ambr. hex. 3, 13, 55 p. 98, 5 secundum . . . fructiferam ficum agrestem ficulneam . . . -ere (Bas. hex. 5, 7 p. 112^B παραφυτεύουσι). Diosc. 4, 157 p. 75, 7 elleborum vitibus -rtum (gr. 4, 162, 4 συμφυτευθείς). Inst. Iust. 2, 1, 33 quae inaedificantur aut -untur sc. solo (ex Gaio dig. 41, 1, 9, 1 seruntur). Ven. Fort. carm. 3, 12, 41 -ita pomorum . . . plantaria surgunt (an ad B?). Caes. Arel. serm. 7, 1 p. 39, 19 agricolae diversa genera seminum conantur -ere (serere var. l.). in imag.: Liv. 38, 17, 13 generosius in sua quidque sede gignitur: -itum alienae terrae in id, quo alitur, . . . degenerat. Lact. epit. 55, 5 sicut . . . priusquam serere incipias, . . . arva purganda, sic de nostris animis prius vitia detrahenda sunt et tunc demum virtutes -endae (56, 2 opp. eruendae). Ivvenc. 2, 319 succidere messem, quae non est vestro sulcis -rta labore (cf. N. T. Ioh. 4, 38). Ps. Avg. serm. ed. Mai 97, 14 infructuosa synagogae ficulnea . . . evulsa est et gentilium in fertilitate fidei arbor -rta est (confunditur parabola Luc. 13, 6 sqq. cum Rom. 11, 17 sqq., v. p. 1877, 76). al. Hesych. in lev. 26, 20 p. 1148^D mentes sunt agri ligna, sicut -rtae . . . corpori. Conc.^{S} II 2, 2 p. 83, 21 non desinit diabolus . . . in ipsis pietatis seminibus zizania sua -ere (alia vers. p. 105, 10 z. super pietatis -ere semina. aliter gr. II 1, 2 p. 126, 16 διὰ τῶν . . . ζιζανίων . . . ἐπιφυόμενος, at cf. Vulg. Matth. 13, 25 superseminavit [gr. ἐπέσπειρεν] z. in medio tritici. Alc. Avit. hom. 20 p. 133, 21 -rtum tritico lolium dogmatis Arriani. v. et p. 1879, 48). Pallad. hist. mon. I 13 p. 291^A talium . . . vitas hominum paginis libelli huius inseruimus, sicut et inter . . . paradisi arbores lignum illud . . . -itum scimus (gr. p. 80, 16 B. ἐνθεῖναι τῷ βιβλιδαρίῳ . . ., καθάπερ . . . φυτοῖς . . . τὸ ξύλον). al. **2** structura inversa, sc. vi implendi (terram sim.; cf. Non. p. 270, 28 conserere: -ere [serere Guietus]): Cvlex 411 his floribus tumulus super -itur (infertur var. l.). Ven. Fort. carm. 10, 9, 33 cautibus -rtis densantur in ordine vites (an recte trad.? -rtae edd.; antea: palmite vestitos . . . colles).

B t. t. agr. de **insitione arborum** notionibus q. s. immittere (surculum sim.) et implere (arborem sim.) hic illic alternantibus neque semper distinctis; adhibetur maxime de insitione per surculos facta, ita ut distinguatur ab emplastratione, inoculatione (Verg. georg. 2, 73 -ere atque oculos imponere. Plin. nat. 17, 121. 17, 133 inoculare et -ere. al.), sed saepe cum his confusum ad quodlibet genus insitionis spectat (Plin. nat. 17, 129 -itur . . . calamo et inoculatione [Theophr. caus. plant. 1, 6, 10 ἐνοφθαλμίζειν ἢ ἐμφυτεύειν]. Pallad. 4, 10, 32 -itur . . . et oculis et surculis. Evstath. Bas. hex. 5, 7 p. 917^C oculos . . . -ere [gr. ἐμβάλλοντας, cf. Ambr. hex. 3, 13, 55 praeiaciunt]. cf. e. g. l. 70 et Serv. georg. 2, 69 [v. insitio]):

1 strictius: **a surculum** sim.: Cato agr. 40, 3 surculum, quem -ere voles. 41, 2. Colvm. 3, 10, 4 sive . . . pastinato deponitur sive trunco -itur (cf. Pallad. 4, 10, 6 secto trunco. 10, 14, 3 melius trunco fisso quam cortice. al.). 4, 29, 4 s. -itum (4, 29, 15 [de eadem re arb. 8, 3 -rtos]. Pallad. 4, 10, 16. 10, 14, 3 cydoneo). 4, 29, 9 s. . . . -rtus (arb. 8, 3 bis. 26, 1 [incertos var. l.; 5, 11, 1 resectos]. Serv. georg. 2, 72 ad p. 225, 4). 5, 11, 1 (fere = arb. 26, 1) arbori (5, 11, 12 = arb. 27, 1. al.). al. similia: Varro rust. 1, 39, 3 semina quae -untur ex arboribus in arbores. 1, 40, 6 ramuli, quem -et. Hor. epod. 2, 14 feliciores ramos -it (Greg. Tvr. vit. patr. 10, 3 p. 708, 1 -uerat [-everat unus cod., corr. m. post.]. al. cf. p. 1877, 59). Colvm. 3, 10, 16 (v. p. 1875, 79) plantam (Plin. nat. 17, 117 sativae plantae vitium silvestrium radicibus -untur eqs. al.). 4, 29, 6 sarmentum (arb. 8, 1). 5, 11, 5 in una arbore . . . plures calamos (Plin. nat. 17, 102 syn. imprimebant. 17, 107). 5, 11, 12 (= arb. 27, 1) omne genus surculorum in omnem arborem (ibid. omni generi arboris). 5, 11, 14 (suppl. ex arb. 27, 3) cacumina, quae -ere voles (5, 11, 15 fissurae fici [arb. 27, 4 aptato]). arb. 8, 2 quicquid -ueris. Avg. gen. ad litt. 8, 8 p. 243, 16 positis seminibus, plantatis surculis, translatis arbusculis, -itis (-rtis unus cod.) malleolis. al.

b arborem sim. (cf. p. 1869, 10 sqq. 1875, 63 et Prisc. gramm. II 375, 22 '-itur arbos'): Varro rust. 1, 40, 6 arbor, quam -ere vult. Colvm. 5, 10, 6 (suppl. ex arb. 20, 2) a. -ita (5, 11, 11 Plin. nat. 17, 120 Serv. georg. 2, 59. cf. l. 72). 11, 2, 37 possunt . . . -i oleae vel emplastrari ceteraeque . . . arbores eodem emplastrationis genere -i. arb. 26, 8 (5, 11, 10 emplastraturus). al. Plin. nat. 17, 140 de a. . . . serendis -endisque. Porph. Hor. epod. 16, 46 -rtas a. (syn. insitivis. cf. Schol. ad l.: cum de -itis loqueretur Vergilius). Pallad. 11, 12, 7 surculus (Hier. epist. 125, 11, 4 vel gemmis vel s. al.). al. similia: Cato agr. 40, 2 quem ramum -iturus eris. Ov. met. 14, 631 qua falce . . . fisso . . . cortice lignum -it Pomona. Colvm. 3, 3, 3 stirpes vitium -itae. 3, 21, 11. arb. 26, 9 materiem quam -everis. Plin. nat. 17, 109 si crassior truncus -atur (Pallad. 4, 1, 1. v. et l. 80). Garg. Mart. pom. 2, 11 quotiens . . . surculo . . . -ita sint germina. al. huc pertinere videtur etiam Verg. georg. 2, 302 neve oleae (gen.) silvestris -e truncos (PRγbc Serv. al., olea M, quod def. pars edd.; oleas vix recte Jahn et de Plinval, Mus. Helv. 1, 1944, 83 acc. duplicem statuens. cf. Brev. Expos., Serv. auct. ad 2, 312 necnon l. 78. Pallad. 5, 2, 1. 'plantare inter vites' intellegunt Schol. Bern., Heyne aliique, cf. p. 1870, 29. 1875, 74).

[Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c *vario usu*: *α generatim*: CATO agr. 7, 4 poma, mala (*eqs.*) ..., item alia genera ... serito aut -ito. 40, 1 ficos, oleas, mala, pira, vites -i oportet *eqs.* 40, 3. 41, 2 *et* 3 vitem. *et passim inde a* VARRONE (rust.), VERG. (ecl., georg.), COLVM., PLIN. nat. *sive nude sive c. obi., laxius etiam* vineam (COLVM. 4, 22, 8 v. fructuosis ... surculis -enda erit. *al.* PALLAD. 4, 1, 1), loca (COLVM. arb. 8, 4 humida loca de uva alba, sicca de nigra -ito. *cf.* 4, 29, 17), arbusta (PALLAD. 4, 10, 32), olivetum (PALLAD. 5, 2, 1 ex o. -ito. CAES. AREL. serm. 15, 3 p. 72, 28 si -uit o., ... quando -rtum est). *β speciatim indicatur (cf. sub a et b)*: *cui arbori*: VARRO rust. 1, 40, 5 in singulis arboribus quot genera -ita sint. *ibid.* si in pirum silvaticam -ueris (-everis *edd. vett.*) pirum ... bonam *eqs.* 1, 40, 6 in quamcumque arborem -as (*sine obi. ut ibid.* species ex arbore in arborem -endi. 1, 41, 3. *al.*). COLVM. arb. capit. 25 olivam fico. *al.* in se (*cf. l. 22*): GARG. MART. pom. 2, 11 persicus et in semetipsam -itur et in amygdalum *eqs.* PALLAD. 2, 15, 4 sorba -untur in se, in cydoneo ... vel trunco vel cortice. 3, 25, 30 *morus* in fico et in se tantum sub cortice. 4, 10, 21 *mespilus* -itur ... in se et in piro *eqs.* (*cf.* ins. 107 sese ... -it). *al.* *quibus surculis vel ex qua arbore*: VARRO *l. 13.* VERG. georg. 2, 69 -itur ... et (ex *var. l.*) fetu nucis arbutus *eqs.* COLVM. 4, 22, 8 (*l. 5*). 5, 11, 3 (*fere* = arb. 26, 2) ex qua arbore -ere voles (*sine obi. ut*: 5, 11, 9 de. arb. 26, 8 ex). arb. 8, 4 (*v. l. 7*). PLIN. nat. 17, 122 -evit castaneam suomet ipsam surculo. *al.* *qua parte*: PLIN. nat. 17, 109 inter corticem et lignum (17, 111. *al.*). GARG. MART. pom. 2, 11 vel in cortice[m] vel in ligno. PALLAD. *l. 16. 17.* *al.*

d *p. p. p. pro subst.*: *α n.* -itum *i. q. surculus immissus vel locus arboris, in quo immissum est aliquid* (*e. g. l. 34. 42; in notionem insitionis vergere videtur l. 38*): VARRO rust. 1, 41, 1 aqua recenti -ito inimica *est* (*Theophr. caus. plant. 1, 6, 6* τῷ ... ἐνοφθαλμισμῷ). COLVM. 3, 21, 1 milia malleolum ex -itis *percipere*. 4, 29, 17 incrementum -iti. 5, 11, 6 (*cf.* arb. 26, 5) dum minime quattuor digitis -ita extent (PLIN. nat. 17, 112). 5, 11, 8 (*fere* = arb. 26, 6) cum surculos ... aptaveris, ... terram circa arborem adaggerato usque ad ipsum -itum (*cf.* PLIN. nat. 17, 115 -itum ... operire terrā. PALLAD. 3, 17, 5). *al.* PLIN. nat. 7, 64 *mulieris menstruantis* superventu ... moriuntur -ita (17, 222). 15, 57 neque omnia -ita (insitu *Harduinus*) misceri fas est. 15, 97 minimum in ... arbore *mori* ingenia profecerunt, nec nominibus nec -itis (insitu *Dalecampius*, insitione *Mayhoff, sed cf.* 17, 59 -ito). 17, 8 -ita et arborum ... adulteria. 17, 58 aut ... semine proveniunt *arbores* ... aut propagine aut avolsione aut surculo (*sc. demisso in terram*) aut -ito aut (in *var. l.*, et *edd. vett.*) consecto arboris trunco (*cf. Theophr. hist. plant. 2, 1, 1*). 17, 116 *ne* plus quam binis ab -ito emineret oculis *calamus*. 17, 138 propaginum -itorumque. *al.* PALLAD. 5, 2, 2 cum conprehenderit oleaster, -emus in infimo vel -itum ponemus (*cf.* imponere *p. 651, 41 sqq.*). *al.* *cf. p. 1878, 13.* *β f.* -itae *sc. arbores sim.*: COLVM. 4, 29, 12 haec per fissuram -itarum (*sc. vitium*) est ordinatio. PLIN. nat. 17, 248 nec -itas circumfodere oportet (*sc. arbores vel amygdalas*). SCHOL. Hor. *p. 1876, 73.*

2 *usu laxiore et derivato* (*exempla ad* 1. insero *proxima*): COLVM. 11, 3, 53 *Bolus* praecipit ... laxatis vel rubi vel ferulae *sectae* medullis stercus inmittere atque ita semina cucumeris -ere, quae ... incremento suo coeant rubis et ferulis; ... sic -itam stirpem frigoribus quoque cucumeris praebere fructum (*cf.* PLIN. nat. 19, 68 in medulla rubi semine cucumeris -ito. 19, 144 est inter herbas genus -endi praecisis germinibus caulis et in medullam semine ex aliis addito; hoc et in cucumere silvestri). PALLAD. 2, 15, 3 si minus ferre coeperit *sorbus*, tedae cuneus eius radicibus -atur (3, 25, 30. *cf.* 1. insero *p. 1870, 14 et* 2, 15, 9 tedae cuneum ... mergamus vel silicem ... -amus). OPTAT. 6, 8 *auceps arbori succisae* adulterinos -it ramos.

3 *in imagine, comparatione, lusu verborum*: **a** *generatim*: *α notione q. e. immittere*: CIC. Brut. 213 tanquam in unam arborem plura genera, sic in istam domum multorum -itam ... sapientiam. MART. 6, 49, 11 (*loq. Priapus e cupressu factus*) si ... laeseris racemos, nascetur ... -rta tibi ficus (*i. ulcus*) a cupressu. TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 337, 23 *Marcion* imperitissimus rusticus ... malam in bonam -uit *arborem* (*Kroymann pro* in malam bonam, *i. creatoris sui malitiam bonitati veri dei; seq.* blasphemiae surculus). AVG. nupt. et concup. 2, 4, 10 p. 262, 20 haeresim Pelagianam tamquam venenosa virgulta fruticibus catholicis ... -ere. *al.* *β notione q. e. implere*: PERS. 5, 63 *tu* iuvenum ... -is aures fruge Cleanthea (*cf. p. 1880, 10*). FRONTO p. 149, 14 v.d.H. (= p. 155 N.) confusam ... eloquentiam cata⟨c⟩hannae ritu partim pineis nucibus Catonis, partim Senecae mollibus ... prunuleis -itam. CASSIOD. in psalm. 79, 13 p. 583[B] *gentes* silvis ... comparantur, quae adhuc -itae de fructuoso germine non fuerunt (*cf. sub b*). *al.*

b *speciatim in parabola olivae et oleastri, sc. Iudaeorum et gentilium*: ITALA Rom. 11, 17 (cod. d *al.*, *cf.* VVLG.) aliqui ex ramis *olivae* fracti sunt, tu autem, cum oleaster esses, -rtus es in illo⟨s⟩ (*gr.* ἐνεκεντρίσθης). 11, 19. 23. 24 (*ibid.*). *interpretantur vel pendent e. g.*: TERT. test. anim. 5, 6 *Iudaei*, in quorum oleastro (olea ex oleastro *Latinius probabiliter*) -iti sumus. IREN. 5, 10, 2 quemadmodum oleaster -rta substantiam ... ligni non amittit, qualitatem autem fructus immutat, ... sic et homo per fidem -rtus et assumens spiritum dei *eqs.* PRISCILL. can. 25 p. 121, 16 quod ... -rtae sint gentes gratiae dei. AMBROSIAST. in Rom. 11, 17 p. 151[B] gentes -itae sunt per fidem in spem promissionis, ... sed non iuxta legem agriculturae, quia bonum surculum -unt in non bonam arborem (*eqs.*) ...; ideo oleastrum dicit -rtum, ut fructum surculus radicis afferat (*sim.*: PELAG. in Rom. 11, 24 RVFIN. Orig. in Rom. 8, 10 p. 1195[A] AVG. in psalm. 72, 2 p. 915. *al.*). RVFIN. Orig. in Rom. 8, 10 p. 1193[C] quicunque advenae ad fidem ... veniebant, Christo qui erat verus Israel -bantur. PRVD. apoth. 340. AVG. in epist. Ioh. 2, 2 p. 1990 hortamini ... quae praecisa sunt, ut iterum -antur *sarmenta vitis* (*respicitur etiam parabola Ioh. 15, 1 sqq. ut*: psalm. c. Don. 227 [= 236 L.]. *al.* EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 915[D] *nos*, qui ... -rti sumus ecclesiae, sarmenta nuncupavit [*gr.* ἐμπεφυτευμένους]). CASSIOD. compl. in Rom. 11, 13 p. 1328[D] gloriari non debet -itum (*subst.*) contra illud, ubi constat -rtum. *et saepe; v. et p. 1876, 19. 1877, 74. 1879, 81.*

II ***translate*** (*saepius sublucente imagine seminandi vel surculi immittendi, e. g. infra l. 60. p. 1879, 37. 48; hic illic usus vix discernitur ab* 1. insero, *v. p. 1869, 38. 1875, 42*): **A** ***'aliquid** (aliquem)* ***alicui'*** *sim. i. q. infigere, immittere sim.* (*pressius opp.* collocare *p. 1879, 42*, innasci *ad* -i *p. 1879, 46*, *cf.* SYNOD. Hil. ad Const. 1, 2, 3 non -itam, sed ingenitam tuam bonitatem): **1** -ere *res* (*animum, spiritum sim. infra l. 63. p. 1879, 1. 4. 39. 55. al.*): **a** *partic. perf. pass. sive pro adi.* (-ita *pro subst. l. 82*) *sive c. vi verbali positum* (*graece resp. e. g.* ἔμφυτος *ad* -itus *passim ex sermone philosophorum, ad* -rtus *p. 1879, 26*, προσών *ad* -itus CASSIOD. hist. 4, 28, 3 [*Socr. 2, 23*], *ad* -rtus *p. 1879, 22*, σύμφυτος *ad utrumque p. 1879, 29; nota* '-ita et quodammodo inseminata' *p. 1858, 41*): *α* **-itus** (*cf.* situs *et v. p. 1869, 23*): Ⓘ *vario usu*: RHET. Her. 3, 16, 28 naturalis est ea *memoria*, quae nostris animis -ita est et simul cum cogitatione nata (CIC. fin. 1, 31 hanc quasi n. atque -itam in animis ... inesse notionem. *al.*). 4, 55, 68 -itam virtutem. CIC. S. Rosc. 53 amorem ... penitus -itum (Cluent. 4 opinionem tam p. -itam, tam vetustam. leg. agr. 2, 14. har. resp. 55 *odium* -itum p. et inustum animis. Tusc. 4, 26 [*iuxta* inhaerentem, *v. p. 1588, 80*]. *al. cf. l. 40 et* IVVENC. 1, 672 alte. MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 4 p. 15, 6 W. intus [PROSP. carm. de ingrat. 27]). Verr. II 3, 177 -itum in (*om. O, del. Klotz*) natura malum (leg. 1, 18 lex est ratio summa, -ita in [*del. Madvig*] n. LIV. 37, 54, 21 natura -ita [TAC. hist. 1, 55, 1 *seq. inf. ut* 2, 20, 1. HIL. syn. 46 p. 515[A] loquendi]. PLIN. nat. 2, 239 ignes ... lapidum ... -iti naturae. *al. cf. e. g. l. 64*). 5, 139 *causa* non recepta, sed innata, neque delata ad me, sed in animo sensuque ... penitus adfixa atque -ita est (*v. p. 1692, 10. 16*). Mur. 30 de -ita cuiusque virtute (*c. gen. poss. ut*: Sest. 99 propter -itum ... animi [animis *Lambinus*] furorem. LIV. 28, 24, 1 -ita hominum [hominibus *pauci codd.*] libidine. 38, 10, 5 -ita gentis tranquillitate. *al.*). part. 5 *argumenta* ducuntur ex locis aut in re ipsa -itis aut adsumptis (*in arte rhet. ut*: 6 -ita, quae inhaerent in ipsa re [*opp.* remota. *cf.* 7 quae infixa sunt rebus ipsis]. top. 31 *notio* est -ita et animo praecepta ... cognitio. BOETH. cons. 3, 12, 35 W. -itis domesticisque probationibus [*opp.* extrinsecus sumptis]). nat. deor. 2, 25 calorem -itum in terris. *al.* LVCR. 1, 901 non est lignis ... -itus ignis (*seq.* semina). 5, 182 notities ... divis unde -ita primum est? (*cf.* 5, 1047). 5, 329 facta virum *non* ... famae monimentis -ita florent (*cf. p. 1873, 72*). 5, 538 *terra partibus aeriis mundi* -ita vivit. HOR. carm. 4, 4, 33 doctrina ... vim promovet -itam. LIV. 9, 29, 8 iam inde antiquitus -itam pertinaciam familiae (*cf.* IREN. 3, 12, 6 olim -itam opinionem). 27, 16, 6 vetere ... -ito odio (TAC. hist. 2, 38, 1 v. ac iam pridem -ita ... cupido. ann. 1, 4, 3. *cf. l. 31*). 28, 40, 7 -itae ingenio ... cunctationis. 30, 33, 9 proprio atque -ito ... odio (TERT. anim. 12, 1 suggestum animae ingenitum et -itum et nativitus p. *al.*). *al.* MANIL. 4, 154 per ... nervis -ita verba ingenitumque sonum. 4, 410 quae *signa* sint -ita cuique *signo dominanti*. SEN. benef. 2, 26, 1 -itum mortalitati vitium. 4, 6, 6 -ita sunt nobis omnium aetatium ... semina. *al.* TAC. ann. 2, 43, 2 Pisonem ... -ita ferocia a patre. 15, 29, 3 -ita adhuc oculis ... caedes (*cf. p. 1879, 61*). TERT. spect. 2 p. 4, 1 spiritus ... -itus corpori. *al.* Ⓘ (hoc *sim.*) -itum est, -itum habeo, teneo *c.*: ut (ne *l. 66*): CIC. Sull. 83 hoc natura est -itum, ut ... oderis (LIV. 29, 21, 11. HIER. epist. 9, 2 quod n. lynces -itum habent, ne *eqs. cf.* PS. PROSP. vocat. gent. 1, 22 p. 675[B] naturaliter). NOVELL. Valent. 8, 2 pr. habet hoc -itum (institutum *var. l.*) ... aequitatis examinatio (VEN. FORT. epist. [carm. 10, 2] 2 natura). *acc. c. inf.*: CIC. Tusc. 1, 27 illud erat -itum priscis ... esse in morte sensum. 3, 63 nisi -itum illud in animis haberemus omnis ... maerere oportere. ARNOB. nat. 1, 33 p. 22, 1 quisquamne est ..., cui non sit ingenitum, non adfixum, immo ... paene in genitalibus matris non impressum, non -itum, esse regem *deum* ...? AVG. pecc. mer. 1, 24, 34 p. 33, 20 ecclesiae ... -itum tenent. SIDON. epist. 2, 9, 6 quo *more* -itum institutumque *est*. BOETH. cons. 2, 4, 28 W. *tibi* persuasum atque -itum ... scio. ENNOD. opusc. 3, 15 p. 334, 18. *inf.* (*cf. supra l. 37. p. 1879, 27*): CIC. off. 3, 114 ut esset -itum militibus ... aut vincere aut emori. SEN. benef. 4, 17, 2 TREB. Gall. 4, 3. AMBR. hex. 6, 4, 17 p. 213, 16 *canibus* -itum est natura quadam referre gratiam. AVG. civ. 14, 17 p. 40, 28 D. tenent -itum. *al.* *gen. gerund.*: HIER. hom. Orig. in Luc. 35 p. 205, 21 nisi esset nobis natura -itum id, quod iustum est, iudicandi (iudicare *var. l.*). Ⓘ *n. pl.* -ita *pro subst.*: CIC. top. 69 *anteponantur* innata atque -ita (*sc. bona sim.*) adsumptis atque adventiciis.

[Stiewe]

γ in sermone Stoicorum (pro subst. praeter l. 37; ex Ciceronis exemplis elegi, cetera omnia attuli): CIC. fin. 2, 50 quid turpius quam sapientis vitam ex -ium sermone pendere? 3, 35 perturbationes animorum, quae vitam -ium miseram ... reddent. 3, 59. 4, 15. 4, 56 -es ... ut nullo modo ad sapientiam possent pervenire. 5, 92 Polycrates si -s — quod certe, quoniam tyrannus — numquam beatus. ac. 2, 144 defendimus etiam -em multa conprendere. Tusc. 3, 9 omnium -ium animi in morbo sunt [: omnes -es igitur insaniunt] (del. Bake, cf. 3, 10. 4, 54). 4, 66 negare umquam laetitia adfici posse -em (cf. Plut. Stoic. rep. 25 p. 1046^B τῶν δὲ φαύλων οὐδεὶς χαίρει). et saepius. FRONTO p. 137, 5 v.d.H. (= p. 143 N.) quis dubitat sapientem ab -e ... discerni ...? GELL. 19, 1, 19 hoc inter -is sapientisque animum differre dicunt, quod -s, qualia ... visa sunt ..., talia esse vero putat ...; sapiens autem eqs. LACT. inst. 5, 22, 10 contumeliis adfici ab -e sapientem. FAV. EVL. p. 8, 9 -ium animi velut tempestatibus agitantur. AMBR. epist. 27, 7 neminem -ium divitem putat.

b de rebus ad homines pertinentibus: CATVLL. 43, 8 saeclum insapiens et infacetum. CIC. Tusc. 4, 29 adfectio ... discrepans sibi ipsa, dum est -s, sed non distorta nec prava. LACT. inst. 6, 15, 3 non -s disputatio. HIL. trin. 3, 25 humanae naturae -s prudentia est. 8, 10 ingenio -is aut perversae intelligentiae. AMBR. fid. 4, 5, 58 non est ... -s sapientia (i. deus filius, cf. I Cor. 1, 24. MAXIMIN. c. Ambr. 105. AVG. doctr. christ. 1, 8, 8 ipsa s. nec fuit ... -s nec esse ... potest). VVLG. Is. 19, 11 sapientes consiliarii ... dederunt consilium -s. AVG. civ. 10, 27 p. 445, 28 D. per caecam -emque sententiam. 11, 11 p. 477, 26 rationalem vitam licet -em. CONC.^S I 5 p. 78, 34 in illo -issimo tractatu.
neutr. -s (est sim.) c. (acc. c.) inf. (dub.: AMM. 17, 5, 13): AMBR. fid. 4, 5, 60 quid -ius quam de maiestate dei argumenta discutere? AVG. civ. 5, 6 p. 199, 6 D. quid -ius dici aut credi potest quam ...? (seq. acc. c. inf.). DRAC. laud. dei 3, 99 quam sit -s contemnere velle. quod est -ius in parenthesi: AVG. in Iob p. 619, 26.

2 de animalibus: ITALA psalm. 48, 13 et 21 (Iren. 4, 4, 3 [4, 7 H.]. al. = VVLG.) comparatus est iumentis -bus ([gr. ἀνοήτοις, Veron. insensatis, om. Hier. psalt. sec. Hebr., Psalt. Cas.]. FAVST. REI. grat. 1, 7 p. 23, 6 brutis animantibus et i. -bus). Os. 7, 11 (Hier. ad l., cf. p. 1919, 64) erat Ephraim quasi columba -s non habens cor (gr. ἄνους, Vulg. seducta, cf. p. 1859, 43).

B de mundo: CIC. nat. deor. 2, 36 homo ... sapiens fieri potest, mundus autem, si in aeterno praeteriti temporis spatio fuit -s, numquam profecto sapientiam consequetur.

II in imagine saporis deficientis, fere i. q. insipidus (cf. p. 1919, 40): AVG. in euang. Ioh. 8, 3 quia et nos aqua eramus et vinum nos fecit, sapientes nos fecit; sapimus ... fidem ipsius, qui prius -es eramus (cf. p. 1919, 14). CHROMAT. in Matth. 4, 1 apostoli sal terrae corporis nostri, quam dudum -em ac sensu vanitatis insulsam evangelicae praedicationis sapientia salierunt (cf. p. 1919, 25).

adv. ***insipienter.** GRAMM. suppl. 213, 27 (= 261, 9) ex integro (sc. in-) et corrupto (sc. -sip-). compar. deest; superl. p. 1921, 10. 11, cf. nimis, penitus -r p. 1921, 12. 15. 16. ap. PLAVT., CIC. et inde ab ITALA. i. q. non sapienter (opp. l. 84, fig. litot. p. 1921, 4. 9. 17, fig. etym. p. 1921, 16): PLAVT. Mil. 561 a me -r factum esse arbitror (Truc. 827 ut istuc -r f. sapienter feras. ITALA deut. 22, 21
[Alt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[Lugd.] fecit -r [*gr.* ἀφροσύνῃ, *Aug. quaest. hept.* 5, 33 inprudentiam, *Vulg.* nefas]. PELAG. in Rom. 12, 1. *cf.* VVLG. I par. 21, 8 -r egi [VITAE patr. 3, 62; *gr. Nau 1908 p. 271 n. 183* ἀφρόνως ἐποίησα, *cf.* 5, 5, 31 stulte feci]). CIC. fam. 5, 20, 4 (*a. 49*) rem ... non -r excogitatam. Cato 68 sperat. LACT. inst. 1, 22, 7 *libros* concremavit. -r id quidem. 3, 28, 10 (*Cic.?*) '-r' inquit. MAR. VICTORIN. in Eph. 5, 18 non ambulare -r. OPTAT. 5, 1 p. 119, 6 principium sermonis tui -r praestruens ordinasti. AMBR. fid. 4. 5, 60 -r aliqua ... exempla propono (AVG. bon. viduit. 13, 16 non -r). VVLG. Iob 42, 3 (*aliter Hier. interpr. Iob et gr.*) -r locutus sum (AVG. trin. 9, 3, 3 -issime. *cf.* AVG. adult. coniug. 2, 5, 4 p. 386, 24 quod -issime dicitur [gen. ad litt. 11, 8 p. 341, 17 inerudite atque -r. c. Pelag. 3, 7, 21 p. 511, 13 nimis ... -r. c. Petil. 3, 52, 64 p. 216, 29 non inaniter nec pueriliter nec -r]. OROS. hist. 2, 3, 5 murmurant). RVFIN. Orig. princ. 2, 10, 1 p. 173, 12 quod velut stulte et penitus -r ... credamus. AVG. civ. 17, 13 p. 234, 20 D. hoc ... bonum quisquis ... sperat, -r sapit. pecc. mer. 3, 11, 19 nimis -r atque infeliciter repugnare. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 2 p. 33 non -r (*gr. 2, 17* οὐκ ἀσυνέτως) huiuscemodi discretionem protulit visionis. FACVND. defens. 10, 2 p. 772^A negligenter et -r audiebat. *al.*

deriv.: insipientia, 1. insipio. *cf. Onom.*

***insipientia**, -ae *f.* *ab* insipiens. *scribitur* -sap- *l. 23. 41. 42.* *plur. deest.* *de notione*: Ps. AVG. quaest. test. I 115, 78 omnis ignorantia -a est, -a vero stultitia est. GLOSS. ἄνοια. ἀφροσύνη (*var. l.* insapientia). *legitur ap.* PLAVT., CIC. (*philos., cf. p. 1919, 45*) *et inde a* GELL., TERT., ITALA. [*confunditur in codd. c.* incip- SIDON. epist. 6, 1, 3. PELAG. in Phil. 1, 29 p. 395, 9 *app. crit.* (= Ps. PRIMAS.). *falso pro* in sapientia TERT. adv. Marc. 2, 2 p. 335, 11 (*cf. l. 42*).]

i. q. defectus sapientiae, stultitia, imprudentia sim. (*fig. etym. l. 51, expresse opp.* sapientia *l. 41. 42. 63. 64*): **1** *hominum*: **a** *generatim*: **α** *in locutione* -a (-ae) est *c.* (*acc. c.*) *inf.* (*inf. suppl. l. 33*): PLAVT. Amph. 36 iusta ... ab iniustis petere -a est. Mil. 878 stultitia atque -a mea istaec sit me ire *eqs.* Poen. 1090 inimico possum *fieri subdolus*, amico -a est. Pseud. 448 iam istaec -ast iram in promptu gerere. *cf.* OP. imperf. in Matth. 25 p. 763 quae ... est ista -a vestra odire *eqs.*? -ae est: HEGES. 1, 44, 8 cum extremae -ae sit cogitasse *eqs.* (*cf. gr. 1, 630* ἄφρων). RVFIN. Orig. princ. 1, 2, 6 cum hoc ... suspicari ... ultimae -ae *sit.* **β** *alia exempla notabiliora*: GELL. 1, 15, 18 quod ... 'eloquentia' cum -a minime conveniret (*ad Sall. Catil. 5, 4* satis eloquentiae, sapientiae parum. *cf.* AVG. anim. 1, 3, 3 si, cum laudatur eloquentia, persuadeatur -a). TERT. anim. 29, 3 opponemus contrarietates ... sapientiae et -ae (-sap- *var. l.*). *ibid.* nec -am (in sapientiam *var. l.*) ex sapientia ... obtundi. ITALA prov. 9, 6 (Aug. civ. 17, 20 p. 249, 18 D.) derelinquite -am ... et quaerite prudentiam (*gr.* ἀφροσύνην, *Vulg.* infantiam). II Tim. 3, 9 (Lucif. moriend. 10 = VVLG.) -a eorum manifesta erit omnibus (*gr.* ἄνοια, *aliae verss.* dementia, imperitia, ignorantia, error). HERM. Pal. sim. 9, 22, 2 intravit ... -a fatua (*gr.* ἀφροσύνη, *vulg.* praesumptio). AMBR. Noe 23, 85 tenebrosam (*opp.* virtutem. *cf.* AVG. de duab. anim. 7 -a, quam tenebras animi congrue dixerimus. CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 76, 20 tenebrescit -ā. *v. et infra l. 58*). AMBROSIAST. in II Cor. 11, 19—20 nonne plus sapit -a apostoli quam horum prudentia? VVLG. Sirach 20, 33 (*gr.* μωρίαν). Bar. 3, 28 (*gr.* ἀβουλίαν). II Petr. 2, 16 (*gr.* παραφρονίαν). AVG. civ. 3, 30 p. 142, 14 D. qua -a vel potius amentia (8, 17 p. 347, 4. *cf.* PROSP. resp. ad Vinc. 11 qua ... -a quave dementia). 21, 14 p. 517, 4 -a vel imperitia (VITAL. CONST. Capreol. epist. 2 p. 849^C). CONC.^S II 3, 2 p. 32, 25 ex -a ... mea (*gr. II 1, 2 p. 18, 39* ἀναισθησίας, *al. vers.* insensibilitate). *al.* *fere pro gen. definitivo*: IREN. 5, 29, 1 in profundo -ae. LACT. inst. 4, 26, 10 caligine ac tenebris -ae (*cf. l. 48*). AMBR. Hel. 16, 59 ebrietas venenum -ae. RVFIN. Adamant. 2, 22 -ae ... et ignorantiae ... errore (*cf. gr.* ἠλιθίους). APON. 8 p. 158 -ae ... infirmitate. PRIMAS. in apoc. p. 900^C malus ... spiritus -ae.

b *speciatim*: **α** *in serm. Stoicorum*: CIC. fin. 1, 46 sapientiam ... expetendam et -am ... esse fugiendam. 4, 21 omnium -am, iniustitiam. Tusc. 3, 10 ut sapientia sanitas sit animi, -a autem quasi insanitas quaedam, quae est insania eademque dementia. 3, 68 neque -a ullum maius malum est. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 144 Stoici duplicem furorem dixerunt, sed alium -ae genus, quo omnem imprudentem insanire probant, alium ex alienatione mentis. **β** *in serm. eccl. fere i. q. error haereticorum, incredulorum sim.* (*cf. p. 1919, 54*): AMBR. fid. 1, 16, 101 ut -ae *Arianorum* ... indulgeam. HIER. hom. Orig. in Ezech. 4, 8 p. 368, 26 ob nonnullorum -am. RVFIN. Adamant. 2, 18 p. 99, 29 quis non obstupescat eorum -am ...? (*gr.* ἄνοιαν). AVG. in euang. Ioh. 97, 2 suavius hauriunt -am quam putant scientiam. c. Iulian. op. imperf. 3, 187 si ... irrisae huic -ae acquiescere nollet. LEO M. epist. 31, 4 Conc.^S II 4 p. 15, 7 contra singulare sacramentum salutis humanae blasphema -a protulit. 75, 1 *ibid.* p. 33, 18 profana quorundam -a. CONC.^S I 5 p. 322, 6 rec. Q proximum ... potant -a (*rec. B p. 321, 28* eversione. *Migne gr. 26, 1052^B* ἀνατροπὴν θολεράν. *cf. Vulg. Hab. 2, 15* mittens fel [*locum explicat Hier. in Hab. 2, 15 p. 1300^A*]). *al.*

2 *animalium* (*cf. p. 1920, 64*): EVAGR. vita Anton. 82 p. 959 per -am iumentorum similis pecudum eorum expressus est animus (*Migne gr. 26, 959^B* ἡ τῶν ἡμιόνων ἀλογία).

cf. Onom.

1. īnsipio, -ere. *ab* insipiens *formatione retrograda q. d., cf.* desipere. SACERD. gramm. VI 444, 20 nemo dicit innoceo ... vel inscio sicut ... insipiens -o. *i. q. insipientem esse, desipere*: SYMM. epist. 1, 8 videor quasi multae luxuriae ebrius mentis -ere (*cf. vol. V 1, 730, 19*). PHYSIOGN. 33 p. 50, 15 quod per aures et oculos -unt (*var. l.* inspiciunt).

2. īnsipio, -uī, -ere *et* (*apud glossographos*) īnsipo (-sup-), -āre. [*ab in et* *sipere, supare (*l. 10 et Gloss.*), *cf.* dis-, obsipare *et ad formarum varietatem e. g.* capere: occupare. *Leumann.*] PAVL. FEST. p. 105 -sipere (-sipare *frg. Wirceb.*) far in olam, iacere pultis. 111 -supare inicere, unde fit dissipare. FEST. p. 310 supa⟨re iacere (*sic suppl. proponit Leumann*) ... dissip⟩at disicit ... -sipit ... inicit far in ollam (PAVL. FEST. p. 311 supat iacit unde dissipat disicit et obsipat obicit et -sipat, hoc est inicit). GLOSS.^L II Philox. IN 485 insigatae (*i.* -sipare ?) ἐπιρῖψαι. III Abol. IN 69 -supare inicere.

i. q. inicere: CATO agr. 85 -sipito in aulam novam. 90 far -sipiat. POMPON. Atell. 50 facite ut ignis fervat, ligna -sipite (*Scaliger*, instipite *trad.*), far concidite. 86 partem -sipui, conclusi, condepsui. VARRO ling. 5, 105 quod ita sonet, cum aqua⟨e⟩ ferventi -sipitur.

[īnsipti αὐτοί (*pro* ipsippe, ipsipte ?) GLOSS.^L II Philox. IN 499 (= 517).] *Alt.*

īnsistenter *v. p. 1926, 42.*

***īnsisto**, -stitī, (-stitūrus? *l. 38*), -ere. *ab* in *et* sistere. *de perf.* -stet- (*cf.* VEG. mulom. 2, 16, 6 intesteris *A*) *et de abbrev.* ins *v.* insto. *passive perraro, v. l. 42. 80.* *de casibus*: SERV. Aen. 6, 563 (*v. infra l. 54*) '-o illam rem' dicimus, non 'illi rei': quod qui dicunt decipiuntur propter 'insto illi rei' (*cf.* 6, 708). ARVS. gramm. VII 481, 12 '-o illum locum' (*afferuntur* VERG. *l. c. et* TER. *l. 48*) ... '-o illo loco' (SALL. *p. 1923, 13*) ... '-o plantis' (VERG. *infra l. 51*). GLOSS. ἐφίστημι. ἐφίσταμαι. ἐνίσταμαι. ἐπίκειμαι. -it: loqui coepit. incipit. perseverat. -am: ingrediam. -ere: ἐπιτεθῆναι. instare. *legitur inde a* PLAVTO, TER. *aliisque scaenicis*, CIC., LVCR., CAES. *formas perf. communes habet c.* instare. *hic exempla ad verbi notionem genuinam respondentia attulimus; quae vero sensu hostili praedita (v. p. 1924, 40. 56 sqq.) ad usus sec.* insto *novatos pertinent, quamvis discerni non possint, illuc traximus.* [*confunditur in codd. c.* instare (AVG. gen. ad litt. 12, 30 p. 425, 7. *al.*; *cf. p. 1924, 47. 58 et* GLOSS. [*l. 30. p. 1999, 19*]), instituere (*maxime perf.*; *dub.* VICTORIN. POETOV. in apoc. 13, 3 p. 120, 13 vitam -stiturus [-stituturus *dett. in rec. Hier.*], *cf.* -staturus *p. 1999, 5*). *de* TER. Ad. 55 *v.* insuesco. *locis corruptis*: CIC. ac. 2, 80 CARM. de Sod. 161.]

CAPVT PRIVS: ***transitive*** *i. q. consistendo occupare* (*v. l. 25; passive l. 57. 67*).

I *proprie vel in imagine, sc. vi locali*: **A** *iter sim.* (*cf. etiam l. 72*): PLAVT. Capt. 794 omnes itinera -ant sua (Cist. 679 utrum hac an illac i. -erit. LIV. 37, 7, 8. PETRON. 84, 1 rectum i. vitae. IVL. VAL. 1, 47 p. 59, 6. 2, 31 p. 103, 10 [*P*, instituerat *cett.*]). Epid. 416 rectam (*Lambinus, cf. p. 2004, 8*; recte *codd.*) -itit. Mil. 793 erro quam -as viam (TER. Eun. 294 [DON.: legitur et 'qua via']. PACVV. trag. 50. VERG. georg. 3, 164 domandi). ACC. trag. 100 quot luna circlos annuo in cursu -itit. LVCR. 1, 406 cum semel -erunt vestigia certa viai *canes* (VERG. Aen. 11, 574 pedum primis ... v. plantis [*cf. l. 28 p. 1923, 67*]). **B** *quemlibet locum*: PLAVT. Cas. 845 -itit plantam *meam* quasi luca bos. ACC. trag. 506 quemcumque -eram grummum aut ... iugum. VERG. Aen. 6, 563 (*inde* AVSON. 359, 12 p. 216 P.) limen. HOR. epod. 16, 11 barbarus heu cineres -et victor. STAT. Theb. 3, 319 Othryn ... -itit *Iuppiter* (*cf.* 12, 650). 7, 766 nec -i madidus dat temo. APVL. met. 2, 21, 5 *senex* -bat lapidem (2, 29, 1 editiorem). 3, 2, 2 primum angiportum. TERT. scorp. 8 p. 160, 12 gradum. AMM. 17, 13, 25 tribunal (-li *Novák ut* 15, 8, 4. 24, 3, 3). PS. BOETH. grom. p. 169, 15 My. *lineam.* *tropice de sono*: VEL. gramm. VII 78, 1 (*de nom.* '*coniunx*' *sim.*) 'n' litteram, quam (qua *ed. pr.*) sonus enuntiationis -it.

II *translate, sc. incumbendo, indulgendo, operam dando* (*fere i. q. incipere, sed hic illic potius c. respectu obtinendi, perseveranter agendi; cf. p. 1925, 69*): PLAVT. Merc. 16 hoc parum ... more ⟨a⟩maturum -iti (*c. neutr. pron. ut*: Ps. QVINT. decl. exc. Paris. 18 p. 424, 25 matri ... id -endum est quid tormentis inquisierit pater [*cf. decl. 18, 1*]. GREG. TVR. glor. conf. 91 p. 806, 25 quae prosecutio mea contra hunc Francum -it. *al.*). Mil. 774 accipe a me ... rationem doli, quam -it[u]i (Stich. 430. CAES. Gall. 3, 14, 3 pugnae). 929 -ite hoc negotium sapienter. frg. inc. 43 hunc sermonem -iti. TER. Phorm. 848 num mirum aut novomst revocari, cursum quom -eris (instiuteris *var. l.*). CIC. de orat. 3, 176 quonam ... modo tantum munus -emus? (SYMM. epist. 1, 90, 1 scribendi). HOMER. 942 alternis poterant (properant *Higt*) -ere coepta periclis *Achilles et Hector* (*cf.* GREG. TVR. glor. conf. 42 p. 774, 17 opus coeptum). MARTYR. gramm. VII 165, 4 artem ... grammaticam ... -ere. HIST. Apoll. rec. B 8 p. 12, 8 classes navium *sc. faciendas* (*rec. A* praeparabant). *c. gerundivo*: LEX Visig. 2, 2, 4 actionem ... peragendam.

CAPVT ALTERVM: ***intransitive*** (*pass. impers.* -endum *inde a* CIC. *p. 1924, 9 passim*, -itur *p. 1923, 8. 1925, 7. 1926, 2 et e coni. p. 1415, 14*, -i *p. 1923, 64*).

I *proprie vel in imagine, sc. vi locali* (*tropice p. 1924, 4 sqq.*): **A** *generatim i. q. consistere in aliquo loco*: **1** *indicatur*,

[*Kröner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ubi: **a** *adv.*: PLAVT. Amph. 1063 ubi quisque -erat, concidit (HIL. in psalm. 131, 14 p. 673, 15. *cf.* CIC. nat. deor. 1, 24 ubinam mens constans et vita beata possit -ere. HIL. trin. 8, 24 alicubi. *v. et p. 1924, 24*). VAL. FL. 4, 312 super -ens. QVINT. inst. 8, 5, 27 cum illa rotunda ... -ere invicem nequeant. HIL. in psalm. 131, 6 p. 666, 18 illic (131, 14 p. 673, 12 cum statur in uno loco, ex quo decedi non oporteat, consistitur; ubi vero pedibus statur, i. toto corporis officio -itur).

b *locat. (l. 26), abl. vel dat.*: *α variis locis*: TRAG. inc. 126 exultantem te ... repriment validae legum habenae atque imperi -ent iugo (sistent *Kießling, sed cf. infra l. 46*). CIC. Verr. II 3, 172 si singulis -ere velim *gradibus peccatorum* (VELL. 2, 3, 1 summis. CVRT. 7, 11, 15). CAES. Gall. 2, 27, 3 iacentibus. SALL. hist. frg. 3, 100 quo *loco* ... -issent (LIV. 9, 31, 15 aequo. IVL. VAL. 3, 6 p. 116, 14. *cf. p. 1924, 31. 1925, 76*). VERG. georg. 3, 114 rotis (*cf.* AVSON. 12, 4 p. 324 P. rotulae). CVLEX 239 tantis -ere terreor umbris. OV. am. 3, 2, 10 -am ... vehendus equis. epist. 20, 85 (21, 87) -eram terrae (fast. 1, 507. *al.*). met. 5, 299 -erant ramis ... picae (LVCAN. 3, 407 SIL. 7, 671). 5, 598 -o propiori (-ris, -ri in *varr. ll.*) margine fontis (PLIN. epist. 8, 8, 6 margini. *al.*). 8, 52 castris (consistere *dett.*). 15, 149 umeris. 15, 593 aggeribus. LIV. 5, 16, 10 muris (IVL. VAL. 1, 51 p. 61, 27). 21, 36, 5 molli nec praealtae (peralta *M²*) nivi facile pedes ingredientium -bant. VAL. MAX. 6, 4, 3 quo *solo*. 8, 7 ext. 1 vadosis litoribus -ens *Demosthenes*. 8, 13 praef. quibus *adminiculis* -ens *spes*. SEN. dial. 3, 20, 2 non habet ira cui -at (*tamquam fundamento*). COLVM. 3, 13, 12 ut tanquam suppositae basi ... -ret *ciconia*. 6, 15, 2 ferventi cineri bos cogitur -ere. 8, 14, 4 humi. *al.* PLIN. nat. 2, 101 antemnis ... -unt *stellae*. 7, 22 ferventibus harenis ... alternis pedibus -ere (*cf. l. 65*). 8, 182 curru (SIL. 5, 654 curribus [PLIN. epist. 9, 6, 2. IVL. VAL. 1, 12 p. 22, 20; *Hist. Alex. M. I p. 20, 1 Kr.* ἕστησαν ... ἐποχούμενοι]. *cf.* TAC. ann. 14, 14, 1 curriculo [15, 44, 5]). IVV. 9, 144 circo. TAC. hist. 1, 86, 1 bigae, cui Victoria -erat. *al.* PLIN. epist. 2, 17, 19 culmini eius *cryptoporticus* -it *sol*. APVL. met. 6, 13, 4 -entem ... rupi montis ... verticem. IVL. VAL. 3, 16 p. 125, 16 insulae. p. 126, 3 illi *bestiae immensae* perfacile -entes etiam super dorsum elephantos. ARNOB. nat. 3, 40 nec est aliquid fidum, quo -ere mens possit (*infra*: labant sententiae). *al.* *β viis sim.*: CIC. Cael. 41 quibus *viis* illa *adulescentia* -ere aut ingredi sine casu ... vix posset (IREN. 3, 5, 2 viae. PASS. Ferreol. [BHL 2911] 4 cui ... viae. *cf. p. 1922, 48*). de orat. 3, 33 quibus vestigiis primum -iti (LIV. 5, 30, 2 laudum. 24, 4, 5 suis ... v. ... et disciplinae. *al. cf.* BOETH. arithm. 1 praef. p. 4, 30 alieno itineri, non v. *v. et p. 1922, 50; aliter 1924, 44*).

c *praepos.*: in *c. abl.* (*cf. p. 1924, 7*): CIC. Verr. II 4, 110 -bat in manu Cereris dextra ... simulacrum ... Victoriae. Sest. 141 in tanta gloria (HIL. in Matth. 4, 1 *syn.* positus). de orat. 3, 6 in quo *vestigio* ... -isset. rep. 6, 21 in quo *cingulo terrae*. CAES. Gall. 4, 33, 3 per temonem percurrere et in iugo -ere. BELL. Alex. 17, 5 qui in litore aequo -erant. LIV. 45, 37, 9 in statione ... intentius -isti (stetisti *Madvig, alii aliter*). CVRT. 7, 7, 6 in terra. QVINT. inst. 9, 4, 27 cui adplicari et in quo possit -ere *structura saxorum*. LACT. epit. 55, 4 in qua (*sc. innocentia*) iustitia velut primo gradu -it. HIL. in psalm. 127, 3 in multis *viis*. *al.* super (*cf. etiam l. 34*): OV. met. 5, 558 s. fluctus alarum -ere remis (*de alis cf. l. 61*). GELL. 9, 11, 7 s. galeam tribuni -it *corvus*. ITALA iud. 6, 31 (Lugd.) viros, qui -bant s. eum *i.* '*ad*' (*gr. rec. A* ἑσταμένους ἐπ' αὐτόν, *rec. B* ἐπανέστησαν αὐτῷ, *om. Vulg., hebr.* ''*alâw*'). AVSON. 435, 2 p. 387, 3 P. vallum fossamque s. HIER. epist. 64, 21, 2 s. creaturas creator -ens *quasi auriga*. *alia*: APVL. met. 4, 4, 3 rivulum ... aquae propter. PRVD. c. Symm. 2, 530 -erant tenues cumbae ... inter turritas ... Liburnas. EVCHER. laud. her. 13 ad radices montis obvius -itit (CIL III 10107, 4 ad capitella columnarum. *cf. p. 1924, 53*).

2 *indicatur instrumentum -endi*: **a** *per abl.* (*adde etiam l. 7. 28. 51. p. 1922, 52*): LVCR. 6, 836 ubi nixari nequeunt -ereque alis *aves*. OV. met. 8, 398 -erat digitis primos suspensus in artus (SEN. suas. 2, 17 summis [CELS. 8, 10, 5B neque ... ignorari oportet, si femur fractum est, ... s. ... d. postea cruris eius -i]. PLIN. nat. 10, 130 ternis). LIV. 44, 5, 7 alii elephanti pedibus -entes, alii clunibus subsidentes (COLVM. 3, 10, 11 *radicibus* quasi p. PLIN. nat. 10, 59 alternis [QVINT. inst. 11, 3, 128]. SOL. 26, 7 posticis). PAVL. FEST. p. 12 plantis (IVV. 6, 96 tremulis). FEST. p. 359 talis. PLIN. nat. 34, 56 uno crure (MART. CAP. 6, 712 quasi cruribus). **b** *per praepos.* in: *c. acc.*: QVINT. inst. 11, 3, 125 male ... in sinistrum pedem -entium dexter aut tollitur aut summis digitis suspenditur. *c. abl.*: FRONTO p. 78, 6 v.d.H. (= p. 83 N.) aegre ... -o dolore digitorum in sinistro pede.

3 *absolute* (*exempla notabiliora*): **a** -unt *animantes*: CAES. Gall. 4, 26, 1 *nostri* neque ordines servare neque firmiter -ere neque signa subsequi poterant (*cf.* SVET. Cal. 26, 3 firme). LIV. 44, 5, 9 stabilem ad -endum nanctis locum. CELS. 8, 1, 14 homo e⟨t⟩ rectus -it, et aliquid ... curvatur. COLVM. 6, 2, 12 aut -ere aut progredi. PLIN. nat. 8, 160 peritissimo auriga -ente. 10, 114 *aves* residunt et -unt. *al.* **b** *metonymice -unt vestigia*: HIL. trin. 10, 23 *si* neque aquae -entibus vestigiis cedant.

B *pressius fere i. q. subsistere, immorari* (*in c. abl. p. 1924, 7. al., dat. vel abl. p. 1924, 17. 31*, ubi *p. 1924, 24, alia adv. p. 1924, 20. 35. 36*): **1** *mera vi locali*: CIC. Phil. 12, 8 ut non referat pedem, -et (sistet *Gulielmius, Schoell*) certe *exercitus*. leg. 1, 15 crebro -ens, interdum adquiescens ... disputat (*aliter p. 1924, 19 sq.*). nat. deor. 2, 51 tum omnino ne moventur quidem, sed ad quoddam tempus -unt *planetae* (*cf.* 2, 103). SIL. 10, 156 non certa per aequor interdum -ens Perusinus membra ferebat. TAC. ann. 4, 60, 2 (*opp.* averti).

2 *vi tropica* (*technice*): **a** *ap. rhet., gramm.*: *α in doctrina numerorum, clausularum sim.*: CIC. de orat. 3, 190 ne -at interius (celerius *Reid*), ne excurrat longius *oratio* (orat. 170 claudēre aut -ere. 207 in singulis ... sententiis. 228 numero coacta debet -ere). orat. 187 quoad perveniat ad finem et -at *circumitus*. 212 -it ... ambitus. 221 ut aut citius -endum sit aut longius procedendum. 222 sin membratim volumus dicere, -imus. QVINT. inst. 9, 4, 18 -entes clausulae. 9, 4, 67 ut initia clausulaeque plurimum momenti habent, ... sic in mediis quoque sunt quidam conatus iique leviter -unt. *β respicitur status i.* στάσις: CIC. top. 93 in quo *statu* primum -it quasi ad repugnandum congressa defensio. QVINT. inst. 3, 6, 5 in eo pars utraque -it. *γ de fine sententiae, vocis*: BASS. gramm. VI 265, 5 ita ut ... in tribrachum cadat et -at *versus*. QVINT. inst. 9, 3, 64 (*ad Verg. Aen. 3, 234 sq.*) quamvis ... pars ... posterior participio -at. *δ in univ.*: CIC. fin. 2, 3 cum in rebus singulis -as (*opp.* oratione perpetua). 2, 51 ut altior fieres, ut interdum -res. 5, 75 quae cum dixisset paulumque -isset. QVINT. inst. 10, 7, 6 velut salientes huc illuc nec usquam -entes.

b *ap. philosophos*: *α de cunctatione dubitantium fere i. q.* ἐποχὴν ἄγειν: CIC. fin. 4, 45 aequius videbatur Zenonem cum Polemone disceptantem ... a communibus initiis progredientem videre ubi primum -ret et unde causa controversiae nasceretur. ac. 2, 94 negas te usque ad obscura progredi; ⟨in⟩ inlustribus igitur rebus -is ([*antea*: me ... ante sustineo]. *ibid.* sin ... usque ad novem ... respondes pauca esse, in decumo -is, etiam a certis et inlustrioribus cohibes adsensum. 2, 107). GELL. 11, 5, 4 ea ... qualia ... sint, cunctantur atque -unt *Sceptici*. *β de animo*: CIC. Tusc. 1, 43 animus ... -it et finem altius se ecferendi facit (4, 41 a. perturbatus et incitatus nec cohibere se potest nec, quo loco vult, -ere [*antea*: sustinere se]. nat. deor. 1, 54 in qua *ora* possit -ere. div. 2, 128 numquam a. -ens agitatione et motu esse vacuus potest).

c *in arte arithmetica*: AVG. gen. ad litt. 4, 2 p. 95, 8 quarum *partium* summa nec citra -at nec ultra excrescat (p. 97, 2). p. 96, 7 septenarium ... infra -entem.

d *in medicina* (*aliter p. 1925, 25*): PLAC. med. 23, 5 rec. *β* *medicamen* incipientem subfusionem non patitur -ere. ORIBAS. syn. 9, 4 p. 276 tusse ... -ente (*gr. 9, 4, 10* ἐνερειδούσης).

C *usu sec.* insto *novato (nota l. 47) fere i. q. hostiliter invadere, premere*: MOD. dig. 49, 16, 3, 4 is, qui exploratione emanet hostibus -entibus aut qui a fossato recedit *eqs.* (CLAVD. DON. Aen. 9, 170 p. 210, 19 h. infestus. *al.*). PANEG. 2, 38, 5 cum ita vestigiis eius ac tergo ardens miles -ret (*aliter p. 1923, 39. cf.* AMM. 24, 2, 8 fugientium ... cervicibus). DICT. 2, 43 cedentibus acrior -ens *Aiax*. CLAVD. DON. Aen. 10, 785 p. 389, 26 Aeneas ... eduxit gladium et animo ferventi -bat (*pro Vergiliano* instat *ut* 12, 760 p. 627, 25. *al.*). VVLG. II Macc. 10, 17 multa ... vi -entes loca obtinuerunt (*gr.* προσβαλόντες). CASSIOD. Ios. antiq. 1, 20, 1 -ente fratre (*gr. 1, 328* ἐπιθεμένου). *al.*

D *peculiariter*: **1** *fere i. q. accedere* (*cf. p. 2003, 65 sqq.*): IREN. 1, 8, 2 (= 1, 1, 16 H.) *virginem* -ens dominus a mortuis liberavit (*gr.* ἐπιστάς). **2** *fere i. q. resistere*: HIL. in Matth. 4, 7 nihil ... sordidum ad occursum divinae claritatis -it (*opp.* visui et occursui dei esse patentes. *cf. p. 1923, 59*).

II *translate*: **A** *vi plena fere i. q. incumbere sive incipiendo* (a primo *l. 65*, principio *p. 1925, 40*) *sive perseverando* (*usu sec.* insto *novato vergit in notionem imminendi l. 76 sqq. p. 1925, 5 sqq. 18 sqq.* [*syn.* instare *l. 84. p. 1925, 30*, instantia *p. 1925, 15; v. supra l. 47 et cf. ad affinitatem verborum* 'instanter -ere' GREG. TVR. Franc. 7, 1 p. 326, 19 THEOD. MOPS. in I Tim. 4, 12 p. 148, 1]; *accedente abl. fere i. q. niti p. 1926, 5 sqq.*): **1** *absolute vel c. solo dat. pers.* (*in p. 1925, 16*): **a** *de animantibus* (*animo l. 66, bestia l. 82*): *α absolute*: ① *in univ.*: PLAVT. Poen. 972 quin tu -is fortiter? (*cf. 974* incipere). TER. Hec. 484 vide ne inpulsus ira prave -as. Phorm. 604 petam hinc unde a primo -iti (*trad.* insti *vel* institui). CYPR. patient. 24 p. 415, 13 -amus ... et elaboremus. AVG. conf. 11, 27, 34 -e, anime meus, et adtende fortiter. *al.* *abl. absol.* '-ente *aliquo*': CIL V 3329, 2 (*a. 265*) -ente Aur(elio) Marcellino ..., curante Iul(io) Marcellino (*sic in titulis*: IX 1563, 11 [*a. 423/450*] curabit -ente ... Firmo. XIII 6562, 8. *al. cf. p. 1925, 75 et* insto *p. 2001, 4*). RVFIN. Orig. princ. 3 praef. p. 193, 6 te non solum -ente, verum etiam cogente. COD. Theod. 8, 8, 6 (*cf.* Iust. 12, 60, 1) illo -ente, disponente adque agnoscente. *al.* ⑪ *de eis, qui loqui incipiunt* (*cf.* infit): VERG. Aen. 4, 533 sic adeo -it secumque ita corde volutat: '*eqs.*' (*ad* PLAVT. *p. 1922, 71 revocat* SERV. auct.; *cf. p. 1922, 29*). 12, 47 -itit ore (incipit *M ut 12, 692*). ⑪ *de hostibus, adversariis sim.* (*v. supra l. 57*): APVL. met. 9, 15, 2 *mulier* ut cubiculo primum processerat -ens iubebat ... plagas mihi quam plurimas irrogari. ITALA Luc. 11, 53 (aur. = VVLG.) coeperunt Pharisaei ... graviter -ere (*gr.* ἐνέχειν). AVIEN. orb. terr. 1364 (*de bello Bacchi*) -ente deo. AMBR. obit. Valent. 18 cum hominem ... accusator urgeret et praefectus -ret. PRVD. perist. 10, 862 carnifex ..., qua posset arte, -ere. AVIAN. fab. 18, 11 *leo* aggreditur pravis -ere verbis. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 71, 6 quod adversarii valde -ant (*I 5 p. 378, 26* instarent, *gr. I 1, 7 p. 81, 11* ἐνίστασθαι). EVSEB. EMES. serm.

[*Kröner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

26, 29 frater -it (*28* exprobrans, *30* adversum me exsurrexit). *al.* (IV) *in medicina fere i. q. succurrere*: THEOD. PRISC. log. 64 cum de faucibus . . . *haemorragia* eruperit, sucis (*abl.*) . . . -emus (*infra*: imminendum erit. *v. p. 460, 70*).

β *c. dat. pers.* (*gerund. l. 8; de sensu hostili v. p. 1924, 57; ceterum occurrit praes. c. dat. inde a* COLVM. *p. 1926, 9, cf. etiam sub b et l. 37*): TAC. ann. 2, 62, 1 ut . . . fracto iam Maroboduo usque in exitium -retur. CYPR. epist. 55, 12 p. 632, 14 sollicitandis de ecclesia fratribus violenter -unt. PS. RVFIN. in Am. 1, 3 p. 1060ᴬ *cum* Amos decem . . . tribubus . . . -ret. COD. Theod. 1, 10, 8, 2 iudicibus . . . oportebit -ere. AVELL. p. 693, 4 principi vehementer. CASSIOD. hist. 7, 2, 25 var. 11, 2, 5. THEOD. MOPS. in Phil. 3, 18 p. 241, 15 vehementer illis -it: '*eqs*'. *al.* *temptando*: PALLAD. hist. mon. I 25 p. 310ᴬ cum . . . ei mulier -ret (*gr. p. 117, 15 B.* ἐπικειμένης. *cf. II 15 p. 370ᴮ* rabida mulieris contra se instantia).

γ *in aliquem*: SORT. Sangall. 41, 9 in quem suspicaris, -e in eum.

b *de rebus ingruentibus, imminentibus* (*v. p. 1924, 57*): **α** *vario usu*: CVRT. 8, 4, 8 vis mali -bat. CLAVD. DON. Aen. 4, 280 p. 391, 16 cum . . . metus divinae iussionis -ret. CAEL. AVR. acut. 2, 18, 109 -ente periculo. PETR. CHRYS. serm. 9 p. 214ᴮ *vitia* -unt nobis et imminent. 81 p. 428ᴮ -bant mentibus eorum (*sc. discipulorum Christi*) cogitationum catervae. ENNOD. epist. 9, 13, 1 p. 238, 10 cum aegritudo mihi et quorundam -at infirmitas. VITAE patr. 3, 9 impugnatio -bat ei. GREG. TVR. vit. patr. 19, 4 p. 740, 27 febre (*aliter p. 1924, 37*). ORIBAS. eup. 4, 37 rec. La dolores -unt (*gr. 4, 36, 9 aliter*). *al.* **β** *vi temporali* (*de rebus adversis; usus ab* insto *derivatus est*): TERT. adv. Val. 10 p. 188, 11 metuere . . ., ne finis . . . -ret. ITALA Luc. 21, 34 (Tert. adv. Marc. 4, 39 p. 558, 12) *ne* -at ⟨vobis⟩ repentinus dies ille velut laqueus ([*gr.* ἐπιστῇ, *Vulg.* superveniat, *cod. a* instet]. II Thess. 2, 2 [Tert. resurr. 24 p. 60, 13; *gr.* ἐνέστηκεν, *Vulg.* instet]). I Thess. 5, 3 (Tert. resurr. 24 p. 60, 6) illis repentinus -et interitus (*gr.* ἐφίσταται, *Vulg.* superveniet). IVVENC. 4, 179 (*ad Matth. 24, 43*) certum furis -ere tempus (PS. RVFIN. in Os. 1, 2/5 p. 967ᴰ exercendae . . . ultionis). PETR. CHRYS. serm. 13 p. 226ᴮ caelesti resonante iam tuba, angelico -ente occursu. *al.*

2 *indicatur, ad quid vel in qua re* (*iuxta dat. pers. l. 66. p. 1926, 9, cf. l. 44*): **a** *inf.*: PLAVT. Capt. 584 (*572* tune huic credis?) vide sis, ne quid tu huic temere -as credere. TER. Hec. 381 hanc habere orationem mecum principio -itit. Phorm. 192 ubi Antiphonem reperiam, aut qua quaerere -am via ([viam *var. l.*]. CATVLL. 66, 50 qui principio sub terra q. venas -itit. CVRT. 4, 7, 27. 6, 7, 25). ACC. trag. 134. 428 TRAG. inc. 57 AFRAN. com. 81 CIC. Arat. 460. fam. 10, 16, 1 (instituit *var. l.*). LIV. 8, 35, 2. *al.* CVRT. 9, 1, 33. GELL. 1, 23, 12 quid (ipsi *add. Macr. Sat. 1, 6, 24*) mater audire -isset. *al.*

b *praepos.*: **α** in: *c. acc.*: PLAVT. Mil. 357 age nunciam -e in dolos. CAES. Gall. 6, 5, 1 in bellum. AMBR. in psalm. 118 serm. 2, 22, 2 in id diligenter. *c. abl.*: CYPR. Fort. 8 tit. -endum esse et perseverandum in fide *eqs.* HIL. in psalm. 118 aleph 2 p. 360, 6 quisquis . . . in praeceptis eius -erit. RVSTIC. Conc.ˢ I 4 p. 97, 32 quod omnibus placet et in quo omnes -erant (*gr. I 1, 7 p. 150, 29* τὴν εἰς τοῦτο παρὰ πάντων ἔνστασιν). PRAEDEST. 3, 6 p. 643ᴬ nisi in ieiuniis multis -ero. CASSIOD. Ios. antiq. 3, 2, 4 in laboribus -bant *Hebraei* (*gr. 3, 58* πρὸς . . . τῷ ποιεῖν ἦσαν). PS. MATTH. euang. 6, 3 *Maria* semper in oratione . . . -bat (*AB*, permanebat *cett.*). CAES. AREL. serm. 1, 6 p. 7, 12 ut nos in his . . . iugiter studeamus -ere. **β** ad: LIV. 22, 51, 5 *Poeni* ad spolia legenda foedamque . . . spectandam stragem -unt ([exeunt *vel* sistunt *Madvig*]. *cf.* IVVENC. 1, 34 ad desperandum. PASS. Gervas. Protas. [BHL 3514] 22 [= PS. AMBR. epist. 2, 15] ad immolandum). PS. MATTH. euang. 6, 1 -bat *Maria* . . . ad opus lanificii (*C*, operi lanifico *cett.*). **γ** pro: AVELL. p. 588, 21 tenete . . . hanc piae sollicitudinis curam et p. catholicorum pace . . . -ite. RVSTIC. Conc.ˢ I 4 p. 75, 27 p. dogmatibus rectis (*I 5 p. 372, 41* urgeremus, *gr. I 1, 7 p. 75, 9* ὑπὲρ . . . ἐνστῆναι). 226, 21 quod -erit . . . rogans . . . Paulus p. his (*gr. I 1, 4 p. 32, 17* ἐνέστη . . . παρακαλῶν . . . ἕνεκα). **δ** de: RVSTIC. Conc.ˢ I 4 p. 91, 21 ut nobis (*de dat. v. l. 5*) violentus -at de . . . propositionibus. **ε** circa: MAR. MERC. Conc.ˢ I 5 p. 45, 34 de his . . . urgetis et c. exactionem vehementer -itis.

c *dat. rei* (*? abl. l. 75 et* COD. Theod. 16, 4, 2 -ere motu [motum *YD*] . . . perseverationis): PANEG. in Mess. 135 magnis -ere rebus incipe (LIV. 37, 60, 2 SEN. contr. 2, 1, 27 SEN. epist. 59, 9. *al.*). OV. rem. 315 profuit adsidue vitiis -ere amicae. Pont. 1, 8, 53 ne solitis -ant pectora curis. LIV. 24, 4, 5 (*p. 1923, 39*). 28, 45, 21 -itit operi (AVG. c. Cresc. 1, 9, 12 p. 335, 21 perseveranter -o. GREG. TVR. glor. mart. 12 p. 496, 7 bono opere. CIL III 200sq. *cf. p. 1924, 68*). MANIL. 2, 159 binis *signis* (2, 643. *cf.* 3, 159). SEN. contr. 1, 7, 14 huic loco vehementer -itit (4 praef. 8 -ere iubebat eidem l.: permanebat. *cf. p. 1923, 13*). suas. 5, 6 his solis -itit. VELL. 1, 17, 4 quisquis temporum -erit notis. VAL. MAX. 3, 8 ext. 4 criminibus. *al.* CELS. 1 prooem. 20 huic *concoctioni*. CVRT. 7, 6, 23 *Alexander* acrius obsidioni -itit. SCRIB. LARG. praef. p. 5, 9 partibus disciplinae . . . curiose -itimus. PLIN. nat. 7, 177 *fratrem* funeri -isse. 13, 100 ei *arbori* (*sc. tractandae*). 22, 2 potius . . . curae rerum quam copiae -itimus. VAL. FL. 3, 519 animis -e tuis (*i. irae*). QVINT. inst. 1, 12, 10 studiis. TAC. hist. 2, 46, 2 spei. DECRET. decur. Tufic. (CIL XI 5694) 9 petitioni . . . ita -isse, ut *eqs.* APVL. met. 7, 4, 3 suadet, . . . inquisitioni . . . -retur. *al.* *c. gerundivo*: TAC. hist. 3, 77, 3 perdomandae Campaniae. CYPR. eleem. 7 p. 378, 22 IVL. VAL. 3, 7 p. 117, 9 AMM. 24, 1, 13. 24, 4, 9. *al.*

d *abl. instr., fere i. q. niti*: PS. CYPR. tract. (ZntW. 15, 1914 p. 74sqq.) 35 si quae concupiveris, et uteris, lege contraria -is. 39 quid adinventionibus eius *diaboli*, non maximo praecepto -es? (*cf. p. 1925, 50*). PS. RVFIN. in Os. 2, 3 p. 972ᴰ quo *subsidio* . . . -ens . . . sententia.

e *enunt. secund.*: **α** ut (ne *l. 12*): COLVM. 12, 3, 9 -ere atriensibus, ut *eqs.* (*c. dat. pers. [v. p. 1925, 5] ut*: COD. Theod. 11, 7, 16 [= Iust. 10, 19, 7 pr.]. ENNOD. epist. 5, 6, 5 p. 129, 12 deo . . . precibus. *al. cf.* AVELL. p. 692, 12 principi . . ., ne *eqs.*). PS. ASCON. Verr. p. 244, 26 non -itit, ut probet *eqs.* MAXIMIN. c. Ambr. 19 p. 10, 15 *Ambrosius* legendam iusserat epistulam Palladi; -ente (*suprascr.*, exist- *cod.*) vero Palladio, ut legeretur *eqs.* AVG. conf. 13, 1, 1 -isti . . . vocibus, ut audirem. *al.* RVSTIC. Conc.ˢ I 4 p. 91, 33 si . . . episcopum non . . . -ere humanae voluntati sive errori fueris exhortatus, magis vero -eris, ut ab illo recedat (*gr. I 1, 7 p. 146, 11 sq.* ἐνστῆναι . . . ἐπείξειας ἀποστῆναι). *al.* *cf.* CLAVD. DON. Aen. 4, 125 p. 371, 20 *Iuno* sic -bat, ut *eqs.* **β** *acc. c. inf.*: AVG. c. Faust. 19, 17 p. 515, 21 hoc . . . fieri magnopere -bant (CIL III 5630, 7 Orgetia Vrsa . . . inpendio heredis f. -itit [*legebatur olim* instituit]). PS. AVG. quaest. test. I 49, 1 -itit fieri oportere. EPIST. pontif. 599 Schwartz p. 6, 4 quos . . . ab apostolica -isti sede damnari. DRAC. laud. dei 3, 431 -itit occidi *captivos Regulus.*

f *partic.*: VVLG. iud. 7, 22 -bant . . . viri bucinis personantes. CONC.ˢ I 2 p. 12, 25 eadem facere non desierunt, sed -unt per dies singulos implentes aures omnium vocibus lacrimosis. p. 34, 11 (= I 3 vers. Tur. p. 59, 2) cum . . . -remus responsum quaerentes accipere (*gr. I 1, 2 p. 10, 24* ἐπεμένομεν ζητοῦντες). I 3 vers. Tur. p. 114, 19 dicentes (*gr. I 1, 3 p. 45, 15* ἐνίστανται . . . λέγοντες). ARATOR act. 2, 518 -e loquens.

B *c. nom. praedic. fere i. q. accidere, evenire, existere* (*v. et p. 2002, 28*): AVG. epist. 44, 13 Maiorem Caelicolarum, quem audieramus novi apud eos baptismi institutorem -isse (instituisse, exstitisse *edd. vett.*). OROS. hist. 5, 11, 5 quae clades tam repentina ac tam violenta -itit, ut *eqs.* CASSIOD. Ios. antiq. 11, 3 p. 310 eis videbatur minor templi constructio -isse (*gr. 11, 83* ἐλαττοῦσθαι τὸν ναὸν τοῦ κατασκαφέντος. *antea*: arbitrati quantum a priori felicitate minores existerent). THEOD. MOPS. in psalm. 4, 2 p. 21, 12 non esse qui rerum inspector -at.

partic. praes. **īnsistēns** *v. sub* insisto.

adv. **īnsistenter.** *i. q. urgenter, instanter*: NEPOTIAN. 21, 1 cum Etrusci in urbem Romam -r irruerent (*Val. Max. 3, 2, 1* inrumpentibus).

deriv.: institio, institium. *v. et* institor. *? compos.*: superinsisto (*v. p. 1923, 4*). *Kröner.*

īnsiticius, -a, -um. *ab* 2. inserere, *cf.* insitivus *et* inserticius. GLOSS. ἐγκεκεντρισμένος. -um ἐγκεντρισθέν, ἐμφυτευθέν. [*dub. trad.*: APVL. met. 6, 31, 6 -um et fartilem asinum ('*impletum, sc. virgine insuta*' *intellegit Armini, Eranos 30, 1932, 82, cf. l. 56 et p. 1871, 75*; insiciatum *Heinsius, edd.*). *e coni. dub.*: SEN. dial. 11, 7, 10 (*Pincianus pro* instituta, *cf. l. 62*; insitiva *Gertz*). GLOSS. II 583, 22 insitius filius su⟨s⟩pectivus (insicius *b*, -us *Loewe, Gloss. nom. 55; fort.* insitivus).]

i. q. quasi insitione facta generatus (*l. 56*), *adventicius, extraneus sim.*: **1** *de animantibus*: VARRO rust. 2, 8, 1 mul[t]i et item ⟨hinni⟩ bigeneri atque -i *sunt*, non suopte genere ab radicibus. SALL. (?) rep. 2, 11, 3 cum *patribus* . . . maiorum virtus partam reliquerit gloriam . . ., cetera multitudo pleraque -a sit (*v. Edmar, Stud. 114*). **2** *de rebus*: VARRO rust. 1, 2, 5 aestivo die, si non diffinderem meo -o somno meridie (*Victorius*, insiticiosum numeri die *trad.*), vivere non possum. PLIN. epist. 4, 3, 5 *non* coniectura eget, quid sermone patrio exprimere possis, cum hoc -o (instituto *var. l.*) et inducto (*i. Graeco*) tam praeclara opera perfeceris. SIDON. epist. 4, 14, 4 hanc in te ipse virtutem, si naturalis est, excole, si minus, ut -am appone.

ᵃ**īnsitio**, -ōnis *f.* *ab* 2. inserere; *cf.* insertio. *scrib.* -sat- *p. 1927, 37.* *de notione*: SERV. georg. 2, 69 (*sim.* BREV. EXPOS., SCHOL. Verg. Bern., *cf.* ISID. orig. 17, 6, 11) transit ad -em, quae duplex est: nam aut -o dicitur, cum fisso trunco surculus fecundae arboris sterili inseritur, aut oculorum inpositio, cum inciso cortice libro alienae arboris germen inserimus (inponimus *Brev. expos.*, inmittitur *Isid.*). GLOSS. II 404, 15 περιποίησις -o (*ed. Stephani*, visitio *trad.*), adiectio. III 263, 50 ἐγκέντρισμα -o. *v. et sub* insitio. *legitur inde a* CATONE, *plur. inde a* CIC., VARRONE. [*confund. in codd. c.* incisio *p. 1927, 3*, infinitio BREV. EXPOS. Verg. georg. 2, 69 *bis*, insertio *p. 1880, 49*, institutio *p. 1927, 27 et* SCHOL. Verg. Bern. georg. 2, 52 (-e *restituit Hagen*).]

I *i. q. actus inserendi* (*pro tempore inserendi usurpatur p. 1927, 28*), *t. t. agr. spectans ad arbores meliorandas per immissos surculos sim. aliarum arborum fructiferarum* (*includuntur* inoculatio, emplastratio *e. g. p. 1927, 3*; *pressius* -o *sc. per surculum p. 1927, 21*): **a** *agitur de -is modis*: CATO agr. 41, 2 vitem sic inserito: praecidito . . ., eam mediam diffindito . . ., eo surculos . . . artito . . .; altera -o est: si vitis vitem continget, utriusque vitem teneram praeacuito, obliquo inter sese . . . conligato. 41, 3 tertia -o est: terebrā vitem . . . pertundito, eo duos surculos . . . artito. COLVM. 4, 29, 7 inseritur . . . vitis vel recisa vel integra

[*Stiewe*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perforata terebra; sed illa frequentior . . . -o, haec rarior (*cf.* 4, 29, 13 haec . . . tutior et certior est -o *sc. per terebrationem*). 5, 11, 1 (*fere* = arb. 26, 1) tria genera . . . -um (incisionum *var. l.*) antiqui tradiderunt: unum, quo resecta et fissa arbor . . . surculos accipit, alterum, quo resecta inter librum et materiam semina admittit, quae utraque genera veris temporis sunt; tertium, quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocant agricolae emplastrationem vel, ut quidam, inoculationem. hoc genus -is aestivo tempore . . . usurpatur (*cf.* PALLAD. 3, 17, 1 celebratur -o, quae fit tribus generibus *sc. aut sub cortice aut in trunco aut emplastro*). 5, 11, 2 (*fere* = arb. 26, 2) quarum -um rationem cum tradiderimus, a nobis repertam quoque docebimus (*v. 5, 11, 12 = arb. 27, 1*). 5, 11, 8 (*fere* = arb. 26, 7) tertium genus -is cum sit subtilissimum, non omni generi arborum idoneum est, sed fere recipiunt talem -em *i. emplastrationem*, quae humidum (*eqs.*) . . . librum habent, sicut ficus. 5, 11, 12 (= arb. 26, 9) quartum illud genus -is (*sc. per terebrationem*) iam docuimus, cum de vitibus disputavimus. 11, 2, 59 his . . . diebus arbores ficorum inoculant, quod genus -is emplastratio vocatur (*cf.* PALLAD. 7, 5, 2 celebratur -o in pomis, quae inplastratio dicitur). arb. 9, 1 est etiam genus -is, quod uvas tales creat, in quibus varii generis ac saporis . . . reperiuntur acini. PLIN. nat. 17, 101 *inoculationem* natura ipsa docuit, -em autem casus . . . ad hunc modum *eqs.* (*cf. l. 26*). PALLAD. 3, 17, 8 Hispanus quidam mihi hoc genus novae -is ostendit (*sc. unde persici poma sine ossibus nascerentur*).

b *exempla varia*: CATO agr. 41, 1 (*cf.* capit. 48) vitis -o. *ibid.* pirorum ac malorum -o. *ibid.* oleae et ficorum -o. LVCR. 5, 1361 specimen sationis et -is origo ipsa fuit . . . natura (*cf. l. 21*). CIC. Cato 54 nec consitiones modo delectant, sed etiam -es (institutiones *Non. p. 270, 32*). VARRO rust. 1, 18, 8 -es ficulnas. OV. rem. 195 venerit -o. SEN. epist. 112, 2 non quaelibet -em vitis patitur. COLVM. 1 praef. 27 tot . . . species -um, tot putationum (11, 1, 8 p. -busque vineti). 3, 9, 6 cum fecunditas vitis comprobata est, . . . -bus ad maximum numerum perducitur. *ibid.* -e facta (4, 22, 9). 4, 29, 2 (incisionem *var. l.*). 4, 29, 10. 4, 29, 16 nos terebram *Gallicam* . . . ad hanc -em commenti (*sim.* arb. 8, 4). 4, 29, 17 (= arb. 8, 4) vitium. 5, 9, 17. 5, 11, 3 (*sim.* arb. 26, 2). 11, 2, 23 arborum atque vitium (11, 2, 26). PLIN. nat. 17, 114 (*cf.* 1, 17, 22. 24) pirum vel florentem inserere licet et in Maium quoque mensem protendere -es (-em *var. l.*). PALLAD. 1, 7, 1 -e (insatione *V*) meliorum *surculorum*. 4, 1, 2 (incisione *p*). ins. praef. 1 de arte -is. *al.* *in imag.* (*pendet e parabola p. 1877, 76*): IREN. 5, 10 tit. *oleastri* qualitas tantum, non natura per -em mutatur (*at in textu 5, 10, 1 sqq.* insertio). RVFIN. patr. 1, 6 p. 308C (*ibid.* insertus).

2 *metonymice fere i. q. surculus immissus vel locus arboris, in quo immissum est aliquid* (*cf.* insitum *p. 1877, 26*): COLVM. 4, 29, 1 vitium inserendarum tuendarumque -um praecepta. arb. 8, 3 infra -em (incisionem *var. l., item infra*) et adligaturam . . . vitem vulnerato . . ., ut ex his potius plagis humor defluat, quam ex -e ipsa abundet. 8, 4 talis -o facillime convalescit. PALLAD. 5, 2, 2 -em prope infra terram nutriemus.

īnsitīvus, -a, -um. *ab* 2. inserere, *cf.* insiticius *et* insertivus. *scribitur* -tib- *l. 63 et* GLOSS.L I Ansil. IN 1556 -is: grafiolis qui inseruntur. NOT. Tir. 57, 45 -um. *vox e p. p. p.* insitus *sec. usum eius translatum (v. p. 1877, 62. 1879, 70 sqq.) derivata legitur inde a* CIC., *quae vero ad usum proprium redit, praeter l. 72 non ante s. III.* [*falso trad.*: PLIN. nat. 18, 177 (in stiva *Pintianus*). 20, 256 (*var. l. pro* in sativo). *dub.*: CIL IV 4478 *et e coni. p. 1881, 10. 1926, 51. 53.*]

1 *in imagine i. q. quasi insitione facta adventicius, extraneus, non legitimus sim.*: **a** *de hominibus*: CIC. Sest. 101 cum . . . -um Gracchum *i. Equitium* . . . censu prohibuisset *Metellus* (*cf. p. 1872, 26*). SEN. contr. 2, 1, 21 periculosam sibi futuram adoptionem . . . tota familia expellere -um heredem cupiente. PHAEDR. 3, 3, 10 coniugem esse adulteram et -os (illegitimos *var. l.*) significari liberos. OCTAVIA 249 Nero -us (*Gronovius, Lipsius, cf. p. 1879, 72*; insidivo, insidioso *sim. trad.*). **b** *de rebus*: CIC. rep. 2, 34 -a (-tib- *cod., corr. m. sec.*) quadam disciplina doctior facta *est* . . . civitas (*cf.* AVR. VICT. Caes. 11, 13 urbem Romam . . . -is artibus . . . crevisse). GELL. 12, 1, 17 nobilitatem . . . nati modo hominis . . . -o degenerique alimento lactis alieni (*sc. nutricis, non matris*) corrumpere. HIL. trin. 7, 39 p. 232C pater . . . in filio est et filius in patre . . . *non* per -am capacioris substantiae naturam, . . . sed per nativitatem viventis ex vivente naturae.

2 *sine imag. de insitione arborum*: **a** *de pomis i. q. per insitionem immissus vel generatus* (*sc. ex surculis immissis; n. pl. pro subst. l. 73. 76. 80*): HOR. epod. 2, 19 *rusticus* -a decerpens pira. AMBR. hex. 3, 8, 33 p. 81, 5 -a . . . in superioribus germinant. HEGES. 3, 6, 3 p. 196, 15 portio *Peraeae* . . . -is utilis pomis ([*gr. 3, 44* καρπῶν ἡμέρων]. 3, 6, 4 p. 197, 23 silvestria vel -a [*gr. 3, 49* ὀπώρας ὀρεινῆς καὶ ἡμέρου]). 3, 26, 2 p. 236, 4 *uvae et ficus* sunt in -is regalis cuiusdam gratiae (in *om. pars codd.*; *gr. aliter*). *in imag.* (*confunditur c. imagine plantandi*): AMBR. epist. 2, 8 p. 881C unusquisque . . . vas possideat suum, quo subacto quodam sui corporis solo fructus exspectet debitos . . . atque in hac dumosa quondam passionum fragilitate -a virtutum effloreant. **b** *de arboribus i. q. per insitionem impletus*: PORPH. *p. 1876, 72.*

īnsitor, -ōris *m.* *ab* 2. inserere, *cf.* insertor. GLOSS.L I Ansil. IN 1557 -es: qui inserunt arbores inserta insitione (incerta intisitiore *trad.*). [*confund. in codd. c.* institor, *q. v.*] **1** *nomen dei seminantis* (*cf.* Sator): FAB. PICT. Serv. auct. georg. 1, 21 (*inter deos*, quos invocat flamen sacrum Cereale faciens Telluri et Cereri). **2** *i. q. qui inserit arbores*: PROP. 4, 2, 17 -r . . . solvit . . . vota . . ., cum pirus . . . mala tulit. PLIN. nat. 18, 329 hunc *flatum* caveat -r calamis gemmisque inoculator.

1. īnsitus, -a, -um *v.* 1. 2. insero.

2. īnsitus, (-ūs) *m.* *ab* 2. inserere, *cf.* 2. insertus. GLOSS. *p. 1880, 46.* [*dub.*: PLIN. nat. 14, 36. *cf. p. 1877, 36. 38.*] *i. q. actus inserendi* (*c. gen. arboris impletae*): PLIN. nat. 15, 52 est quibusdam *malis* sanguineus colos, origine ex mori -u (*edd.*, in sinu *trad.*) tracta.

3. īnsitus, (-a, -um). *singulariter, ut vid., in monumento sepulcrali ab* in *et* situs, *cf.* consitus, illatus (*v. Church, ALL 12, 1902, 218*); *nota scripturam per* -I-. [*non constat de* HEMINA hist. 37 (Plin. nat. 13, 86) -os (*duo codd. optimi, Peter*), *quod post* insuper *facile corrigas in* sitos. *ceterum frustratur Stowasser, WSt. 25, 1903, 269, etsi in p. p. p.* insitus *vocem q. e.* situs *subaudivisse videntur posteriores* (*v. p. 1869, 23*).] *i. q. illatus*: CIL VI 6421 Chryseros DorcadIs lIbert(us) hic insItus est.

[*? 4.* **īnsitus** (-sat-) *'non satus' v. p. 1875, 26.*] *Stiewe.*

? **īnsōbrius**, -a, -um. *ab* in *et* sobrius *vi intensiva q. d., ut putat Niedermann, Essais 60 sq.* *? i. q. valde sobrius*: CE 1622 (= INSCR. christ. Diehl 1675), 4 rite carne devicta, -a, fama casta (*Niedermann*; in sobria *trad.*, *'in sobrietatem' explicat Buecheler, cui assentitur Svennung in plagulis coll. Tert. adv. Hermog. 37 p. 167, 21 sq.* devinci et edomari ⟨in⟩ melius).

īnsociābilis, -e. *ab* in *et* sociabilis. GLOSS. ἀκοινώνητος. *v. et p. 1836, 70.* [*e coni. falsa*: TAC. Agr. 3, 1 *pro* dissociabilis.]

i. q. non sociabilis: **1** *de eis, qui (ad)iungi non possunt* (*c. dat. l. 33, inter, cum l. 42, abl. instr. l. 42*): **a** *de animantibus*: LIV. 27, 39, 8 invisitati . . . nec videre . . . advenam . . . adsueti omni generi humano -es (insociales *pars codd.*) erant (*accedit dat. ut*: TAC. ann. 4, 12, 4 anum . . . potentiae anxiam -em nurui efficiebat. DON. Ter. Ad. 529, 2 agrestes inhumanosque . . . et -es aliis ob asperitatem). TAC. ann. 15, 68, 2 *Vestinum* praecipitem et -em credebant. AVIEN. Arat. 31 deorum (*i. Aetheris atque Erebi*). AVG. civ. 19, 12 p. 374, 29 D. cum sint pleraeque -es et solivagae *ferae*. epist. 91, 3 homines . . . -es reddit. *de rebus ad animantes pertinentibus*: OCTAVIA 541 pectore -i vultuque *coniugis*. APVL. Plat. 2, 16 inhumanam atque -em vitam. AVG. civ. 19, 12 p. 373, 23 D. propter . . . -em feritatem. **b** *de rebus naturalibus*: PLIN. nat. 16, 226 quaedam et inter se et cum aliis -ia glutino. 17, 137 qua vel diversae -esque arborum naturae copulentur.

2 *de regno, quod participari, commune esse non potest*: CVRT. 10, 9, 1 admovebantur . . . bella civilia, nam et -e est regnum et a pluribus expetebatur (TAC. ann. 13, 17, 1 *homines* antiquas fratrum discordias et -e r. aestimantes).

īnsociālis, -e. *ab* in *et* socialis. *i. q. non socialis*: PORPH. Hor. epist. 1, 18, 6 'inconcinna' -is. *v. et l. 33.*

? **īnsociātus**, -a, -um. *ab* in *et* sociatus, *si genuinum.* *i. q. non sociatus*: CE 1290, 6 *liqui vitam* -a viro (insocia *lapis*). *W.*

īnsōlābilis, -e. *ab* in *et* solari, *cf.* inconsolabilis. *i. q. cui solacium afferri non potest*: PAVL. NOL. carm. 31, 389 illis internus stupor -e pectus desertis . . . sensibus obsideat.

adv. **īnsōlābiliter.** *i. q. sine solacio*: HOR. epist. 1, 14, 8 Lamiae . . . rapto de fratre dolentis -r (*Heinze confert gr.* ἀπαραμυθήτως πενθεῖν. SERV. Aen. 3, 313 -r et impatienter). ENNOD. epist. 8, 41, 1 p. 226, 13 -r amantum ferretur absentia, nisi opem darent remedia litterarum.

īnsōlātio, -ōnis *f.* *ab* insolare, *cf.* solatio. *i. q. actus insolandi,* ἡλίωσις: PLIN. nat. 21, 84 *cera Punica* candidissima . . . fit post -em . . . recocta.

***īnsolēns**, -entis *adi.* *ab* in *et* solens. *abl.* -i *inde a* CIC. Tusc. 5, 42, -e LIV. 5, 48, 9 (*sed* -i 26, 13, 15). HIL. in psalm. 128, 8. *gen. plur.* -um: NOVELL. Maior. 3. *compar.* -ior *inde ab* HIRT. Gall. 8, 13, 4 (*cf. adv.*; *nota* nimio -ior ORAT. imp. Claud. [CIL XIII 1668] 1, 39), *v. et p. 1929, 52*; *superl.* -issimus *inde a* CAEL. Cic. fam. 8, 12, 3 (*nota* valde -issimus SCHOL. Cic. Bob. p. 80, 5), *cf.* nimis -s *p. 1929, 32. 35.* NOT. Tir. 28, 42. *de notione*: NON. p. 322, 10 -s inpudens et audax dicitur consuetudine (*affert* CIC.) . . . -s rursum non solens (*inter alios affert* TVRPIL. *p. 1929, 43*). CHAR. gramm. p. 411, 24 B. superbus non sum . . . adrogans non sum. -s non sum. SYNON. Cic. p. 414, 26 adrogans. superbus. -s. tumidus. p. 423, 19 effrenatus. immodicus. inpotens. -s. p. 437, 27 procax. pervicax. -s. insectator. DIFF. ed. Beck p. 28, 4 -s est qui non solito more felicitatem suam in aliorum exercet iniuriam. GLOSS. -s: ἀπειράγαθος. ἀγέρωχος. ἀσυνήθης. ἀπειρόκαλος, ἀηδής, ἀηθής, αὐθάδης. superbus, inoportunus (?), infestus. inportunus, inpotens, intolerandus. inp[r]udens (?). -ior: ὑπερήφανος καὶ ἀλαζών, ἀπειρόκαλος, ἀγέρωχος. *al.* *ad singulos locos v. infra.* *legitur in poesi apud* TER., PACVV., TRAG. inc., TVRPIL., HOR., PHAEDR., SEN. trag., HYMN. Ambros., PRVD. (*adv. apud* CATVLLVM); *in serm. ped. inde a* CIC., CAES., SALL.

1 *c. respectu consuetudinis i. q. inconsuetus*: **a** *de eis, qui (quae p. 1929, 12. 18) non solent alqd. facere vel pati* (*c. gen. praeter*

[*Klug*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 2. 13. 19, c. inf. l. 18; hic illic accedit color impatientiae, e. g. l. 7. 11. 13): TER. Andr. 907 quid tu Athenas -s? (SCHOL. p. 93, 13 insuetus, non solitus venire). CIC. de orat. 1, 207 ea requiruntur a me, quorum sum ignarus atque -s (*sim. de ignaro*: SALL. Catil. 3, 4 animus . . . -s malarum artium. GELL. 6, 17, 6 -is hominis inscitiam. AMBR. epist. 2, 29 -s rerum huiusmodi medicus). Att. 2, 21, 3 -s infamiae, semper in laude versatus (*cf.* TAC. hist. 2, 88, 2 -s contumeliarum animus [ann. 6, 34, 1. APVL. apol. 3 laudis assuetudine contumeliae -s]). CAES. civ. 2, 36, 1 multitudo -s belli diuturnitate otii (TAC. hist. 1, 87, 2 bellorum. HEGES. 4, 4, 1 adsuetus latrociniis, bellorum -s). SALL. hist. frg. 4, 57 -s vera accipiendi (*cf.* SEN. Phaedr. 136 durus et veri -s . . . regius . . . tumor). HOR. carm. 1, 5, 8 aspera . . . aequora . . . emirabitur -s. TAC. ann. 3, 53, 1 obsequii -s (*cf.* HEGES. 3, 24 disciplinae. SVLP. SEV. chron. 2, 4, 6 plebs assueto malo -s parendi). 15, 67, 3 audiendi quae faceret -s erat *Nero*. GELL. 19, 12, 7 ruris colendi. AMBR. in psalm. 36, 16, 6 qui se frustra extollit . . . -s devotionis. HEGES. 1, 40, 2 quae . . . satis praesentium -s extollere sese occoeperat fastu superbo. SVLP. SEV. chron. 2, 33, 7 -s humana suscipere terra *impatiens aedis*. ROMVL. fab. 55, 7 rec. W acceptor qui ad praedam et -s venerat (-em *suspicatur Thiele praeter necessitatem*). BOETH. cons. 2, 4, 16 W. adversitatis. CASSIOD. var. 6, 9, 2 -s libertatis (libertati *var. l.*) genus est rusticorum, qui . . . sibi putant licere voluntaria (*an ad l. 76 sqq.?*).

b *de eis, quae non solent esse vel reperiri sim.*: *α de variis rebus*: PACVV. trag. 60 aegritudo. PLIN. nat. 33, 41 alia . . . differentia -s. APVL. mund. 18 quae fontes pariunt -bus locis (*i. ubi id non solet fieri. cf.* PALLAD. 12, 4, 2 si regio -s et incustodita contigerit; *i. non frequentata*). MIN. FEL. 9, 2 ut etiam non -s stuprum . . . fiat incestum. *β de verbis sim.* (*apud rhet.*): CIC. Brut. 274 verbum . . . aut durum aut -s aut humile (orat. 25 *iuxta* odiosum. CAES. anal. frg. Gell. 1, 10, 4 inauditum atque -s. QVINT. inst. 4, 1, 58. FRONTO p. 115, 21 v.d.H. [= p. 121 N.] -s aut intempestivum. GELL. 11, 7, 1 -bus novitatisque durae. 19, 2, 2 nimis). orat. 29 quod nihil habeat -s aut ineptum *Lysias*. FRONTO p. 36, 7 v.d.H. (= p. 40 N.) nulla figura obscura aut -i. *γ* -s est, ut: AVG. civ. 13, 11 p. 568, 16 D. quia nimis est -s, ut simul et vivens esse dicatur et moriens. PROSP. in psalm. 103, 10 non est . . . -s, ut qui montes sunt propter . . . magnitudinem, convalles sint propter . . . humilitatem (*Aug. ad l. serm. 2, 10* non repugnat, ut *eqs.*).

2 *c. respectu morum fere i. q. immodestus sim.* (*cf. et colorem impatientiae l. 7. 11. 13*): **a** *de animantibus* (*hominibus praeter l. 58*): *α superbis, crudelibus sim.* (*pro subst. l. 55. 56, praeterea* HIL. in Matth. 16, 3. *al.*; *iuxta* superbus *l. 55*, crudelis *l. 56*): ① *exempla varia selecta*: TVRPIL. com. 100 ille -s . . . ut fastidit carnifex (NON. *aliter, v. p. 1928, 69*). TRAG. inc. 65 victor (HOR. epod. 16, 14. VAL. MAX. 6, 5, 7 v. alioquin -s, hoc imperio iustissimus. *al.*). CIC. dom. 92 non tam -s sum, quod Iovem me esse dico, quam *eqs.* fam. 2, 16, 2 in hominum -ium indignitate (9, 20, 2. CAEL. Cic. fam. 8, 12, 3 -issimi. SALL. [?] rep. 2, 3, 6 h. inertissimi . . . dominationem . . . -es agitant. *al.*). epist. frg. IV 21 -s adrogans iactans. *al.* HOR. carm. 2, 4, 2 Achillem (PORPH.: superbum et adrogantem . . .; alioquin -s crudelis dicitur). LIV. 5, 48, 9 ab -e Gallo (AMM. 15, 12, 1 avidi iurgiorum et sublatius -es). *al.* VAL. MAX. 2, 7, 1 ut -issimos . . . spiritus . . . contunderet (5, 1, 6. *cf.* CONC.[S] I 5 p. 160, 38 durum sensum -emque [*gr. I 1, 6 p. 138, 5 ἀγέρωχον*]). *al.* SEN. benef. 2, 12, 2 parum . . . foede furioseque -s fuerat *Caligula*. dial. 2, 11, 1 superbi -esque (VOPISC. Aurelian. 28, 4. *al.*). epist. 4, 7 crudelis et -s. 83, 20 crescit -i superbia. *al.* PLIN. paneg. 31, 2 superbiebat ventosa et -s natio. *et saepe.* *de asino*: PHAEDR. 1, 11, 12 PHYSIOGN. 119 p. 137, 17. ② *indicatur causa*: *abl.*: HIRT. Gall. 8, 13, 4 secundis . . . rebus -iores (*cf.* SEN. dial. 4, 33, 1 magna fortuna). SALL. Iug. 100, 1 victoria socors aut -s factus (IVST. 42, 5, 4 -ior . . . redditus). SEN. contr. 9, 1, 15 adulescentem tumidum et nobilitatis suae cogitatione -em. FRONTIN. strat. 1, 3, 3 successibus (AMM. 28, 6, 13). PS. AVR. VICT. epit. 9, 3 fiducia meritorum (HIL. in Matth. 16, 1 legis f.). 12, 8 scelere. *al.* in *c. abl.*: BELL. Alex. 8, 6 in victoria. HIL. in Matth. 19, 4 in lege. per: EVTR. 1, 9, 1 per diuturnitatem potestatis. ③ *indicatur, in quem* (*quid*): in *c. acc.*: TERT. nat. 1, 10, 40 in deos. OROS. hist. 6, 18, 17. *dat.*: AVR. VICT. Caes. 9, 12 miseris. HIL. in psalm. 128, 8 cervice . . . operibus fidei -e. AMBR. exc. Sat. 1, 24 modestiae gratus nec -s efficaciae. in psalm. 38, 9, 1 ei. *ibid.* sibi (38, 10, 1). CASSIOD. var. 6, 22, 3 PASS. Alex. Baccan. (BHL 273) 14. ④ *alia*: PS. AVR. VICT. epit. 14, 6 ad ostentationem sui -s (HEGES. 4, 6, 1 -iores ad flagitia coacervanda). RVFIN. hist. 2, 23, 21 -s moribus (*gr. θρασὺς τὸν τρόπον*). THEOD. MOPS. epit. in psalm. 53, 5[C] ad p. 349, 11 —13 viribus -es (*gr. l. 12 ἰσχυροί tantum*).

β intemperantibus sim. (*accedit* in *c. abl. l. 78 bis. 79. 82, abl. limit. l. 83*): CIC. S. Rosc. 23 qui in sua re fuisset egentissimus, erat . . . -s in aliena. Sest. 119 *sum* non tam -s in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper (*an ad 1? sed cf.* de orat. 2, 358 ne in re nota . . . multus et -s sim. GELL. 17, 10, 8 ut Pindaro . . ., qui nimis opima pinguique esse facundia existimatus est, -ior . . . tumidiorque sit *Vergilius*). de orat. 2, 242 non fuisse -em in pecunia. SEN. Phaedr. 497 nec trabes multo -s suffigit auro. VITA Hil. Arel. 4 l. 26 natura humana . . . -s appetitu, non contenta . . ., non satiata.

b *de rebus*: *α variis*: CIC. Vatin. 8 gravis voltus, superba responsa, -s vita. Marcell. 9 victoria, quae natura -s et superba est (fam. 4, 4, 2. LIV. 26, 13, 15 v. -i subnixos). rep. 1, 24 ostentatio (parad. 42 tua tam -s o.). NEP. Timol. 4, 2 nihil . . . neque -s neque gloriosum (HYMN. Ambros. I 3, 3 nil -s mens cogitet. *cf.* GELL. 2, 27, 5 quod est . . . -s et immodicum). HOR. carm. 3, 29, 50 Fortuna . . . ludum -em ludere pertinax (SCHOL.: iniquum vel novum). LIV. 45, 23, 17 legationis (*opp.* miserabilis et supplex). VAL. MAX. 2, 8, 7 crudelissimi et -issimi successus. 3, 6, 6 paene -s factum (AMM. 22, 10, 5). 9, 1 ext. 2 servorum . . . -issimae dominationi. PLIN. nat. 35, 201 fortunae. QVINT. inst. 1 prooem. 14 nomen . . . -issimum . . ., ut soli studiosi sapientiae vocarentur. CAPITOL. Gord. 7, 2 tam -es iniurias (SALV. gub. 8, 4). COD. Theod. 3, 16, 2, 1 -is divortii poenam. *al.* *β de affectibus sim.*: CIC. rep. 1, 51 superbiae (CAPITOL. Maximin. 28, 1 -issimae). fin. 1, 10 tam -s . . . fastidium. Tusc. 5, 42 quem . . . temperantia . . . -i alacritate gestire non sinat. BELL. Alex. 51, 2 -i voluptate (voluntate *codd.*) efferebatur (PANEG. 4, 32, 8). HOR. carm. 2, 3, 3 mentem . . . ab -i temperatam laetitia (LIV. 42, 60, 2. *cf.* CVRT. 4, 6, 26 -i gaudio . . . elatus [AMM. 20, 7, 16]). PHAEDR. 5, 7, 2 fiduciam. SEN. benef. 7, 26, 4 aestimationem sui nimiam et tumorem . . . -em. APVL. Socr. 3 p. 122 -issimo spretu (*postea*: contemptu . . . tumida). CYPR. patient. 2 p. 398, 15 -s adfectatae libertatis audacia. PRVD. cath. 7, 86 gens -i praepotens iactantia. *al.*

adv. **ˣinsolenter.** *var. l.* insul-: LEX Burg. lib. const. 38, 9. 76, 1. *compar.* -ius *inde a* CIC. Catil. 2, 20, *superl.* -issime VAL. MAX. 3, 2, 21 LACT. mort. pers. 9, 9 OROS. hist. 2, 13, 4; *cf.* nimis -r *l. 34*. GLOSS. ὑβριστικῶς. ὑπεροπτικῶς. inportune. *inde a* CIC., *in poesi non nisi apud* CATVLLVM; *deest e. g. apud* SALL., TAC.

i. q. modo insolenti (*c. verbis praeter l. 56, verbum suppl. l. 62, in lusu verborum l. 31. 64*): **1** *i. q. contra consuetudinem*: CIC. inv. 1, 43 evenire vulgo soleat an -r et raro. div. 1, 99 -r . . . disputat *contraria eis, quae antea dixit*. CATVLL. 25, 12 ne . . . -r aestues *doloribus*. GELL. 1, 21, 5 non . . . primus finxit hoc verbum -r. 10, 13, 4 -ius paulo hac figura est ita usus (AVG. retract. 1, 5, 3 nimis -r). 14, 5, 4 -ius quidem paulo, sed rectius . . . pronuntiandum. AVG. civ. 10, 1 p. 403, 15 D. verbum a significanda observantia . . . -r auferri. in psalm. 87, 9 totum pro parte non -r accipitur (*antea*: scriptura consuevit). quaest. hept. 3, 25 -r putantes . . . senatum dici interpretati sunt ordinem seniorum.

2 *i. q. superbe, arroganter sim.* (*iuxta* superbe *l. 50. 55*): CIC. Catil. 2, 20 qui se . . . sumptuosius -iusque iactarunt (*cf.* Flacc. 38 nec volitabo in hoc -ius. Tusc. 4, 20 se efferens [4, 38. CAPITOL. Ver. 9, 2 -ius quam verecundus senator. AMM. 14, 6, 1 ultra modum . . . dignitatis. *al.*]. Att. 1, 16, 8 gloriari [CAES. Gall. 1, 14, 4. *al.*]. CYPR. domin. orat. 26 p. 286, 23 ne quis se -r extollat [epist. 11, 1. *al.*]). Phil. 2, 65 quam -r . . . invasit. 9, 7 laete atque -r tulit (PORPH. Hor. epist. 1, 8, 17 non -r). Att. 5, 10, 3 multa vel iracunda vel -r . . . dicuntur et tacentur (VAL. MAX. 9, 5 ext. 2 utrum -ius dictum an imprudentius. QVINT. inst. 1, 5, 9 -r . . . aut minaciter aut crudeliter. *cf.* VOPISC. Aurelian. 27, 1 superbius -iusque rescripsit. SCHOL. Cic. Bob. p. 167, 25 epistulam . . . -ius scriptam). fam. 4, 3, 3 nihil faciam -r. CAES. civ. 1, 45, 1 hostem -r atque acriter nostros insequentem (*cf.* 3, 46, 3 -ius atque audacius nostros premere. BELL. Alex. 27, 5 incaute atque -r succedere. VAL. MAX. 3, 2, 21 -issime obequitantem. OROS. hist. 7, 36, 9 obsistentem). LIV. 2, 45, 6 adeo superbe -rque . . . eludebat (*cf.* FLOR. epit. 1, 26, 3 satis -r inrisa). 23, 36, 2 ab re bene gesta -r laetum exercitum. 39, 26, 7 -r et immodice abuti . . . indulgentia (VAL. MAX. 8, 1 absol. 3 VINCENT. LER. 17, 14. *cf. l. 69*). SEN. epist. 103, 5 -r tractata et contumaciter *philosophia*. PLIN. paneg. 37, 7 improbe et -r ac paene impie. CYPR. epist. 14, 2 p. 511, 19 sibi -r adsumpsit (71, 3. *cf.* COD. Theod. 1, 29, 7 [= Iust. 1, 55, 5] vindicantes. OROS. hist. 2, 13, 4 praesumebant). *al.* *verbum suppl.*: VAL. MAX. 9, 5, 3 Pompeius quam -r. 9, 5 ext. 2 Xerxes . . . suo iure, tam⟨en⟩ -r, quod *eqs.* *sim. in lusu verborum* (*cf. supra l. 31*): PETRON. 59, 3 ut -r solent. *relatione ad verbum deficiente, ut vid., fere i. q. insolentiā*: OROS. hist. 4, 1, 4 Romanus exercitus . . . iniuriam -r (*i. insolentiā Tarentinorum*) acceptam crudeliter vindicat.

3 *i. q. immodeste sim.* (*cf. et supra l. 41*): CIC. orat. 176 Gorgias . . . avidior est . . . et his festivitatibus . . . -ius abutitur, quas Isocrates . . . moderatius temperavit (*cf. l. 57*). COLVM. 3, 10, 9 ne per omnes vices . . . vagetur -r oratio. COD. Theod. 7, 13, 7 pr. quod aurum . . . immane deposcitur atque . . . coemptio . . . -ius quam convenit aestimatur.

deriv.: insolentia, insolesco. *compos.*: perinsolens. *Klug.*

ˣinsolentia, -ae *f. ab* insolens. *plur.*: PHAEDR. 3 epil. 31 GELL. 6, 17 tit. 13, 21, 22. EPIST. Synod. Migne 56, 831[C] (*sec. gr. Theodoret. 1, 9, 10 ἀταξίας, cf. Cassiod. hist. 2, 12, 11* indisciplinationes; *sed sing. pro gr. plur.*: RVFIN. hist. 4, 6, 1 -am [*gr. ἀπονοίαις*]). ENNOD. opusc. 3, 117 p. 361, 8 THEOD. MOPS. epit. in psalm. 68, 20[a]. *de notione*: SEN. epist. 87, 32 nihil . . . aliud est -a quam species magnitudinis falsa. CHAR. gramm. p. 411, 24 B. adrogans non sum. . . . nihil mihi adsumo. -am fugio. GLOSS. ἀπειροκαλία. ἀήθεια. ἀλαζονία. ἀπειθία. αὐθάδεια. instabilitas, intemperantia. inquietudo vel lascivia. stultitia. novitate. *legitur in poesi apud* TVRPIL., ACC., HOR., PHAEDR., *in sermone pedestri inde a* CIC., CAES., SALL., NEP., LIV.

[W.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[*falsa var. l.* insilentia: EVTR. 8, 12, 1. GLOSS. V 365, 33 -a inquietudo (*cf. p. 1930, 82*). *dub.*: THEOD. PRISC. log. 65 si . . . sanguinis . . . perseveraverit -a (molestia *var. l.; cf. Cael. Aur. chron. 2, 13, 170* si solutio perseveraverit).]

1 *de statu vel habitu*: **a** *c. respectu consuetudinis i. q. status inconsuetus* (*tam ignorantis quam rei ignotae*): *α vario usu*: Ⓘ *absol.*: TVRPIL. com. 16 ineptus quid mihi vellem ex -a nescibam (LIV. 23, 18, 11. 30, 42, 17 SOL. 4, 2). CIC. inv. 1, 2 *homines feros* propter -am reclamantes. Ⓘⓘ *c. gen.*: ACC. trag. 276 luminis conspiciendi -a (*cf.* SOL. 26, 6 lucis). CIC. S. Rosc. 88 fori iudiciorumque. Pis. 24 rerum secundarum. Deiot. 5 loci (SALL. Iug. 50, 6 asperitas et -a l. PANEG. 9, 3, 2 l. . . . -a, non dicendi novitate. AMM. 24, 1, 2 locorum). de orat. 1, 99 istius disputationis -a atque earum rerum . . . inscitia. rep. 1, 62 libertatis. SALL. Iug. 94, 2 itineris. TAC. ann. 3, 38, 3 -ā nostri (*i. Romanorum*). 3, 59, 2 arguens -am sententiae aureasque litteras contra patrium morem. 6, 10, 3 continuam potestatem et -a parendi graviorem. PORPH. Hor. epist. 1, 19, 15 faciendi. SOL. 49, 11 mutati aeris. IVL. VAL. 3, 6 ob -am eiusmodi proelii (*cf. Hist. Alex. M. I p. 101, 24 Kr.* τὸ ξένον). BOETH. cons. 2, 7, 7 W. loquendi diversitate, . . . commercii -a. DIONYS. EXIG. vita Pachom. 13 ciborum (*postea*: cibos insolitos).

β usu rhet. (*cf. p. 1929, 28*): CIC. de orat. 3, 44 neque solum rusticam asperitatem, sed etiam peregrinam -am fugere (MART. CAP. 5, 510 qualitates . . ., quod nomen numquam fuerat in Latinis, quo et auribus temperandum et -a fugienda). 3, 50 tanta . . . -a ac turba verborum, ut oratio . . . tenebras afferat (GELL. 13, 21, 22 cum -as v. a veteribus dictorum . . . respueret *Cicero*). Brut. 284 insulsitatem et -am tamquam insaniam quandam orationis odit. GELL. 1, 21, 4 cum . . . displicita esset -a et insuavitas illius 'sensu torquebit amarum'. 6, 17 tit. grammatico -arum et imperitiarum pleno. 9, 14, 8 ab -a . . . vocis istius (*i.* dii *pro* diei) abhorrentes. 16, 8, 5 novis . . . vocibus . . ., quas pati aures per -am vix possent. MART. CAP. 4, 339 debetis . . . -am perferre sermonis, qui Graiam dissertare Latialiter compulistis.

b *c. respectu morum*: *α de superbia sim.*: Ⓘ *exempla varia selecta*: CIC. inv. 1, 42 ex -a arrogantia (Phil. 2, 84 a. . . . -amque. SEN. epist. 87, 35 -am, tumorem, a. [*disting.* magnitudinem *animi. cf. p. 1930, 79*]. *al.*). Verr. II 3, 106 *iuxta* luxuria, licentia, nequitia. 4, 89 illa tua singularis -a, superbia, contumacia (Phil. 8, 21 non solum audaciam et scelus, sed etiam -am superbiamque. SEN. benef. 2, 13, 3 [*syn.*]. *al.* EVSTATH. Basil. hex. 6, 10, 7 ne . . . ⌊adfectemus s. vel -am⌋ [⌊⌋ *gr.* μέγα φρονεῖν]). Phil. 2, 102 -a elatus (AMM. 17, 11, 3. *cf.* FLOR. epit. 1, 24, 2 eo -ae e. EVTR. 8, 12, 1 ad nullam -am [-sil- *G1*]). *al.* SALL. Iug. 4, 2 per -am . . . studium meum laudando extollere. *al.* HOR. epod. 17, 75 meae (*i. Canidiae*) . . . terra cedet -ae (PORPH.: quasi novae potentiae. *cf.* SEN. suas. 1, 5 ipsa suasoria -am eius coarguit: orbis illum suus non capit). LIV. 37, 49, 2 *legati* offenderunt aures -a sermonis (*cf.* VAL. MAX. 9, 2, 2 animi ac verborum). VAL. MAX. 1, 5, 8 ut . . . victoris -am dicti tumore protraheret (*cf.* IVST. 11, 11, 12 *iuxta* tumor. 39, 2, 1 tumens . . . spernere . . . superba -a coepit. AMM. 15, 5, 35 -a . . . et tumore. *v. et l. 36*). *al.* FRG. Vat. 272 (= COD. Iust. 8, 55, 1, 2) magis . . . ad obsequium . . . quam ad -am (*cf.* AMBR. epist. 27, 8 contrariae sibi sunt . . . disciplina atque -a). PHYSIOGN. 132 p. 144, 5 et equi -am et simiae malignitatem. CONC.S I 2 p. 80, 10 chartulam . . . -a . . . et ignorantia plenam (*gr. I 1, 3 p. 21, 28* ἀπονοίας, *I 3 Rustic. p. 105, 16* pertinacia). I 3 vers. Tur. p. 116, 5 (*gr. I 1, 3 p. 47, 5* προπέτεια). *al.* Ⓘⓘ *accedunt structurae variae*: *indicatur, in quem -a fiat*: in *c. abl.*: CAES. civ. 1, 32, 6 crudelitatem et -am in circumscribendis tribunis plebis. DICT. 3, 14 memores paulo ante in Patroclo -ae barbarorum. *gen. obi.*: GREG. M. epist. 3, 59 propter monachorum -as (*postea*: monachis . . . securius liceat celebrare). *indicatur causa genetivo* (*sec.* fiducia): OROS. hist. 6, 18, 30 Lepidus magna viginti legionum -a tumens (*sec. Suet. Aug. 16, 4* superbientem viginti legionum fiducia). -ae est *c. inf.*: QVINT. inst. 1, 6, 20 (*iuxta* iactantiae). AVG. civ. 5, 2 p. 193, 6 D. -a est *c.* ut: LACT. inst. 4, 23, 5 quae -a est, ut . . . ?

β de immoderantia sim.: CIC. leg. agr. 1, 18 modeste -am suam continebunt. 2, 97. Cael. 75 -a voluptatum. Phil. 9, 13 huius saeculi -am (*opp.* maiorum continentiam). rep. 2, 45 victoriis divitiisque subnixus exultabat -a, neque suos mores regere poterat neque suorum libidines. fam. 9, 20, 1 nec . . . ad hanc -am, sed ad illam tuam lautitiam. SALL. Iug. 40, 5 plebem ex secundis rebus -a ceperat. AVELL. p. 408, 26 quamvis . . . -a corporalis . . . refrenanda sit . . . castigatione ieiunii. SACR. Leon. 929 ut . . . salutaris castigatio mortalitatis -am mitigaret (*antea*: exuberantiam corporalem).

2 *? de incremento* (*vocis, cf. p. 1932, 57*): VEN. FORT. vita Albin. 16, 44 praetereunte *carcerem* . . . Albino fiebat -a de vocibus inclusorum.

[**insolentiōne** (*pro* -tia*? Lindsay*): intemperantia GLOSS.L Corp. I 257.] *W.*

[**insoleo** *falso trad. vid. pro* soleo: CAECIL. com. 164.]

***insolēsco**, -ēvī (-uī *? p. 1932, 1*), -ere. *ab* insolens (*cf. Walde-Hofmann I 704sq.*). CHAR. gramm. p. 469, 18 B. *inter* verba, quae apud Latinos active proferuntur, apud Graecos autem passive. -lisco: *p. 1932, 3. 6. 47* (*var. l. saepius*). *formae perf.*: -verat AMBR. psalm. 118 serm. 10, 2, 2 (*var. ll.* soluerat, -uerat). HEGES. 2, 10, 6. 3, 13, -visset HEGES. 2, 1, 2, -vit *l. 3. 6.* NOT. Tir. 91, 75 -liscit. *de notione*: SYNON. Cic. p. 431, 1 increvit. invaluit. -vit. inolevit. GLOSS. -o: ἀλαζονεύομαι. ἀπεθίζω. -it: crescit, augmentatur. mutatur. non solitus erat et inportunus. -ere: ἐναβρύνεσθαι, ὑπερηφανεύεσθαι, κατεντρυφᾶν. insuperbire. -liscere: superbire. -vit: invaluit, inhaesit vel increvit. *al.* GLOSS.L V Aa I 703 -ere: superbe agere. *legitur in serm. ped. inde a* TIRONE, SALL., TAC., TERT., *in poesi non nisi apud* PRVD. *l. 39.* [*confunditur c.* inolesco *saepius, cf. p. 1738, 22*; -ens *falso pro* insolens *edd. vett.* AMM. 15, 12, 1. *dub.*: DIONYS. EXIG. Conc.S IV 2 p. 199, 22 fides . . . servetur intacta, . . . in nullis profanis vocum novitatibus -ens (*Migne 67, 411C* turbida, *gr.* ἐπιθολουμένῃ. *fortasse legendum* insordescens, *cf. p. 200, 7* sordesceret. *Prud. ham. 458* de . . . profanato . . . sordescere cultu).]

fere i. q. insolentem (insolitum) fieri (*vel esse*): 1 *respiciuntur mores, fere i. q. superbum fieri, se extollere sim.* (*passim c. notione intemperantiae; pro subi. sunt mores l. 52* [*part. praes. pro adi.*], *fortuna l. 26, aliae res l. 35. 41. 42; accedunt adverbia* magis *l. 45*, magis magisque *l. 32*, vehementius *l. 35*, nimium *l. 49*, *cf.* immane quantum *l. 50*): **a** *c. additamentis*: *α indicatur effectus*: TIRO Gell. 6, 3, 15 ne Romani . . . ad superbiam ferociamque et immodicum modum -rent. VEN. FORT. vita Germ. 20, 59 in sancti pontificis -it iniuriam. *β indicatur modus*: SALL. Catil. 6, 7 eo modo minume posse . . . per licentiam -ere animum humanum ([*syn. 7, 1* se . . . extollere]. VVLG. Esth. 3, 8). COD. Theod. 11, 30, 11, 1 per iactantiam. ENNOD. dict. 24, 4 p. 499, 9 ne successionibus -at *fortuna* (*i. repetitis miseriis insolentiam suam exerceat*). CASSIOD. in psalm. 136, 10 ut res fragilis (*i. caro*) tantis ausibus -at. var. 10, 5, 1 nullis praesumptionibus. *γ indicatur causa*: *ablativo*: TAC. hist. 2, 7, 1 rebus secundis etiam egregios duces -ere (IVST. 31, 8, 8 *opp.* animos minuere. *cf.* SACR. Leon. 875 prosperitatibus [*opp.* deficiat]). AVR. VICT. Caes. 39, 12 ne . . . ingenium magis magisque victoria -ret. SYMM. epist. 1, 43, 1 successu. AMBR. hex. 5, 15, 52 p. 179, 5 nec -bat (-liscibat *pars codd.*) . . . perpetua potestate (*opp.* frangebatur). CASSIAN. inst. 5, 14, 2 lasciviam carnis, quae fotu escarum vehementius -it. *praepos.*: HIL. in psalm. 66, 9 in secundis rebus . . . ex naturae vitio -it (ZENO 1, 7, 4 in regno. *cf. etiam l. 12*). 118 gimel 16 per recens adeptam . . . gratiam ([*ad I Tim. 3, 6* inflatus. *cf. infra l. 46*]. *ibid.* nun 9 per opes [*syn.* tument]. PRVD. perist. 2, 208 ne per salutem viscerum mens -at turgida). *δ indicatur, in quem*: HIL. in Matth. 27, 2 adversum conservos (RVFIN. Basil. hom. 2, 7 a. virtutem . . . vitia -ere). RVFIN. Orig. in gen. 1, 15 cum in nullo caro contra voluntatem spiritus -it.

b *sine additamentis* (*selecta quaedam*): TAC. ann. 2, 63, 4 quando -rent Suebi. 2, 75, 2 neque ipse gaudium moderans et magis -ente Plancina. ITALA I Tim. 3, 6 (Canon. Turner I 1, 2 p. 184 rec. V) -liscens (*gr.* τυφωθείς, *Vulg.* in superbiam elatus. *cf. supra l. 38*). HIL. in Matth. 6, 3 ambire, -ere, fastidire. AMBR. in psalm. 118 serm. 10, 2, 2 nimium . . . -verat (*var. ll. v. l. 1*) et inflato se corde iactaverat. HEGES. 2, 10, 6 immane quantum -verat. RVFIN. Basil. hom. 8, 2 p. 1792B (*Migne gr. 29, 464D* παρωθῆται ἡμᾶς). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 11 (*gr. 3, 289* ἐπαιρομένην). SALV. gub. 6, 63 morum -entium pravitate. FAVST. REI. grat. 2, 1 p. 60, 1 *opp.* mitescit. *al.*

2 *respicitur magnitudo insolita (cf. p. 1931, 75. 1933, 25), i. q. nimis increscere sim.*: **a** *corporaliter* (*fortasse sec.* intumescere, *cf. p. 1929, 62. 81. 1930, 20. 21. 1931, 36. 48. 62*): TERT. nat. 2, 12, 7 coepit . . . Caelo *pubescenti* vox -ere (*sc. tonitribus*) et ubera Terrae lapilliscere (*aliter virg. vel. 11, 8* vox obsolefacta *virginis*). anim. 30, 4 lues et fames et bella . . ., tamquam tonsura -entis generis humani. carn. 4 l. 7 uterum de die -entem (HIER. virg. Mar. 18 novem mensibus). **b** *incorporaliter de vitiis sim.* (*nota confusionem c.* inolescere; *v. et p. 1738, 23*): TERT. cult. fem. 2, 11 l. 6 ut luxuria negotietur aut gloria -at. patient. 2, 3 sustinens *deus* . . . luxuriam avaritiam iniquitatem malignitatem cotidie -entem (luxuriā *eqs.* -entes *Kroymann dubitanter*). ARNOB. nat. 4, 11 nec . . . mala ista . . . ferveant et cotidianis accessionibus -ant (inol- *ed. pr.*, *cf. p. 1739, 41*). CAES. AREL. in apoc. 6 p. 231, 1 redundantibus et -entibus (-lisc- *C*, inol- *edd.*) peccatis. serm. 114, 3 -entibus vitiis tamquam populis Chananaeis (*114, 2* increscentes. *cf. p. 1739, 23. aliter l. 41*).

insolidus, -a, -um. *ab* in *et* solidus. *i. q. non solidus*: OV. met. 15, 203 *vere ineunte* herba nitens et roboris expers turget et -a est. THEOD. MOPS. epit. in psalm. 61, 10a ad p. 404, 20—22 caduci et -i, qui dei adminiculis non utuntur (*gr.* ἀσθενεῖς).

***insolitus**, -a, -um. *ab* in *et* solitus. *var. l.* insul-: CARM. de resurr. 139. NOT. Tir. 28, 37. *compar. et superl. desunt.* GLOSS. -us: inconsuetus. -am (inol- *trad.*): non notam. *legitur inde a* LAEV., CIC., LVCR., VARRONE AT., CAES., SALL., VERG., HOR.; *deest e. g.* CATVLLO, TIB., PLIN. nat. [*confunditur in codd. c.* solitus, insolutus *saepius. fortasse recte*: FRONTO p. 147, 6 v.d.H. (= p. 153 N.) -a ('*corr. manus sec. ex* inedita' *Hauler in schedis*) obscenitas. *suppl.*: PLIN. paneg. 71, 3 *ed. Iuntina.*]

i. q. non solitus, insuetus: 1 *de eis, quae (qui p. 1933, 72 pro subst.) non solent esse, reperiri sim.* (*iuxta ponuntur* novus *e. g. p. 1933, 16. 75* [*cf. p. 1933, 44. 62; disting. p. 1933, 18*], rarus

[*Klug*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 39. 82, inusitatus *l. 48. 81, cf. l. 27. 70*): **a** *c. subst.*: *α absolute*: Ⓘ *respicitur magis consuetudo singulorum*: LAEV. carm. frg. 4, 4 te (*coronam*) Andromacha ... capiti meo ... -a plexit munera (-o ... munere *trad.*). CIC. Verr. II 3, 26 ab usu rerum rusticarum ad -am litem atque iudicium. Manil. 45 Mithridatem -a inflatum victoria. Sest. 20 qui ... ne lucem quidem -am aspicere posset (CLAVD. carm. min. 53, 47. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 8, 245 p. 150, 30 -um et inimicum ... lumen). Tusc. 1, 58 in tam -um tamque perturbatum domicilium. VARRO AT. carm. frg. 22, 3 liceat pelagi volucres ... cernere ... velut -um pennis infundere rorem. HOR. carm. 4, 4, 8 *pullum aquilae* laborum ... inscium ... -os docuere nisus venti (*cf.* OV. met. 10, 554 labor [QVINT. inst. 11, 3, 26 *vocis*. TAC. hist. 2, 16, 2. *al. v. et infra l. 55*]). PROP. 1, 8, 8 tu potes -as, Cynthia, ferre nives? OV. epist. 12, 40 ut ... ferorum -o premeres vomere colla boum. LIV. 4, 30, 10 peregrina atque -a piacula. 4, 33, 2 forma ... -ae pugnae (*cf.* CVRT. 9, 1, 16 -um genus pugnae). 24, 27, 5 nova atque -a libertas (VAL. MAX. 8, 9, 1). *al.* CELS. 1, 3, 9 *cubile* -um ... lassat (*om. FV; opp.* cotidianum). SEN. nat. 6, 3, 2 cum illa non sint nova, sed -a. CVRT. 8, 14, 23 stridor *elephantorum*. PETRON. 117, 11 sub -o fasce. STAT. Theb. 6, 427 iratus ... oneri -o *equus alium ferre coactus*. APVL. met. 4, 1, 4 -um alioquin ... faenum. PALLAD. ins. 89 illius *platani* -as miratur persicus umbras. HIL. trin. 1, 19 ut rerum familiarium consuetudine admonente ... ad -i sensus opinionem educeremur (*sim.* PRISCILL. tract. 6, 92. 10, 128). *al.*

Ⓘ *respicitur magis consuetudo communis (c. emphasi dicitur de rebus magnis e. g. l. 39. 41. 42. 45, terribilibus e. g. l. 32. 37, sim.)*: *de variis rebus*: CIC. Sest. 119 ad -um genus dicendi labi (*cf.* Balb. 36 priscum aliquod aut -um verbum [PORPH. Hor. ars 50 non exaudita v. tamquam ⟨in⟩solita et impermissa]. HOR. ars 217 eloquium). LVCR. 5, 100 ubi -am rem adportes auribus ante (SALL. Iug. 64, 2 commotus -a re. 75, 10 magna atque -a. SEN. nat. 7, 1, 1. *al.*). SALL. Catil. 31, 3 belli timor -us (PROP. 1, 3, 29 CORIPP. Ioh. 5, 160. *cf.* SALL. Iug. 99, 3 metu. AMM. 28, 6, 15 pavor). Iug. 38, 5 perculsi tumultu -o (*cf.* PETRON. 115, 1 murmur. STAT. Theb. 1, 431 clamorem [PLIN. epist. 2, 14, 10 immodicum -umque]). 49, 5 facies (*cf.* TAC. hist. 4, 62, 3 spectaculo [PLIN. paneg. 22, 2]). LIV. 9, 45, 15 -o silentio moti (22, 42, 1 -um s. admirationem fecit. CVRT. 4, 13, 17). 41, 23, 14 usurpatio itineris -i. *al.* SEN. Herc. O. 851 pestem. Phaedr. 1221 exitia ... -a effera (*cf.* LVCAN. 9, 736 mortes. PRVD. perist. 11, 83 -um leti ... genus). nat. 7, 1, 5 rarus et -ae figurae ignis *cometae* (*cf.* 7, 5, 3 grande -umque caelo lumen). *al.* PETRON. 123 v. 184 ausus (*cf.* AMM. 24, 7, 7 temptamenta). *al.* FRONTIN. aq. 9 abundantiam. TAC. hist. 2, 95, 1 ingenti paratu et ante illum diem -o. *al.* SER. SAMM. 216 tumor. *et saepe.* *de prodigiis sim.*: VERG. georg. 1, 475 -is tremuerunt motibus Alpes *Caesare exstincto* (SERV.: aut novis ... aut magnis et maioribus solito). LIV. 5, 15, 2 in altitudinem -am crevit *lacus* (*cf.* 30, 38, 10 etiam aquarum -a magnitudo in religionem versa). PETRON. 122 v. 136 ignibus. *ibid.* v. 180 voces. TAC. hist. 1, 86, 1 -os animalium partus. AVG. civ. 10, 16 p. 427, 21 D. inusitati partus ... et ... rerum -a facies. SEDVL. op. pasch. 1, 13 per -as diei moras (*cf. p. 1934, 14*).

β accedit dat. (*eius, cui alqd. -um videtur, sive eius, ad quem res -a pertinet, cf. e. g. l. 56. 57 c. l. 53. 54; utrumque indicat variando* PAVL. NOL. epist. 16, 1 -a a te mihi neglegentia; *nota dat. rei l. 64; v. et infra l. 76. 81*): CIC. Manil. 3 in hac -a mihi ex hoc loco ratione dicendi. de orat. 2, 36 hanc -am mihi loquacitatem. Brut. 282 -ae adulescentibus gloriae. SALL. Catil. 7, 5 talibus viris non labor -us ... erat (TAC. hist. 2, 19, 1 urbano militi). LIV. 38, 17, 5 haec, quibus -a atque insueta sunt. SEN. nat. 6, 3, 2 ex -o formido maior est. quare autem quicquam nobis -um est? TAC. ann. 2, 42, 3 quia regibus aequa, nedum infima -a sunt. PLIN. epist. 4, 2, 2 foeda et -a parentibus ... simulatione. PANEG. 9, 1, 1 ad -um mihi tribunal. IVST. 2, 7, 11 -is sibi versibus. 12, 3, 6 -um feminis habitum. 13, 3, 8 diadema -um antea regibus Macedonicis. CLAVD. DON. Aen. 12, 865 p. 632, 4 novum *torporem* dixit aut qualem nemo ante sensisset aut -um sibi et repentinum. AVG. civ. 20, 21 p. 457, 24 D. -a nobis beatitudo. in euang. Ioh. 118, 3 quae locutio scripturis sanctis -a non est. -um sibi *in parenthesi*: SIL. 8, 19 caede sine ulla — -um sibi — bella geri. TAC. hist. 4, 23, 3 machinas etiam — -um sibi — ausi.

b *pro subst.*: *α neutr.* (*plur. praeter l. 57. 69, cf. et l. 84*): SALL. hist. frg. 3, 38 -a vescentibus (SIL. 2, 473 -is ... vesci). AETNA 8 per -um Phoebo duce tutius itur. SEN. Phaedr. 205 -a appetit. AVG. civ. 21, 4 p. 494, 10 D. adhuc ... -a (*disting.* inexperta). conf. 2, 6, 13 -a et repentina. in euang. Ioh. 39, 3. gen. ad litt. 7, 18 p. 406, 20 (*opp.* cotidiana). *β masc. plur.*: AVG. epist. 140, 42 ut ... -orum ... personis visis ... irritentur *canes* (*opp.* cum quibus habent consuetudinem).

c -um (est): *c. (acc. c.) inf.*: TAC. ann. 12, 37, 4 novum ... et moribus veterum -um feminam signis ... praesidere. CALL. dig. 48, 19, 27 pr. id ... -um esse fieri (ARATOR act. 1, 530 posse quod -um f.). VLP. dig. 4, 4, 18, 3 -um esse alium ... tribuere nisi solum principem. COD. Iust. 9, 41, 2 (*a. 204*) -um est et grave exemplo audiri servos. SVLP. SEV. chron. 2, 18, 3 -um neque ante permissum. CONC.[S] I 5 p. 119, 38 quod ... non sit inusitatum nec -um sanctis patribus dicere *eqs.* (*gr. I 1, 7 p. 37, 18* ἀσύνηθες). *c.* ut: PLIN. paneg. 60, 6 in principe rarum ac prope -um est, ut se putet obligatum. COD. Theod. 7, 16, 1 Stilicho novum atque -um reppererat, ut litora ... vallaret.

2 *de eis, qui (quae l. 14. 16) non solent aliquid facere vel pati* (*accedit gen. obi.* [*cf.* ARVS. gramm. VII 486, 19 -us huius rei] *l. 6. 7. 10. 12 [?] abl. l. 16,* ad *l. 5. 9, inf. l. 11. 14. 15; iuxta pos.* invitus *l. 5*): CIC. Verr. II 1, 94 cur ... feminas in tantum virorum conventum -as invitasque prodire cogis? CAES. civ. 3, 85, 2 -um ad laborem Pompei exercitum. SALL. Iug. 39, 1 pars -a rerum bellicarum. hist. frg. 2, 39 genus armis ferox et servitii -um. VERG. georg. 3, 543 -ae fugiunt in flumina phocae. CIRIS 357 virginis -ae (-us H^2) sermo novus errat in ore. OV. fast. 4, 216 *leones* praebent -as ad iuga ... iubas. trist. 4, 10, 106 -ā cepi ... arma manu. LIV. 10, 28, 9 -os (-us *var. l.*) eius tumultus ... equos. SEN. dial. 9, 1, 11 animum -um arietari percussit. CVRT. 7, 3, 13 multos exanimavit rigor -os (-us *var. l.*) nivis. VEG. mil. 3, 23 praeter novitatem, si ab -is videatur *camelus*. CLAVD. 24, 369 et -ae mirantur carbasa tigres. SEDVL. carm. pasch. 1, 165 *sol* -us frenare diem (*cf. p. 1933, 49*). CASSIOD. hist. 6, 12, 5 virgines -as a populo videri (*Soz. 5, 10, 6* ἀήθεις ὁρᾶσθαι). CORIPP. Ioh. 5, 155 -us virtute pavor.

adv. **insolitē.** *i. q. modo insolito*: AVG. civ. 4, 1 p. 146, 1 D. ea, quae suis temporibus -e acciderint, per alia retro tempora accidere non solere (doctr. christ. 2, 23, 36). CORIPP. Ioh. 2, 432 crescentia sidera credens -e (-i *T*) esse polis. GREG. M. moral. 27, 42 ea, quae de supernis conspicit, -e miratur.

adv. **insolitō.** *i. q. modo insolito*: PAVL. NOL. carm. 21, 681 ut omnem -o siccam prius inroraret harenam. VITA Amator. (BHL 356) 27 cur tristis est -o facies tua? (*cf. Vulg. gen. 40, 7*). *Klug.*

insollers, -rtis *adi. ab* in *et* sollers. *compar. i. q. parum sollers*: BOETH. syll. categ. 2 p. 809[C] -ior compositio *domus* (*opp.* aequabilem sollertemque).

adv. **insollerter.** *i. q. modo insollerti*: BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 1 p. 5, 4 quod intentionem ... libri -r interpretarentur, de inscriptione quoque ... apud quosdam minus callentes haesitatum est.

insollicitus dies ἀμνήμονος (ἀμέριμνος *Heraeus*) ἡμέρα GLOSS. III 452, 36. 483, 6. *ab* in *et* sollicitus. *Alt.*

insōlo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* sol *sec. gr.* προσηλιάζω, διηλιόω, *v. Pomoell, Filol. anteckn. till Colum. språk ... 1946, 79; cf.* solatus. GLOSS. -o: ἡλιάζω. -or: ἡλιάζομαι. *i. q. in sole exponere*: COLVM. 4, 17, 8 -atur humus. 4, 27, 3 uvae commodius -tae (in sole *var. l.*) percoquuntur (12, 39, 2 quas per triduum -veris [*cf. 12, 39, 3* in sole sint. *Plin. nat. 14, 81* sole adustis]. 12, 44, 2 cum iam -ta est). 5, 6, 6 sameram ..., quae ... compluribus diebus -ta (in sale ita, in sole *varr. ll.*) iacuerit. 12, 12, 3 *lagoenam* quadraginta diebus -tam. 12, 18, 6 *vasa* in solem producuntur; deinde cum satis -ta sunt *eqs.* -tus *i. q. apricus*: COLVM. 11, 3, 51 tepidis diebus et -tis.

deriv.: insolatio. *Klug.*

***insolūbilis,** -e. *ab* in *et* solvere, *cf.* solubilis. *compar. et superl. desunt.* NOT. Tir. 30, 1. SERV. Aen. 6, 27 'inextricabilis' (*error*): -is, indeprehensibilis. Horatius (*carm. 3, 5, 31*) '... extricata ... cerva plagis'; si extricata est soluta, inextricata insoluta sine dubio (*inde* GLOSS. V 553, 4 inextricabilis: -is, inreversibilis). GLOSS.[L] V Abba IN 78 inenodabile: -e. *inde a* SEN. benef., QVINT., PS. APVL., MIN. FEL., IREN. [*e coni.*: QVINT. inst. 5, 10, 74 signorum -ium (*Regius,* immutabilium *sec. Ald. edd.,* innumerabilium *trad.*; *cf. p. 1935, 23*). *e versione falsa pro gr.* ἀλυσιτελές: HIPPOCR. progn. 14.]

i. q. qui (dis-, ab-)solvi non potest (*de rebus praeter p. 1935, 34. 40; accedit dat. l. 74. p. 1935, 33, praep.* cum *l. 75*): **1** *strictius pertinet ad nexum sim.*: **a** *respicitur obligatio*: *α de debito*: SEN. benef. 4, 12, 1 (*bis*) beneficium creditum -e esse. PAVL. NOL. epist. 23, 46 quomodo ... -e debitum ... solveremus (LEO M. serm. 17, 2 ne per dolosa beneficia laqueos iniciat -ium d. [RVRIC. epist. 2, 48 p. 431, 3]. PETR. CHRYS. serm. 126 p. 548[C]). SIDON. epist. 8, 15, 2 ut quod mihi -e videtur, tibi quoque videatur inreposcibile. *β de culpa*: AVG. c. Cresc. 4, 8, 10 p. 511, 16 hunc reatum -is aeternique peccati (GREG. M. dial. 4, 41 p. 297, 12 M. *iuxta* duriora). PS. PROSP. vocat. gent. 2, 20 -is culpae vincula (GREG. M. dial. 4, 57 p. 315, 3 M. 4, 59 p. 322, 18). FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 6 omnem reatum aut solvit conversio aut -em facit ... neglectio. 1, 24 quod ... ecclesia ... non solverit, ita -e permanet, ut ... solvi nullatenus possit. *γ de variis rebus obligantibus* (*sublucente sensu separativo, q. e. 'a quo solvi non potest'*): ZENO 1, 4, 7 tui propositi (*i. voti castitatis*) -is nodus aeternus (*aliter p. 1935, 14*). EPIST. pontif. 255 Migne 13, 1139[A] -i lege constringimur (AMBR. hex. 2, 1, 1 concordiae caritatisque. CLAVD. MAM. anim. 1, 25 p. 91, 14 -bus atque aeternis). AVG. civ. 17, 7 p. 222, 12 D. -em ... sententiam ... et omnino perpetuam (EPIST. pontif. 611 Schwartz p. 43, 11 malefactor, cui s. mea -is est. p. 43, 16 vere -is est illa s. cum eo, cui illata est insolubiliter. *al.*). LEO M. serm. 5, 3 cum firmamento -is iurationis (*cf.* PROSP. in psalm. 131, 1 iuramento. CASSIOD. inst. 1, 22 promissionis -e sacramentum). 25, 5 condemnatio -is permaneret (*cf.* EPIST. pontif. 611 Schwartz p. 47, 17 damnatio [701 Schwartz p. 11, 26]).

b *respicitur coniunctio*: *α de vinculis sim.*: PS. CYPR. singul. cler. 19 p. 195, 11 -i catena devinctos (BOETH. cons. 2, 6, 18 W. quem ... libidines -bus adstrictum retinent c.). HIL. trin. 6, 43 nexus (FVLG. RVSP. fid. 31. *cf.* LEO M. serm. 45, 2 -is manet connexio). TRACT. de trin. fid. p. 186, 26 sacri vinculi -em copiam (*cf.* MACR. somn. 1, 6,

[Alt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

24 -i inter se vinculo elementa devinxit [SACR. Greg. 200, 3 pacis. *al.*]). AMM. 14, 11, 26 necessitatis -i retinaculo. 16, 12, 20 antepilanis ... velut -i muro fundatis. 20, 11, 24 munimentum velut -e claustrum. *al.* *sim. de affectu mutuo*: PS. ATHAN. ad mon. 3 p. 74A caritatis -is habetur affectus. SERV. Aen. 1, 720 *Gratiae sunt* ideo conexae, quia -es esse gratias decet. CONC.S II 3, 3 p. 74, 28 per consensum compassionis -em (*gr. II 1, 3 p. 67, 22* εἰς ἄλυτον συμπαθείας ὁμοφροσύνην).
β de rebus indivisis: MACR. somn. 1, 22, 2 illae vere -es causae sunt, quae mutuis invicem nexibus vinciuntur. SIDON. epist. 9, 7, 3 structura ... coniunctionum ... perfacetarum nexa caesuris -bus. PRISC. LYD. solut. 1 p. 43, 15 *anima* simplex ... et incomposita et -is, ut uniformis.

c *respicitur implicatio*: IREN. 2, 10, 2 (= 2, 9, 2 H.) non exsolventes quaestiones ..., sed ... nodum -em inserentes (*aliter p. 1934, 69*). SERV. Aen. 5, 626 quaestionem hanc unam esse de -bus (HIER. epist. 120, 10 p. 503, 6. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 119, 2 aenigmata et q. *al.*). 9, 361 locum hunc esse unum de XII Vergilii sive ... obscuris sive -bus sive emendandis (*sim.* 12, 74 de -bus XIII, quae habent obscuritatem, licet a multis ... resolvantur). SCHOL. Stat. Theb. 1, 66 aenigmata (*v. et l. 16*). NOVELL. Iust. 18, 7 difficilium ... et -ium ... causarum (*gr.* ἀλύτων). *al.*

2 *laxius pertinet ad soliditatem sim.* (*cf. et supra l. 3*):
a *argumentorum sim.*: QVINT. inst. 5, 9, 3 ubi est signum -e, ibi ne lis quidem est (*antea*: ἄλυτα σημεῖα. *v. et p. 1934, 51*). CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 121, 15 argumentis. 2, 9 p. 133, 19 argumentatione. 3, 2 p. 155, 5 formidabili ... atque ... -i syllogismo (BOETH. anal. pr. 2, 27 p. 711C *opp.* solubilis [*Arist. 70 a 29* ἄλυτος]). **b** *variarum rerum* (*hominum l. 31. 34; subintellegas notionem temporalem e. g. l. 30. 32. 35*): PS. APVL. Ascl. 40 quae aeternitas inaversibilis, immobilis, -is est. MIN. FEL. 34, 4 mundum perpetuum et -em ... esse (*opp.* solubilem et ... mortalem). LACT. inst. 7, 21, 3 caro illa ... -is ac permanens in aeternum. HEGES. 1, 35, 6 quandoquidem -e maneat opus et mari et vetustati. VVLG. Hebr. 7, 16 vitae (*gr.* ἀκαταλύτου). PS. AVG. quaest. test. I 19 *Adam* potuit -is manere. CONC.S II 5 p. 79, 33 -is ... potestas permaneat in aeternum. OP. imperf. in Matth. 2 p. 642 myrrha corpus defunctorum -e servat. *al.* *usu medicorum*: CHIRON 35 firmiorem ... locum faciunt et -em cutem (VEG. mulom. 1, 28, 3). ORIBAS. syn. 1, 19, 9 Aa p. 67, 11 Mø. stercus (*gr.* δυσμάλακτον).

3 *usu recentiore de hominibus, qui absolvi non possunt* (*cf. p. 1934, 62*): EPIST. pontif. 701 Schwartz p. 12, 2 -is ... perseverat nec potest ... absolvi. AVELL. p. 486, 13 de quo sic positum est -em fore.

adv. ***īnsolūbiliter.** *i. q. inseparabiliter, firme* (*c. adi. l. 47. 48*): AVG. civ. 21, 10 p. 511, 6 D. *spiritus* poterunt corporum suorum vinculis -r alligari. MACR. somn. 1, 6, 23 non tenaciter tantum, sed etiam -r vinciuntur. EPIST. pontif. 611 Schwartz p. 43, 17 (*v. p. 1934, 75*). CONC.S I 3 vers. Tur. p. 155, 32 -r unum factum est (*gr. I 1, 2 p. 84, 3* ἀλύτως). CASSIOD. or. frg. p. 465, 14 -r ... obnoxii. GREG. M. past. 3, 14 p. 72C lingua ... discrete frenanda est, non -r obliganda. *al.* *nota oxymoron*: CONC.S I 5 p. 180, 4 quis umquam vidit ... sapientem sine sapientia, iuvantem sine adiutorio, solvendum -r, ut admittam passum impassibiliter? (*Migne gr. 28, 1357C* λυόμενον ἀλύτως).
deriv.: insolubilitas.

īnsolūbilitās, -ātis *f.* *ab* insolubilis. *i. q. status insolubilis, obscuritas*: SIDON. epist. 4, 11, 2 si forte oborta quarumpiam quaestionum -e labyrinthica scientiae suae thesauri eventilarentur.

[īnsolum insolitum *falso* NON. p. 124, 19 (*inde* GLOSS. V 642, 61) *ad* AFRAN. com. 40 *et* 342, *ubi legendum est* in solum.**]**

[īnsolvo *falso trad.* AVG. serm. 117, 5, 7; *fortasse* involvit.**]**

1. īnsolūtus, -a, -um. *ab* in *et* solutus. SERV. Aen. 6, 27 *v. p. 1934, 48.* *i. q. non solutus, insolubilis*: DESCENS. Christi rec. A 4, 3 -is vinculis peccatorum constricti. AVG. civ. 15, 23 p. 107, 30 D. quam quaestionem ... reliquimus -am (c. Pelag. 4, 6, 16 p. 539, 25 etiamsi haec profunda -a sit q. serm. 338, 3, 3). c. Iulian. 2, 4, 9 nec ... peccati alicuius reatus relinquitur -us.

? **2. īnsolūtus,** -a, -um. *per hypostasin ab* in soluto (*e. g. Lib. col. I grom. p. 236, 21* in soluto remansit), *cf.* solutus (*v. l. 73*), *'nisi ubique legendum* in soluto' (*Lachmann in indice*). *apud grom., i. q. limitatione non obligatus* (*ad rem cf. Rudorff ap. Lachmann, grom. II 393*): PS. AGENN. grom. p. 57, 3sq. ubi -a (in soluta *p*) loca remanserunt. haec autem sunt l. quae -a dicuntur, quae ... in saxuosis ... locis sunt ... quia ... nullis necesse fuit limitum regulis obligari. propterea et soluta loca vocati sunt (p. 67, 25 *syn.* relicta). LIB. col. II grom. p. 254, 28 ceterum ... -um est (*opp.* assignatus). *Alt.*

īnsomnia, (-ae) *f. et* **-a,** (-ōrum) *n. pl. et* (*retrogr., ut vid.*) **-um,** -ī *n.* [*ab* insomnis, *cf. gr.* ἀυπνία *ab* ἄυπνος. *neutrum ex contaminatione c.* 1. insomnium *ortum esse videtur, v. p. 1936, 47. 58. Leumann.*] *de notione et differentiis*: NON. p. 209, 14 'insomnium' generis neutri; feminini Caecilius. DON. Ter. Eun. 219, 3 '-a' vigiliae; legitur et 'adiget', ut sit '-a' numeri singularis (*cf.* SCHOL. p. 69, 9. SCHOL. Bemb.: vigil⟨iae *?*⟩. invig⟨ilatio *?*⟩). SERV. Aen. 4, 9 'insomnia terrent' (*v. p. 1938, 16*): et 'terret' et 'terrent' legitur; sed si 'terret' legerimus, '-a' erit vigilia; hoc enim maiores inter vigilias et ea quae videmus in somnis interesse voluerunt, ut '-a' generis feminini numeri singularis vigiliam significaret, 'insomnia' vero generis neutri numeri pluralis ea quae per somnium videmus, ut (*Aen. 6, 896 v. p. 1938, 18*) ...; sciendum igitur, quia si 'terret' dixerimus, antiqua erit elocutio; '-a' (-am *F*) enim, licet et Pacuvius et Ennius frequenter dixerit (dixerint *F*), Plinius tamen exclusit et de usu removit (*deinde ambiguitatem lectionis eo explicat, quod Dido insomniis territa vigilias quoque perpetiatur. cf.* CHAR. gramm. p. 129, 5 B. 'insomnia' plurali numero significare volunt grammatici somnia ..., ut Graeci dicunt ἐνύπνια; nam et Vergilius [*Aen. 6, 896*] ...; singulari vero numero vigiliam significare, ut Pacuvius ...; sed idem Vergilius '-a' etiam pluraliter pro vigiliis posuit [*Aen. 4, 9*] ..., quamvis et hic somnia intellegi possint. GLOSS. V 553, 1). 4, 466 'in somnis' pro '-is' (*an* in somniis*? cf. 1, 353. al.*), id est vigiliis. SYNON. Cic. p. 445, 17 vigiliae. excubiae. stationes. -um. inquietudo. pernoctatio. GLOSS. -a: ἀγρυπνία. vigilia(e). *legitur f. sg. apud priscos auctores eosque fere, qui priscos imitantur, cf. l. 4. neutr. falso Terentio vindicat* DON. (*p. 1935, 79*), *Vergilio* CHAR. (*l. 10; aliter* SERV. *l. 1.* MACR. *p. 1938, 1*); *adamat* VAL. FL. (*ter,* insomnis *ter,* somnium *bis,* 1. insomnium *deest*); *a pl.* insomniis '*somniis*' *et* somnium *distinguere videtur* CASSIAN. -um *ut* AMM. -am, *v. l. 36. 61. p. 1938, 56. 59.* *de exemplis discernendis aliter iudicant Getty, AJPh. 54, 1933, 1sqq. Ussani jr., -a: Saggio di critica semantica 1955.* [*dub. trad.*: ARNOB. nat. 2, 40 *ut homines* miserorum ex sanguine supputandis augere⟨n⟩t -a milibus (-am *Hildebrand,* insania *alio contextu Sabaeus haud male, cum auctor ceterum* insomnia '*somnia*' *dicat; cf. corruptelam p. 1938, 48, lusum verborum l. 30*).]

i. q. ἀυπνία, ἀγρυπνία, *vigilia*:

1 *f. sg.* **-a** (*nom., abl.*): PLAVT. Merc. 25 (*locus Leoni suspectus*) amori accedunt etiam haec ...: -a, aerumna, error, terror et fuga *eqs.* ENN. frg. inc. 25 (*v. l. 4*). CAECIL. com. 168 consequitur comes -a; ea porro insaniam affert (*v. p. 1935, 79; an pro pers.?*). TER. Eun. 219 aut iam revortere aut mox noctu te adiget horsum -a (adigent *codd., v. p. 1935, 79*). PACVV. trag. 9 perdita inluvie atque -a (*v. l. 9*). 430 (*v. l. 4*). AVR. Fronto p. 6, 2 v. d. H. (= p. 9 N.) accipe nunc perpaucula contra somnum pro -a (*Fronto p. 8, 20* vigilia). GELL. 7, 4, 4 (*ex Tuditano*) eadem ... -a cruciatos interisse *captivos Poenos* (*antea*: somno diu prohibitum *Regulum*). AMM. 19, 2, 14 continuus cum -a labor. *e coni. l. 23. 59; aliter l. 56.*

2 *abl. pl.* **-is** (*fort. f. sec.* vigiliae, *v. l 41 et supra l. 12; neutr. intellegunt Getty et Ussani*): CIC. Cato 44 caret *senectus* ... vinulentia et cruditate et -is. SALL. Catil. 27, 2 dies noctisque festinare vigilare, neque -is neque labore fatigari (*cf. 15, 4* vigiliis). epist. Mithr. 7 Persen ... -is occidere *Romani* (*cf. l. 35*). *dub.*: SALL. (?) rep. 2, 12, 6 neque tibi nox neque dies curam animi sedaverit, quin -is exercitus, furibundus ... feraris (*ad* 1. insomnium [*v. p. 1938, 51sqq.*] *trahunt Skard, Sall. u. seine Vorgänger 63 et Ussani l. c. 47sqq. colorem poeticum* [ENN. *?*] *statuentes; sed cf. l. 41*).

3 *n. pl.* **-a** (*nom., acc.*): PROP. 2, 25, 47 cum satis una tuis -a portet ocellis, una sit et cuivis femina multa mala (*cf. 1, 5, 11* non tibi iam somnos, non illa relinquet ocellos. *animo obversari somnium carmine sequenti descriptum monet Tränkle, v. 2, 26a, 1* in somnis). VAL. FL. 1, 329 quos iam mente dies, quam saeva -a curis prospicio. 2, 140 longo mulcent -a penso. 7, 6 (*cf. p. 1937, 23*) vertere ... varios per longa -a questus (HIL. AREL. vita Honorat. 33 l. 20 [*verba morientis*] miror ... post tam l. -a — nam et praecesserant — gravem vobis meum somnum videri). *pro persona* (*vix ad 1*): PRVD. psych. 465 (*de comitatu Avaritiae*) Dolus, Commenta, -a (*i. 'Curae insomnes', v. p. 1937, 60*), Sordes. *de dubiis vel falso huc relatis v. l. 15sqq.*

4 *n. sg.* **-um** (*cf. supra l. 13*): SVET. Cal. 50, 3 incitabatur -o (-no *var. l.,* -a *Stephanus*) maxime; neque enim plus quam tribus nocturnis horis quiescebat ac ne iis quidem placida quiete, sed pavida miris rerum imaginibus. CASSIAN. inst. 2, 17 somni ... seu -i.
cf. insomnietas.

***īnsomnietās** (-it-), -ātis *f.* *ab* insomnis; *ad formam pleniorem cf.* insomnia (-um) *et* anxietas *sim.* -iet- *ap. medicos,* -it- SCHOL. Pers. (*var. l.* -iet-), MAX. TAVR. (*si recte impressum est*).

i. q. defectus somni, ἀγρυπνία (*resp. gr.; fere t. t. med.*):
1 *sing.*: SCHOL. Pers. 3, 84 siccitate febrium et -e diversorum imagines oculis eorum *infirmorum* formantur. PHILAGR. med. 3 p. 159, 3 -em ... incurrunt *splenetici.* PHILVM. med. 2 p. 117, 7 dolor est nimius cum -e et defectione animi (PS. SORAN. quaest. med. 116 CASS. FEL. 71 p. 170, 15. ORIBAS. syn. 6, 18 Aa p. 107 [*gr.* ἀγρυπνία]). 3 p. 141, 9 corpus -e consumptum. VINDIC. med. 28 somnos ... fieri ... sedato fervore, qui -em facit. PLIN. VAL. 5, 5 (*trad.* somnietatem; *Alex. Trall. I 525 P.* ἀγρυπνία). 5, 35 qui -em patiuntur ([*Alex. Trall. II 367 P.* ἀγρυπνοῦσι]. CASS. FEL. 48 p. 122, 13. ORIBAS. syn. 1, 27, 3 Aa p. 81, 8 Mø. [*La* vigiliis, *gr.* ἠγρυπνηκότες]. *al.*). CASS. FEL. 51 p. 131, 9 sequitur -s (62 p. 154, 6 lucubratio sive -s). MAX. TAVR. serm. app. 5 p. 851C *Herodes* -em talem sustinebat, ut dies noctesque pervigiles duceret. *al.* **2** *plur.*: THEOD. PRISC. log. 4 *febris procurat* -es cum levibus mentis erroribus. 9 (= ORIBAS. syn. 8, 2 Aa add. p. 203) iuges. 13 -bus et alienationibus (*infra*: vigiliarum, falso veluti somno). 26 -es vel certe somnos terribiles patiuntur (ORIBAS. syn. 5, 46, 7 Ab p. 82 vigilias p. aut -is [*La* †persomnietas, *gr.* ἀγρυπνητικοί]). 40 (= ORIBAS. syn. 8, 18 Aa add. p. 227) -es nimiae procurantur.
[*Hugenschmidt-Ehlers*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

īnsomnior, -ārī. *ab* 1. insomnium, *cf.* somniari. *i. q. somniare, ὀνειρώττειν*: Ps. Theod. Prisc. simpl. med. 95 -⟨i⟩ari minime permittit *radix nymphaeae* (*cf. p. 1938, 35*).

īnsomnis, -e. *ab* in *privativo et* somnus, *cf.* exsomnis *et gr.* ἄυπνος. *formae plur. non leguntur praeter* -es (-īs) *passim*, -bus *l. 62. cf. p. 1938, 37.* Gloss. ἄυπνος. ἀκοίμητος. sine somno. qui dormire non potest. pervigilans. -e: pervigile. -es (-is): qui dormire non possunt (aut vigiles). *cf. l. 11.* *legitur, nisi recte emendatur* Cato *l. 16, inde a* Verg. *et* Hor. (*cf.* exsomnis), *in serm. ped. inde a* Sen. contr. (*e coni. probab.*), Qvint., Frontin., Tac. [*dub. vel falso trad.*: Ter. Andr. 430 (in somnis *codd.*; Don.: alii '-is' vigilans, sed melius per noctem. *cf.* Serv. Aen. 3, 151). Verg. Aen. 6, 556 (*R*, exs- *MP*). Diosc. *p. 1938, 37.* Avell. p. 359, 1 quae de Pelagianis sensibus nec -is ('*somniando*' *Guenther, an* '*attentus*' *?* in somnis *Carafa, edd. vett.*) omnino contigerat (contigerant *Binius*). *e coni. dub.*: Cato agr. 157, 8 ⟨ins⟩omnis vel siquis est seniosus (*suppl. Keil ex Plin. p. 1938, 32*). Val. Fl. 3, 121 CE 2040 (= Inscr. christ. Diehl 1765), 10.]

īnstīgātor, -ōris *m. ab* instigare. GLOSS. ἐγκεντριστής. *inde a* TAC., APVL. *[falso* ORIG. in Matth. ser. 27 p. 47, 13 iugatore (-e *de la Rue)*.] *i. q. qui instigat (c. gen. praeter l. 42. 45. 47)*: TAC. hist. 1, 38, 3 nullo tribunorum . . . adhortante, sibi quisque dux et -r. APVL. apol. 74 hic . . . pueruli huius -r, hic accusationis auctor. PAPIN. dig. 3, 2, 20 videris accusationis -r fuisse. ARNOB. nat. 5, 7 p. 179, 17 insaniae. AVSON. Symm. epist. 1, 32, 5 superfluus -r agitabo. AVG. civ. 14, 3 p. 8, 14 D. talium peccatorum suasor et -r occultus *(diabolus)*. MAX. TAVR. serm. app. 29 p. 908B non solum . . . consentiens, sed -r. CASSIOD. hist. 4, 25, 1 infremuit adversus -es *(var. l.* instigationis) malorum *(Theodoret. 2, 8, 54* κατὰ τῶν ταῦτα τετυρευκότων *[var. l.* τετορνευκότων*])*. in psalm. 17, 41 suo. 17, 43 eorum.

deriv.: instigatorius.

f. **īnstīgātrīx**, -īcis. *[falso* MAR. MERC. Migne 48, 134A *pro* irritatrix, *quod solum legitur in Conc.S I 5 p. 10, 7.]* *i. q. quae instigat*: TAC. hist. 1, 51, 3 pars Galliarum . . . acerrima -x adversum Galbianos.

īnstīgātōrius, -a, -um. *ab* instigator. *i. q. ad instigandum idoneus*: CASSIAN. conl. 16, 20 nisi . . . -is verbis . . . inritent.

īnstīgātrix *v. l. 52.*

1. īnstīgātus, -a, -um *v. s.* instigo.

2. īnstīgātus, *abl.* -ū *m. ab* instigare. *[e coni. v. p. 1983, 74.]* *i. q. instigatio*: VLP. dig. 9, 1, 1, 6 si -u alterius fera damnum dederit.

***īnstīgo,** -āvī, -ātum, -āre. [c. *steig- *'acutus' (cf. gr.* στίζω) *et* instinguere *conferunt e. g. Walde-Hofmann³ s. v. vix recte, cum potius* *-stig- *(cf.* -dicāre, -ducāre) *flagitares; fort. ex radice* *steg- *(germ.* *stek-, *cf. theod.* stechen) *vocali producta, sc. a verbo* *stēgāyō *(cf.* cēlāre, sēdāre *sim.), quod si ruris proprium fuit (v. p. 1981, 9) in suburbana dialecto (an Sabina? cf. Walde-Hofmann³ s. v.* hīra) *in* -stīg- *immutari potuit. Szemerényi.]* *inter verba act. coniug. I^ae affert* CHAR. gramm. p. 473, 4 B. *formae perf. brev.*: -asti *p. 1980, 7. 47*, -asse *p. 1980, 8*, -asset *p. 1980, 52. 70; plenae non nisi* -vit *e. g. p. 1981, 19*, -verit INTERPR. Paul. sent. 5, 15, 2, -verint *p. 1981, 28.*

NOT. Tir. 55, 11 -at. *de notione*: PAVL. FEST. p. 111 -are: incitare. SYNON. Cic. p. 414, 22 monet, accendit, -at, stimulat. p. 428, 22 contumeliis lacessit, iurgiis -at. p. 444, 2 impellit, -at, substituit. NON. p. 304, 9 fatigare: -are, cogere. GLOSS. ἐγκεντρίζω ὅ ἐστιν παροξύνω: instimulo, -o. -at: ἐποξύνει, ἐφιστᾷ, ἐπισπουδάζει. cogit, hortatur. stimulat, agitat. incendit, immittit. suadet. *al. ad singulos locos v. infra. legitur inde a* TER., LVCIL., RHET. Her., CIC., LVCR., CAES., VERG., OV.; *deest e. g. apud* SALL., HOR., PROP., TIB. *[it. sept.* stigar, *prov. et catal.* estigar. *R.]* *[falsa var. l. p. 1983, 72.]*

i. q. incitare, stimulare sim. (maxime incorporaliter; de not. corporali cf. p. 1980, 43. 1981, 9; -ant stimuli *p. 1980, 77; -antur iam incitati p. 1980, 4. 13. 41; accedunt adv.* vehementer *p. 1980, 9*, ferociter *p. 1981, 10*, nequiter *p. 1980, 69)*: **I** *-antur animantes*:

A *homines (deus l. 60, manus hominis l. 67)*: **1** *absolute vel c. obi. solo (de abl. in struct. pass. v. infra l. 24)*: **a** *-ant homines, dei (e. g. l. 11 sq.), daemones (e. g. l. 15. 23)*: TER. Andr. 692 si non insanit satis sua sponte, -a (EVGRAPH.: impelle et coge). Phorm. 186 loquarne? incendam; taceam? -em. 547 ni -emus etiam, ut nullus locus relinquatur preci (SCHOL. p. 134, 20 provocemus ad amaritudinem). 969 non hercle ex re isti⟨u⟩s me -asti (SCHOL. p. 139, 22 commovisti). LVCIL. 1068 invitasse aut -asse. RHET. Her. 3, 15, 26 si quam rem docere eos et vehementer -are velimus. LIV. 2, 38, 6 populos (RVFIN. hist. 3, 33, 2). *al.* SEN. epist. 28, 3 vatis . . . concitatae et -tae. *al.* STAT. Theb. 10, 163 sive hanc Saturnia mentem, sive novum comitem . . . -bat Apollo. QVINT. decl. 349 p. 375, 26 cotidie me hortor et -o animum meum. PLIN. epist. 3, 7, 15 ut currentem quoque -em *(cf. p. 1981, 11)*. HIL. c. Const. 7 fautores -as. SYMM. epist. 1, 34, 1 nisi -are pergo (instare *var. l.*). RVFIN. hist. 2, 13, 3 -bant daemones quosdam . . ., qui dicerent *eqs. (gr.* προεβάλλοντο). AVG. civ. 8, 24 p. 361, 3 D. malo spiritu -tus. EVSTATH. Basil. hex. 2, 5, 2 -antem vitare *(Migne gr. 29, 40A* τῷ παροξύναντι). *al. in abl. abs.*: CIC. Pis. 26 ignibus iniectis -ante te. HIRT. Gall. 8, 31, 2. LIV. 10, 19, 18 velut -ante dea *(cf.* COLVM. 10 praef. 4 quasi numine -ante. AVG. civ. 4, 27 p. 180, 25 D. *deis)*. TAC. hist. 4, 39, 2 -antibus amicis aut propria libidine. PRAEF. bibl. monarch. in Luc. sancto -ante *(var. l.* -tus) spiritu. LACT. inst. 4, 27, 5 daemonibus. GENNAD. dogm. 55 diabolo (APON. 11 p. 214 GREG. TVR. Franc. 9, 41 p. 400, 2. *al.*). *al.* **b** *-ant res (comprehenditur etiam abl. in struct. pass.; aliter l. 37)*: CAES. Gall. 5, 56, 1 Senones . . . conscientia facinoris -ari. SEN. Phaedr. 1156 quis te dolore percitam -at furor? (Thy. 27). dial. 4, 2, 4 cantus nos . . . et citata modulatio -at. 5, 2, 1 ira (AVG. civ. 8, 17 p. 347, 9 sq. D.). 5, 6, 1 nihil . . . quo -eris. epist. 108, 7 rapit illos -atque . . . pulchritudo. RVFIN. Orig. princ. 3, 2, 2 p. 248, 1 virtus . . . -at et perurget. in Rom. 9, 14 p. 1221A -amur iniuriis (VAL. CEM. hom. 17, 6). GREG. M. moral. 4, 66 cogitationum -antium tumultus. *al. in abl. abs.*: SVET. Otho 5 -ante super animi dolorem etiam magnitudine aeris alieni. AVG. div. daem. 3, 7 p. 604, 8 vitio curiositatis. VAL. CEM. hom. 19, 1 desiderio. RVRIC. epist. 2, 52 p. 433, 23 affectu. OP. imperf. in Matth. 46 p. 894 misericordia. LEX Burg. lib. const. 52 tit. adulterio. *al.*

2 *c. structuris*: **a** *accedit abl. instr. vel causae (v. etiam l. 51. 58. 67 et cf. supra l. 24)*: VERG. Aen. 5, 228 sequentem -ant studiis. 11, 730 variis . . . -at vocibus alas ([SERV.: incitat et inritat]. CORIPP. Ioh. 5, 164 -at voce cohortes). LIV. 1, 47, 6 his aliisque increpando iuvenem -at. 6, 23, 4 hic per se iam milites incitatos insuper -bat elevando *eqs.* AVSON. 433, 6 p. 386 P. Neptunus . . . multitudinem praesentia maiestatis -at. PRVD. perist. 11, 107 -ant *martyrem* subitis clamoribus atque flagellis *(v. p. 1979, 82)*. c. Symm. 2, 893 ambage Sibyllae. CLAVD. 26, 559 dictis.

b *accedunt praepos.*: **α** contra *(sc. aliquem)*: BELL. Afr. 54, 4 milites . . . c. rem publicam -asti. HIER. in Ezech. 21, 8 p. 204D c. adversarios. *cf.* HIER. in Tit. 3, 3 p. 593B cum in tantum odii c. salvatorem -tus exarserit *Paulus.* **β** in: *aliquem (cf. p. 1981, 6)*: LIV. 2, 39, 7 tribuni iam ferocem per se plebem criminando in primores . . . -bant. 33, 47, 3 Romanos in Hannibalem. SEN. benef. 5, 6, 7 -asset in se regem insolentem. ASCON. Mil. p. 35, 5 in Ciceronem . . . multitudinem. *in aliquid (cf. l. 48)*: SEN. contr. 2, 6, 2 in fraudes et scelera et mutuum odium. VELL. 1, 12, 1 in arma (TAC. hist. 1, 73). SEN. epist. 105, 1 hominem in perniciem hominis. LACT. inst. 5, 21, 3 nescios in furorem (CONC.S I 5 p. 137, 6 in furores *[gr. I 1, 7 p. 58, 14* κατεθήγοντο . . . πρὸς κτλ.*]*). RVFIN. hist. 3, 6, 22 ut . . . praedones maledictis in necem sui . . . -ret *(gr.* ἐφ' ἑαυτὴν ἠρέθιζεν). *al. in aliqua re*: GREG. M. moral. 3, 4 ut in subditorum suorum cruciatibus -etur *deus.* **γ** ad *(aliquid; v. p. 1981, 11)*: LIV. 29, 31, 12 infensum *Syphacem* . . . ad reliquias belli persequendas -bant *(c. gerundivo ut*: RVT. LVP. 1, 11 ad bellum inferendum. CYPR. epist. 62, 1 p. 698, 22 *iuxta* confortare. LACT. mort. pers. 10, 6 AVG. contin. 5, 13 GREG. M. moral. 33, 67). FRONTIN. aq. 1 non ad diligentiam modo, verum ad amorem quoque. TAC. hist. 4, 78, 1 *l. 73.* APVL. met. 9, 29, 4 ad exitium eius. CYPR. laps. 14 p. 247, 9 ad precem. zel. 2 p. 420, 8 manum iniuriis . . . ad petulantiam caedis -at. ARNOB. nat. 7, 25 p. 259, 14 *(emend. Reifferscheid)*. HIL. in psalm. 118 aleph 8 ad peccandum (GREG. M. moral. 25, 6 ad p. nequiter -tus. *de gerundio v. et p. 1981, 11)*. VVLG. II Macc. 4, 1 tamquam ipse . . . -asset ad haec *(gr.* ἐπισεσεικώς, *Italae verss.* concussisset, conturbasset). *al.* **δ** pro: TAC. hist. 4, 78, 1 Gallos pro libertate, Batavos pro gloria, Germanos ad praedam -antes *Tutor et Classicus et Civilis.* **ε** circa: MVTIAN. Chrysost. hom. 28 p. 417/8 virorum animos c. mulieres irritat et -at *(gr.* παροξύνει . . . κατὰ κτλ.).

c *accedit inf. (aliter p. 1981, 26; fort. addas p. 1981, 28)*: LVCR. 4, 1082 stimuli . . ., qui -ant laedere id ipsum *(acc. deficiente ut*: AVG. in psalm. 103 serm. 3, 23 CASSIAN. conl. 1, 20, 5 FVLG. RVSP. epist. 3, 2). RVFIN. hist. 4, 15, 41 -batur . . . Niceta . . . adire iudicem *(sim. in struct. passiva*: CASSIAN. conl. 2, 13, 9. 9, 14. 10, 10, 6). CYPR. GALL. gen. 1420 -ans migrare senem. Ios. 80. *al.*

d *accedit enunt. c.* ut *(aliter l. 5; cf. et* qui *c. coni. l. 15)*: PANEG. 11, 3, 7 *Hercules* -at . . . illos . . ., ut . . . multa faciant ipsius similia. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 5 p. 174, 35 sq. volentem . . . ut magis

[Alt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

velit, -o; ... nolentem ... ut magis nolit, -o. RVFIN. Basil. hom. 1, 5 p. 1730^D ut se sequantur, provocat et -at (*Migne gr. 29, 1730^D ἐπιστρέφειν ἐπιχειρῶν*). EVCHER. pass. Acaun. 3 APRING. in apoc. 22, 11.

B *-antur animalia* (*accedit abl. l. 5,* in *c. acc. l. 6,* ad *l. 11*): Ov. met. 3, 243 rapidum solitis hortatibus agmen *canum* ... -ant (*cf.* PETRON. 95, 8 canem ... trahit -atque in Eumolpon. GREG. M. moral. 30, 12 lenis sibilus equos mitigat, catulos -at). PLIN. nat. 29, 71 neque anguis venenatus est nisi ... luna -tus. DON. Ter. Phorm. 186 (*v. p. 1980, 5*) -ari proprie fera dicitur. RVFIN. hist. 5, 1, 56 tauro ferociter -to (*gr. ταύρῳ tantum*). EPIPHAN. in cant. praef. p. 1 si quis ... equum pedibus percutiens ad currendum -et.

II *-antur res*: **A** *obi. est id, quod -ando generatur vel augetur*: **1** *ventus*: AETNA 565 fabriles operae ... folles ... exanimant pressoque -ant agmine ventum. **2** *affectus, actiones sim.* (*de voce l. 17*): SEN. epist. 10, 2 animus ... iracundiam -at (*cf.* TAC. dial. 31, 3 ut facilius iram iudicis vel -et vel leniat). STAT. silv. 4, 4, 33 vires -at alitque ... quies. APVL. flor. 17 p. 80 avium -ti ⟨cl⟩angores. LACT. inst. 6, 20, 29 *histrionum motus* libidines et docent et -ant. SERV. Aen. 7, 330 (*ad* 'acuit') inritavit et -vit eius insaniam. RVFIN. Orig. in gen. 3, 5 p. 46, 13 qui -at lites, qui calumnias -et. MART. CAP. 7, 725 (vers.) curam ... -at in artes *Pallas*. VAL. CEM. hom. 12, 4 odia. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 19 p. 378^D metus ... subiectionem generat et odium aversionem malignitatis -at (*Migne gr. 44, 193^B ποιεῖ*).

B *obi. est id, quod -ando suggeritur* (*cf. c.* iubeo [*v. l. 28*] *et exemplis l. 18. p. 1980, 15. 18. 76. allatis hunc usum iuvantibus*): **1** *acc. c. inf. pass.*: TERT. adv. Iud. 3, 20 deus ... filium Moysi ... -at circumcidi. **2** *neutr. pron.*: ARNOB. nat. 2, 30 p. 73, 25 non, quod cupidines iusserint atque -verint, facere (*nisi ellipsin aut zeugma infinitivi accipias*). AVG. nat. et grat. 35, 40 si non fecerint, quod -at libido. **3** *interrog. indir.*: APRING. in apoc. 2, 5 quid faciat *peccatrix*, -at et commonet *Iesus*.

deriv.: instigatio, instigator, instigatrix, 2. instigatus.

īnstillātio, -ōnis *f.* *ab* instillare. *i. q. actus instillandi vel liquor instillatus*: PLIN. nat. 29, 133 (= PLIN. med. 1, 6) canini lactis -o. PALLAD. 12, 10 *urinam* suffundi, ut ad radices -o ipsa descendat.

***īnstillo,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* stillare. *scrib.* -stell- *l. 52. 73.* *formae perf. brev.* -arunt *p. 1982, 5. 19,* -asse *p. 1982, 23.* GLOSS.^L II Philox. IN 542 -are ενισεςε (inicere). *legitur inde a* CATONE, CIC., MORET., HOR. [*confunditur in codd. saepius c.* stillare, *e. g.* CELS. 6, 7, 1^D PLIN. nat. 28, 73 *al.; c.* destillare MORET. 113. *al.*]

I *transitive*: **A** *i. q. guttatim indere* (*sive intro* [*e. g. l. 49. 72. p. 1982, 3*] *sive supra* [*e. g. l. 65. 69. 72. 82. 84*]; *accedit dat. passim* [*dat. morbi v. infra l. 74*]; in *c. acc. l. 50. 51. 69. 72. 74. 81. 84, c. abl. l. 52. 73;* super *l. 82;* per *l. 52. 53. 59. p. 1982, 1* [*aliter l. 64. 66*]; ab *l. 78;* de *l. 83. p. 1982, 26; v. praeterea infra l. 75*): **1** *proprie et in imag.* (*l. 80. p. 1982, 5; -antur res liquidae praeter l. 53; nota part. perf. n. plur. pro subst. p. 1982, 3*): **a** *animantibus* (*part. corp. praeter l. 71; usu med. praeter l. 61*): **α** *in aurem* (*cf. l. 76. p. 1982, 21*): CATO agr. 157, 16 *sucum* in aurem intro ... -ato (CELS. 6, 7, 1^F crassius medicamentum ..., quam ut in aurem -ari possit. *cf.* ORIBAS. syn. 5, 12 in aure instellatur [*gr. ἐνστάζουσαν*]). CELS. 6, 7, 1^C per striglem (*cf.* 6, 7, 4^B squama ... aeris cum sandaracha contrita per fistulam ... -atur). 6, 7, 7^C. PLIN. nat. 20, 4 auribus surdis (*dat. ut*: 20, 53. 83. 146 verminosis [*cf. Diosc. 3, 35 W. ἐνσταζόμενος*]. 20, 162 a. -atur ad sonitus atque tinnitus. 24, 92 purulentis [27, 114]. *al.* SER. SAMM. 11. MARCELL. med. 9, 11. *al.* PLAC. med. 7, 5 rec. *β. al. cf.* GARG. MART. med. 3 auriculis [MARCELL. med. 9, 23 a. dolenti et ulcerosae. 9, 41 laboranti. *al.*]). 30, 21 cinis ... -tus ex oleo ... per aurem. *al.* PLAC. med. 2, 3 rec. *β* -ta aurium dolorem sanat. *al.*

β *in alias partes*: Ov. trist. 3, 3, 22 subpressa ... lingua palato vix -to restituenda mero (*locus non expresse indicatur ut*: CELS. 8, 10, 1 -andum vinum est. COLVM. 6, 11 lamina candente sebum ... -atur. 6, 14, 6 oleo per ardentem lucernam -to. PLIN. nat. 28, 73 contra morsum ... bibitur -aturque *lac. al.*). COLVM. 6, 12, 5 vetus *dolor* uritur et supra ustum butyrum ... -atur. 7, 5. 13 candens sevum vulneri per ardentem tedam -ato (PLIN. nat. 26, 22. *cf.* 20, 41 ad dentes conluendos -vere et plagis bestiarum [23, 129. 32, 33. *cf.* 28, 111 morsibus]). PLIN. nat. 20, 138 phreneticis ... in tempora et cerebrum (*cf.* 24, 63 capiti. 32, 40 cerebro). 20, 158 naribus supinis (32, 130. 34, 126). 21, 140 infantibus (24, 83. 28, 259 contra comitiales. *cf.* 32, 36 comitialibus -atur ore diducto). 24, 8 oculis. 28, 69 in pedem. 28, 258 in os (*cf.* ORIBAS. syn. 5, 14 add. p. 54 instellantes in ore). 32, 75 -antes ... sucum in vestigia evulsorum *pilorum.* **γ** *c. dat. morbi* (*cf. etiam contra l. 64. 71,* ad *l. 56*): PLIN. nat. 20, 28 aurium gravitati (23, 154 aurium dolori aut g. 24, 18 g. aut vermibus aurium). 20, 190 capitis doloribus (20, 201 aurium d. [*Diosc. 4, 64, 4 W. ἐγχεόμενος.* 32, 35]. 24, 77 -vit dentium d. a contraria aure. *v. et l. 76*). 25, 143 -atur ... sucus lippitudini.

b *rebus*: **α** *variis*: CIC. Cato 36 (*in imag.*) nisi tamquam lumini oleum -es. Ov. epist. 18, 153 merum ... -at in ignes (*cf.* fast. 2, 579 vina. ARNOB. nat. 7, 30 p. 264, 1 si ... vini ... rores super vividam ieceris atque -veris prunam. IVL. VICT. rhet. 26 p. 447, 23 vinum de poculo in mensam). CELS. 8, 3, 3 paulum rosae vel lactis *in terebram.* COLVM. 9, 8, 9 per quod foramen exiguo melle ... -to *in arundinem.* QVINT. inst. 1, 2, 28 ut vascula angusti oris superfusam ... copiam respuunt, sensim autem influentibus vel etiam -tis complentur (*in vas ut*: CYPR. GALL. exod. 1045 creterrae -ans aliam *partem sanguinis*). AVG. c. acad. 2, 2, 5 p. 26, 22 (*in imag.*) flammulae -arunt ... unguenti guttas (*cf. l. 9*). gen. ad litt. imperf. p. 492, 20 *dicunt* terram imbribus madefactam antris ... -are atque insudare tantum, quantum ... erumpat in fontes. *al.* **β** *cibis* (*l. 9. 11*), *medicamentis* (*apud* CELS. *praeter l. 16*): MORET. 113 guttas -at olivi (CASSIAN. conl. 8, 1, 1 illam olei g. *cf. l. 5*). HOR. sat. 2, 2, 62 cornu ... bilibri caulibus -at *oleum*, veteris non parcus aceti. CELS. 5, 17, 2^B mixtis his -atur ... acetum (5, 18, 19 mel. *cf.* 5, 18, 36 quibus, dum contunduntur, hemina vini ... -atur [6, 18, 8^B q., dum teruntur invicem rosa et vinum -atur]). 5, 18, 31 -ta aqua (*abl. abs. ut*: 5, 25, 3^B -to subinde passo). 5, 20, 6. 5, 24, 2. 5, 25, 3^B. 6, 7, 1^D. *cf. de antidoto poculis indito*: SER. SAMM. 1074 si hederae sucum ... -es pateris (parvis *trad.*), poterunt haud ulla nocere pocula.

2 *translate*: CIC. Att. 9, 7, 1 quae *litterae* mihi quiddam quasi animulae -arunt (*rest. Lambinus*). HOR. epist. 1, 8, 16 praeceptum auriculis hoc -are memento (*cf.* TRACT. de trin. fid. p. 194, 11 aliquid secretis auribus [HIER. epist. 73, 5, 2 fidis. BOETH. cons. 1, 4, 38 W. a. cogitationibusque]). VAL. MAX. 1, 6 ext. 3 maximo ingenio ... eloquentiae -asse videntur alimenta *apes Platonis parvuli labellis mel inserentes.* SEN. benef. 6, 16, 6 *iuxta* tradidit. dial. 9, 3, 3 virtutem -at (instituat *trad.*) animis. ITALA II Macc. 8, 27 rec. P initium miserationis -ante *deo* illis de caelo (*gr. τάξαντος* [*var. l. σταξ-*], *Vulg.* stillans, *al. verss.* destillans, pluens). Ps. SEN. epist. Paul. 14 quibus ... sermo dei -tus ... parit. Ps. ATHAN. ad mon. 1 p. 71^B -ta doctrina (*antea* insinuata). EPISC. GALL. Leo M. epist. 99, 3 quod diabolus ... -at. VEN. FORT. vita Leob. 10, 32 mortiferum ... venenum.

B *i. q. guttatim madefacere*: CIC. carm. frg. 32, 38 B. (Tusc. 2, 25) excidunt guttae, quae saxa ... -ant. VEN. FORT. carm. 8, 3, 252 luminis -ans ora lavabat aquis.

II *intransitive i. q. guttatim defluere, decidere*: CAEL. AVR. chron. 5, 1, 15 -ans humor et ... decedens atque meatus singulos invadens.

deriv.: instillatio.

? **īnstimulātio,** -ōnis *f.* *ab* instimulare, *nisi legendum* in stimulationem (*cf. l. 43 sq.*) *aut* stimulatio (*auctum per 'i' protheticam q. d., cf. script.* istimulationis *Itala psalm. 59, 5* [*Aug. ad l.*]. *v. Schuchardt, Vokalismus II 343 sqq.*). *i. q. actus (in)stimulandi*: ITALA iud. 11, 35 (codd. n. 91. 94. 95) -o doloris facta es mihi (*gr. A εἰς σκῶλον, Ambr. off. 3, 78* stimulus [in stimulum *var. l.*], *Aug. quaest. hept. 7, 49 p. 485, 17* in offendiculum, *aliter Vulg. et gr. B*).

īnstimulātor, -ōris *m.* *ab* instimulare. GLOSS. ἐγκεντριστής. *i. q. qui instimulat*: CIC. dom. 11 seditionis ... -r et concitator tu fuisti.

īnstimulo, -ātum, -āre. *ab* in *et* stimulare. SYNON. Cic. p. 420, 6 incusat, -at, incitat. GLOSS. -o: ἐγκεντρίζω ὅ ἐστιν παροξύνω. GLOSS.^L II Philox. IN 543 -at: ἐπ⟨ε⟩ίγει, παροξύνει, παρακελεύεται, προτρέπεται. V Abba IN 162 -at: instigat, cogit, hortatur. [*falso trad.* PLAVT. Persa 129 *pro* insimulas. *confunditur c.* stimulare *l. 54. 58. 62.*]

i. q. stimulare, incitare sim. (*c. inf. l. 54*): VERG. Aen. 4, 576 deus ... festinare fugam ... -at (stim- *M, Serv.*). Ov. met. 14, 495 talibus iratam Venerem ... -at verbis stimulisque resuscitat iram (*c. abl. ut*: fast. 6, 508 Bacchas ... fictis ... sonis. SIL. 2, 543 voce. STAT. Theb. 1, 715 dapibus. AVIAN. fab. 26, 8 securam placidis -are dolis. OROS. hist. 6, 17, 3 populus dolore -tus [stim- *var. l.*]). VAL. FL. 2, 134 hinc rabidas dolor undique matres -et (4, 285 h. pudor, h. ... spes ... -at. OROS. hist. 3, 15, 9 cum h. ira ..., inde gloria ... pugnantes -ret). 3, 645 -at ducitque faventes. MARCELL. dig. 5, 2, 3 falso parentes -ti liberos ... exheredant. SEDVL. carm. pasch. 1, 237 -ante fame (stim- *var. l.*).

deriv.: instimulatio (?), instimulator.

īnstinctio, -ōnis *f.* *ab* 1. instinctus. GLOSS. ἐρεθισμός. *i. q. instinctus*: RVFIN. Orig. princ. 3, 2, 2 p. 247, 19 etiamsi nulla diaboli provocasset -o (*l. 13* instinctu). GREG. M. moral. 16, 45 nunquidnam haec ... suis -bus et non magis divinis impulsionibus agitantur? (*antea* occulto instinctu).

īnstinctor, -ōris *m.* *ab* 1. instinctus. SYNON. Cic. p. 420, 38 concitator, turbator, -r. *i. q. instigator, concitator*: TAC. hist. 1, 22, 3 Ptolemaeus, ... sceleris -r. 4, 68, 5 acerrimo -e belli Iulio Valentino (AMM. 21, 12, 20 a. belli -r. *cf.* 30, 1, 2 acer dissensionum -r). TERT. bapt. 4, 1 *spiritum* super aquas -em (*T*, intinc- *B*) moraturum. adv. Marc. 2, 10 p. 384, 4 in diabolum ... ut in -em delicti. RVFIN. Orig. in Ios. 1, 6 p. 294, 23 et superbiae et zeli ... sunt aliqui incentores angeli et -es horum malorum.

īnstinctūra, -ae *f.* *ab* 1. instinctus. *i. q. instinctus, instigatio*: FVLG. aet. mund. p. 136, 17 sicut his -a cataclismi praerogat scelus, ita pueris tinctura fontis diluit facinus (*cf. Friebel, Fulgentius 123, 1*).

1. *īnstinctus, -a, -um *et* **īnstinguo,** -nxī, -ere (*v. p. 1983, 43*). [*una c.* instigare (*q. v.*) *ut* dis-, interstinguere *a *steig- derivant Walde-Hofmann³ I 707 ad semivoc.* -u- *conferentes* unguere *vocem no-*

[Alt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tionis prorsus alienae; conferendum potius c. radice germ. *stenkw- (ex *stengW-), cf. got. stigqan (bi-, ga-) '*illidere, offendere, irruere*'. *Szemerényi.*] *legitur* -tus *inde a* VARRONE, CIC., LVCR., OV., LIV. [*confunditur in codd. c.* instrictus *e. g.* QVINT. inst. 10, 1, 81 (*e coni. falsa* APVL. met. 8, 22, 3); *falsa var. l. pro* instrinxit GELL. 17, 20, 7.]

1 *part. perf.* -tus *i. q. instigatus, commotus sim.* (*de hominibus praeter l. 14. 25. 32, pro subst. e. g. l. 40. 42; accedit acc. graec. q. d. l. 25. 39,* in *c. acc. l. 32. 36,* ad *l. 30. 38*): **a** *ablativo indicante causam vel auctorem* (*e. g. l. 26. 27*): VARRO Men. 117 videmus populum furiis -tum (LIV. 1, 47, 7). CIC. Verr. II 5, 188 nefario quodam furore et audacia (dom. 141. VAL. MAX. 6, 2, 3 tribunicio f. LVCAN. 5, 150 -tam sacro mentem . . . f. *cf. de aliis affectibus malis*: VAL. MAX. 1, 5 ext. 1 adrogantiā. 9, 2 ext. 8 consimili genere aemulationis. CVRT. 8, 14, 33 belua -ta rabie. APVL. met. 3, 3, 4 privatis simultatibus -tum odio proprio saevire). phil. frg. X 3 vinolenti adulescentes tibiarum . . . cantu . . . -ti (*cf.* APVL. apol. 42 carmine). LVCR. 1, 925 amorem musarum, quo . . . -tus . . . avia Pieridum peragro loca. OV. fast. 6, 597 talibus *sc. verbis* -tus (TAC. Agr. 16, 1 his atque t. invicem -ti. *cf.* LIV. 6, 14, 9 his vocibus [9, 40, 7. TAC. hist. 4, 24, 3 h. inter se v. -tos flammavere insuper . . . litterae. ann. 2, 46, 3 h. v. -tos . . . propriae quoque causae stimulabant]. SEN. epist. 108, 22 his. STAT. Theb. 1, 83 votis . . . -ta paternis. APVL. met. 9, 23, 5 his -ta verbis). LIV. 5, 15, 10 quae . . . cecinerit divino spiritu -tus (QVINT. inst. 12, 10, 24 -tis divino s. vatibus. *al. cf.* 5, 21, 2 numine *Apollinis* [GELL. 15, 22, 5 *cervam* -tam Dianae n. PORPH. Hor. carm. 3, 25, 1 n. eius mentem -tus. *al.*]. VAL. MAX. 1, 8, 10 impulsu . . . numinis. SEN. Phaedr. 339 Venere. Phoen. 16 deo [IVVENC. 1, 276 vatis vox -ta d.]. dial. 10, 9, 2 *vates* velut divino ore -tus [*def. Dahlmann, Hermes 76, 1941, 103*]. HIL. myst. 1, 26 spiritali motu). QVINT. inst. 1, 2, 29 celebritate audientium. SVET. Iul. 19, 2 iniuriā. APVL. met. 9, 18, 1 *iuxta* inflammatus. Plat. 2, 2 ad eius (*sc. boni*) ardorem. ARNOB. nat. 6, 16 p. 229, 11 -ta (*Gelenius*, dist- *P*) veritate naturae *animalia*. IVST. 12, 7, 8 repentino impetu mentis in sacros . . . ululatus -tus. *al.* **b** *non indicata causa* (*liberius iunctus vid. abl.* LIV. 4, 33, 2 velut fanatico -ta cursu in hostem ruit [fanatico furore *Cornelissen, sed cf. vol. IV 1529, 53 sqq.*]): VELL. 1, 12, 1 universa . . . -ta in bellum Achaia. SEN. epist. 71, 36 te quoque -tum esse . . . video (*acced.* sum *ut*: CVRT. 4, 14, 7 sic duces, sic proximi militum -ti sunt. TERT. adv. Marc. 4, 24 p. 501, 7 non ad fraudem sunt -ti, sed ad mercedis compensationem). SIL. 8, 242 Arpos tendunt -ti pectora Poeni. 12, 518 -ti glomerant gressus. 15, 135 sed quamquam -tis tacitus tamen . . . pectora subrepit terror. TAC. dial. 14, 1 Maternus, concitatus et velut -tus. Agr. 35, 2 -tos ruentesque . . . disposuit.

2 *aliae formae, fere c. not. q. e. instigare, pulsare* (GLOSS. III 452, 40 -it: παροξύνει [= 482, 66, *sed alia manu* instigat *adscriptum*]): TERT. anim. 26, 4 exultat Elizabeth, Iohannes intus impulerat; glorificat dominum Maria, Christus intus -nxerat. *cf. etiam l. 5.*

deriv.: instinctio, instinctor, instinctura, 2. instinctus.

2. *instīnctus, -ūs *m. ab* 1. instinctus. *abl. praeter p. 1984, 67 sqq., plur. l. 74. p. 1984, 77.* GLOSS. οἶστρος ὁ παροξυσμός. -u: in accensu. GLOSS.L II Philox. IN 540 -i⟨n⟩ctis (-us): ἐνθουσιασ⟨μός⟩. III Abstr. IN 226 (= V Abba IN 317) -u: impulsu. V Abba IN 315 -o dei: inspiratione dei. *legitur inde a* CIC. (*p. 1984, 19. 52*), SALL. (?), VAL. MAX., SEN. philos., *in serm. ped. praeter* STAT. (*l. 65. p. 1984, 36*), PRVD. c. Symm. 2, 669.

i. q. instigatio, impulsus (*iuxta* inflatus *p. 1984, 20,* adflatus *p. 1984, 20,* motus *p. 1984, 12. 80,* impetus *p. 1984, 37; opp.* actus *p. 1984, 43,* opus *p. 1984, 81; accedit gen. obi. e. g. p. 1984, 53. 76, gen. explic. p. 1984, 46. 80*): **I** *ponitur ablativo* (*plur. l. 74*): **A** *in locutione q. e.* '-u *aliquid facere*' *sim.* (*nota hinc pendere etiam p. 1984, 52. 1985, 4*): **1** *sc. instigatum ab alio* (*vel aliqua re; opp.* sponte *p. 1984, 27. 30,* per se *l. 72. p. 1984, 34* [*cf. p. 1984, 55*]): **a** *c. gen. instigantis*: **α** *deorum, hominum, diaboli*: ? SALL. hist. frg. 2, 6 (Serv. georg. 1, 14) matris (*Sallustio trib. Maurenbrecher*). VAL. MAX. 1, 6 ext. 3 dearum (*cf.* STAT. Theb. 5, 104 superum. GELL. 16, 17, 1 vi atque -u eius dei [OPTAT. 7, 3 p. 172, 21. *al.*]. CYPR. laps. 25 p. 255, 16 divinae maiestatis. FIRM. math. 6, 31, 54 divinitatis [VEG. mil. 2, 21 non tantum humano consilio, sed etiam d. -u. *al.*]. *sim. al.*). CVRT. 3, 8, 15 purpuratorum. *al.* TAC. hist. 1, 70, 1 in Italia manentes -u decurionum. ann. 1, 32, 3 paucorum. SVET. Vesp. 7, 3 -u vaticinantium effossa sunt . . . vasa. TERT. anim. 21, 3 quod -u serpentis operatus est (PELAG. in Rom. 8, 19 non per semet ipsos peccantes, sed s. -u [instigatione consilio, instigante consilio *var. ll.*]. *cf.* PS. CYPR. aleat. 7, 2 diaboli [extigatu *var. l.*, instigatu *Wölfflin apud Miodoński. al.*]. LACT. inst. 4, 30, 1 -bus daemonum [RVFIN. hist. 5, 1, 14 *gr.* ἐνέδραν. PALLAD. hist. mon. I prooem. p. 245/6; *gr. p. 9, 7 B.* ἐνεργείας. *al.*]. *cf. et p. 1984, 57. 73*). VLP. dig. 47, 11, 5 cuius -u ad infamandum dominum servus . . . confugisse compertus erit. EDICT. imp. Constant. de accus. (CIL III 12 043) 21 (*cf.* COD. Theod. 9, 5, 1 pr. = Iust. 9, 8, 3, 1) cuius consilio atque -u ad accusationem accessisse videatur. *al.* *accedit part. perf. praedic.* (*cf. p. 1984, 16*): FLOR. epit. 1, 9, 1 quodam quasi -u deorum concitatus . . . destituit. LACT. inst. 4, 27, 12 -u daemonis percitus . . . dementit. AVG. nupt. et concup. 33, 55 conpulsus. PS. AVG. serm. 60, 2 commonitus. SVLP. SEV. dial. 3, 15, 3 agitatus. **β** *rerum* (*maxime*

affectuum sim.): VAL. MAX. 2, 4, 6 eius (*sc. lautitiae*) -u Campanam imitatus luxuriam *eqs.* 2, 9, 6 aemulationis (*cf.* CYPR. zel. 4 p. 421, 11 zeli). SEN. epist. 94, 66 tot pericula . . . adpetisse virtutis -u (RVFIN. Orig. princ. 3, 2, 3 p. 250, 16). PS. QVINT. decl. 5, 12 p. 98, 27 tacito mentis -u . . . amemus (FIRM. math. 1, 3, 8. *cf.* 5, 3, 34 animi sui. *v. et infra l. 77*). APVL. Plat. 2, 13 *amor* est adpetitus ardens, cuius -u *eqs.* (*cf.* FIRM. math. 3, 12, 20 amoris [*al.*]). ARNOB. nat. 2, 50 p. 87, 17 facultatis. FIRM. math. 1, 7, 24 furoris (err. 18, 2 SVLP. VICT. rhet. 37 p. 334, 33. *al. cf. l. 17*). 2, 30, 13 cupiditatis -u aut . . . temeritatis ardore (3, 5, 10. *al. v. et infra l. 71*). 3, 6, 25 libidinis (COLL. Mos. 6, 4, 2. *al.*). HIL. trin. 9, 59 *cogitationes* non solum praesenti motu incitatas, sed etiam -u futurae voluntatis agitandas (POMER. 2 praef. 1 propriae. *cf. etiam l. 80*). AVG. civ. 3, 13 p. 111, 11 D. quanto et quam iusto doloris -u. PS. AVG. serm. ed. Mai 2, 1 non studio, sed dolore, non odii praeiudicio, sed veritatis -u. EVCHER. pass. Acaun. 2 in furorem -u indignationis exarsit. *al.* *accedit part. perf. praedic.* (*cf. p. 1983, 80*): LACT. epit. 7, 4 -u furoris elatus . . . trucidavit. HIL. trin. 2, 5 malignitas -u diabolicae fraudulentiae excitata . . . eludit.

b *c. adi. pro gen. posito* (*cf. etiam l. 53. 62. 69*): CIC. div. 1, 12 aliquo -u inflatuque divino futura praenuntiat (1, 34 -u d. adflatuque. 1, 66. CVRT. 8, 10, 15 non d. -u, sed lascivia. CYPR. Demetr. 11 p. 359, 6 d. spiritu et -u. *al. cf.* SEN. dial. 9, 17, 11 sacro). SEN. epist. 36, 8 nec . . . opus esset, in id . . . acui, in quod -u quodam voluntario iremus. APVL. apol. 96 vestro (ISID. epist. 10, 4 [*verba Braulionis*]). HIL. trin. 1, 7 rerum pulchritudinem . . . sensus naturali metitur -u (RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 5, 3 [*Migne gr. 35, 1233C* φύσεως οὕτως ἔχοντες]. *al.*). SCHOL. Verg. Veron. Aen. 1, 237 alieno -u, non sua sponte. *al.*

c *absolute et c. aliis attrib.*: **α** *instigant dei, homines, diabolus*: CVRT. 8, 6, 16 -u videbatur futura praedicere. PLIN. paneg. 73, 2 -u quodam et imperio (*opp.* sponte). HIL. in Matth. 29, 2 -u prophetico (myst. 1, 10 [*postea*: nesciens prophetavit]). AVG. gen. ad litt. 2, 17 p. 61, 16 *vera ab astrologis* -u quodam occultissimo dici (*cf.* 11, 32 p. 366, 23 occulto -u ad hoc illa conturbatione compulsi sunt [11, 33 p. 367, 25. GREG. M. moral. 16, 45 *opp.* per se. *aliter infra l. 48*]). VITA Maxent. (BHL 5973) 8 -u cogitare coeperunt (*postea* diabolus immisit). **β** *instigat affectus quidam*: STAT. Theb. 11, 673 horruit -u rabido. TAC. hist. 1, 57, 2 -u et impetu et avaritia (ann. 14, 16, 1 non i. et -u nec ore uno fluens *species carminum*. PLIN. epist. 1, 22, 10 i. quodam et -u procurrere ad mortem . . ., deliberare vero *eqs.*).

2 *sc. instigando alium*: FRONTIN. strat. 2, 7, 12 *Marius* hostem ostendens 'illinc' inquit 'petenda est (*sc. aqua*)'; quo -u adsecutus est, ut *eqs.* TERT. anim. 27, 5 animam et carnem simul fungi, animam concupiscentia, carnem opera, animam -u, carnem actu. CYPR. epist. 41, 2 p. 588, 9 -u suo quietem fratrum turbans. FIRM. err. 21, 5 venerando -u hoc . . . denuntians per prophetas *Christus*. PHILIPP. in Iob 38 p. 762A deus . . . voce, id est affectu clamoris et insinuationis -u, . . . iubet (*cf.* RVRIC. epist. 2, 64 p. 441, 11 suae inspirationis -u). AVG. civ. 2, 26 p. 93, 9 D. spiritus occulto -u . . . agitans mentes (gen. ad litt. 11, 27 p. 360, 10. *aliter supra l. 33*). gen. ad litt. 11, 27 p. 360, 11 si solo -u occultius ageret. PRAEDEST. 3, 10 p. 648A Pauli sententiam evidenti manifestamus -u.

B *vario usu*: **1** *post praepos.*: CIC. Tusc. 1, 64 ut . . . poetam . . . carmen sine caelesti aliquo mentis -u putem fundere (CYPR. epist. 36, 3 p. 575, 3 neque . . . s. -u quorundam ausuros fuisse. AVG. pat. 24, 21 *voluntas mala* potest et s. alterius spiritus -u se ipsa seducere. PALLAD. hist. mon. I 58, 5 s. -u dei [*gr. p. 168, 16 B.* ἀθεεί]). TERT. anim. 16, 1 quod acciderit ex serpentis -u (adv. Marc. 4, 34 p. 536, 9 ex libidinis, non ex legis -u. LACT. inst. 7, 18, 1 cum prophetae ex dei spiritu tum . . . vates ex -u daemonum cecinerunt). CYPR. epist. 55, 27 p. 645, 12 de adversarii -u . . . natae concupiscentiae. COD. Theod. 2, 8, 18 (= 8, 8, 3. 11, 7, 13) qui a sanctae religionis -u rituve deflexerit. **2** *usu liberiore*: GELL. 1, 11, 14 impulsu et -u extraneo naturalis . . . Gracchi vehementia indiguisse non . . . existimanda est (*cf.* HIL. in psalm. 51, 7 quod . . . caret sensu intellegentiae, caret et rationis -u). HIL. in Matth. 4, 21 relicto voluntatis -u. in psalm. 52, 2 -u nequitiae interioris urgente . . . eloqui.

II *ponitur aliis formis* (*deest dat.; plur. l. 77*): PS. QVINT. decl. 4, 3 p. 69, 25 primam fatalis -us necessitatem (*c. adi. pro gen. ut*: HIL. in Matth. 20, 7 diabolici -us calore. SYMM. epist. 5, 20, 2 tuus coegit -us). 4, 19 p. 85, 24 tamquam sequar classici vocantis -um. 15, 8 p. 284, 1 infandae cupiditatis -um. TERT. adv. Marc. 1, 2 p. 292, 16 passus . . . huius praesumptionis -um (LACT. inst. 4, 5, 5 divini spiritus . . . p. -um). HIL. in Matth. 10, 4 satanae -us (*cf.* 16, 10 diabolicae artis -um. in psalm. 128, 2 diaboli [*opp.* exsecutio]. RVFIN. Orig. princ. 3, 2, 4 p. 251, 8 mali angeli [*antea* suggeri]). 19, 3 prohibendorum infantium subrepit -us (*cf.* 21, 10 interrogandi . . . -us). myst. 2, 2 diversos humanae mentis -us (HIER. in Ezech. 18, 1—2 p. 169B primus pulsus cogitationis, immo parvus mentis -us. *cf.* in psalm. 1, 9 ad haec . . . nos vitia naturae nostrae propellit -us). in psalm. 53, 10 malignae voluntatis -us ac motus (trin. 1, 10 v. -um . . . incitabit). 57, 4 malignitatis. 128, 4 alterius opus, alterius -us est. SYMM. or. 1, 4 haesit . . . maestior rebellis -us (*sine gen. ut*: AVELL. p. 505, 3 -us ipse [*postea* ipsum velle]). GREG. TVR. Franc. 9, 41 p. 400, 10 reddentes . . . dilectionis -um. *post praepos.*: ITALA II Thess. 2, 11 (TERT. adv. Marc.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5, 16 p. 631, 10) erit eis ⟨in⟩ -um fallaciae (*gr.* πέμπει . . . ἐνέργειαν πλάνης, *Vulg.* mittet . . . operationem errroris. ⟨in⟩ *Kroymann*, -um *nom. non recusant Harnack, Soden* [*v. Festg. Jülicher 235*]). HIL. in Matth. 14, 6 praeter gerendi munus -umque. in psalm. 67, 24 per -um proditionis peccant (LEX Burg. lib. const. 45 p. . . . cupiditatis -um). *sequitur inf.*: HIER. epist. 96, 6 ignorans, quod daemonici spiritus esset -us sophismata . . . sequi *eqs.*

instinguo *v.* 1. instinctus. *Alt.*

īnstīpo, -āre. *ab* in *et* stipare. GLOSS. -at: congerit. ἐνστοιβάζει. [*falso trad.* POMPON. Atell. 50 *v. p. 1922, 17.*] *i. q. (in aliquid) stipare, infercire* (*c. dat. l. 13*): CATO agr. 113, 2 *vini amphoras* in cuneum componito et -a⟨to⟩. MARCELL. med. 10, 64 *ficus coctae* naribus -antur (PLIN. VAL. 1, 25).

īnstipulor, -ātus sum, -ārī. *ab* in *et* stipulari. *scribitur* istip- *l. 21, nisi* i-*protheticam q. v. accipias.* *de passiva significatione loquitur* PRISC. gramm. II 388, 9 sqq. *afferens* PLAVT. Pseud. 1096 *et* Rud. 1381 (*v. infra*). NOT. Tir. 67, 30 -atur. *i. q. stipulatione pacisci, stipulari*: PLAVT. Pseud. 1069 (*Ballio ad Simonem*) minae viginti sanae . . . sunt tibi, . . . quas aps te est -tus (stip- *A*) Pseudolus. Rud. 1381 ni dolo malo -tus sis. TAB. vendit. Journ. d. Sav. 1930, 27 (*a. 494*) istipulatus est *emptor* (*cf. l. 15*). *Sz.*

īnstita, -ae *f.* [*vix ab* instare (*Walde-Hofmann³ I 707, cf. Schwyzer, DLZ 1933, 1128*), *quod notionibus non convenit; fort.* -a '*limbus*' *a gr.* *εἰσθέτη (*pro* *īstita *urbane* -a), -a '*resticula grabbati*' *a gr.* *εἰστάτη (*εἰστείνω, *cf.* ἐντείνω). *Szemerényi.*] ist-, -stat-, ?*nom.* -is (*plur.* -es [-ae *Lindsay* GLOSS.^L Corp. I 119]): GLOSS. *de notione*: SERV. Aen. 2, 616 *limbus* est pars vestis extrema, quae -a dicitur (*affert* HOR. sat. 1, 2, 29 *v. infra l. 40*). SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 28/29 -a . . . dicitur τὸ περιπόδιον, quod togae subsuebatur, quo (qua *edd. vet.*) matronae utebantur. 1, 2, 29 (*cf. app. crit.*) -a . . . est tenuissima fasciola, quae praetextae adicitur (SCHOL. Stat. Theb. 7, 654 f. est, quae imam vestem suo pingit ornatu [*affert* HOR. *locum supra laudatum*]). GLOSS.^L I Ansil. IN 1625 -is: id est parvis linteolis aut nastalis (-ul-) unde mortuorum pollices ligantur, sicut in euangelio scriptum est propter Lazarum quia ligatos pedes et manus habebat -is (*sim.* V Abba IN 179. *al.*). GLOSS. ἐπενδύτης. ἀκροζώνη. -ae: grabati (*trad.* gravati *vel* gravatae) resticulae. -is: palliolum (-orum? palliorum ?) fasciae. nastalis (-ul-), ligamina mortuorum. *cf. l. 58.*

1 *fere i. q. limbus in veste matronali* (*cf. E. F. Leon, Class. Journal 44, 1949, 378 sqq.*): HOR. sat. 1, 2, 29 illas, quarum subsuta talos tegat -a veste. OV. ars 1, 32 (= trist. 2, 248) quae . . . tegis medios -a longa pedes. *per synecdochen*: OV. ars 2, 600 in nostris -a nulla iocis.

2 *fere i. q. fascia*: SCRIB. LARG. 47 (= MARCELL. med. 10, 8) involvere . . . eam *pinnam* fasciola tenui lintea quasi -a (*Marcell.*, insita *ed. pr.*). 133 ventrem . . . constringere extra -a longa. PETRON. 20, 4 (*contextu incerto*) duas -as ancilla protulit de sinu alteraque pedes nostros alligavit, altera manus. 97, 4 imperavi Gitoni, ut . . . grabatum subiret annecteretque pedes et manus -is, quibus sponda culcitam ferebat (*in lecto ut*: ITALA prov. 7, 16 [Ambr. Cain et Ab. 1, 4, 14 Didasc. apost. 5, 20; *cf.* Ps. Ambr. apol. Dav. II 3, 14] -is texui [extendi *Didasc.*, intexit *Ps. Ambr.*] lectum meum [*gr.* κειρίαις, *Vulg.* funibus]. HIER. in Os. 13, 14 p. 938^A *terrigena* ligatur -is lectulorum). STAT. Theb. 7, 654 candida pampineo subnectitur -a pilo (infula pileo *Imhof*). ITALA Ioh. 11, 44 (cod. b *al.* Iren. 5, 13, 1 = VVLG.) *Lazarus* ligatus pedes et manus -is (*gr.* κειρίαις, *codd. p r* fasceis. *cf.* AMBR. exc. Sat. 2, 80 *syn.* vincula. *sic de mortuis*: VITA Amator. [BHL 356] 21 corpus *uxoris* . . . diligentissime -is redimitum collegit et . . . tumulavit).

[GLOSS.^L I Ansil. IN 1624 **īnstita[t]**: qui (quae) mortuum involvet (-it), *unde* instito mortuum involvo *gloss. lat.-arab. p. 263 Seyb.*]

īnstitio, -ōnis *f.* *ab* insistere, *cf.* solstitium *et* institium. *i. q. actio insistendi, statio*: CIC. Tusc. 1, 62 qui errantium stellarum cursus praegressiones -es (*Manutius, cf. p. 1924, 1*; institutiones *codd.*, inter se notiones *dubitanter Dougan*) notavit.

īnstitium, (-ī) *n.* *ab* insistere *sec.* solstitium *formatum, cf.* institio. *i. q. actus insistendi* (*de solstitio*): MENOL. Colot. Iun. 7 (CIL I² p. 280) ⌊solis -um⌋ (solstitium *Menol. Vall.*).

[**īnstito** *v. l. 59.*]

*****īnstitor,** -ōris *m.* *ab* instare, insistere (instititi). *de orig.*: VLP. dig. 14, 3, 3 -r appellatus est ex eo, quod negotio gerendo instet (SALON. in prov. p. 990^B -r dicitur negotiator, propterea quod semper instat, ut acquirat et multiplicet merces et lucra sua). GREG. M. moral. 18, 35 -es . . . negotiatores dicimus pro eo, quod exercendo operi insistunt. ? -stat- *p. 1986, 54.* NOT. Tir. 55, 13. *inter communia habet* CHAR. gramm. p. 53, 20 B. *cf. l. 81.* *de notione* (*ad singulos locos v. infra*): GAIVS inst. 4, 71 qui tabernae praeponitur, -r appellatur (VLP. dig. 14, 3, 5 pr. cuicumque . . . negotio. PAVL. dig. 14, 3, 18 tabernae locove ad emendum vendendumve . . . sine loco ad eundem actum. INST. Iust. 4, 7, 2 negotiationibus. *cf. p. 1986, 48*). VLP. dig. 4, 9, 1, 5 caupones . . . aeque eos accipiemus, qui cauponam vel stabulum exercent, -esve eorum. 14, 3, 5, 4 sqq. (*circitores, muliones aliosque esse -es dicendos docet infra Labeonem secutus*). 14, 3, 7, 1 parvi . . . refert, quis sit -r, masculus an femina, liber an servus proprius vel alienus. SCHOL. Hor. epod. 17, 20 duo sunt genera negotiatorum: -es et exercitores. *ibid.* proprie . . . -es sunt, qui exercent ipsam mercaturam. SYNON. Cic. p. 445, 9. GLOSS. ἐργαστηριάρχης. ἐνθηκάριος. ἐργοδιώκτης. introductor, qui operatoribus praeest. qui mercibus et navi praeest. -es (*trad.* -stitut-): negotiatores. *legitur inde a* CIC., HOR. [*confund. in codd. c.* institutor *passim* (*infra non adnotatur, v. et l. 2*), imitator *l. 11*, insitor *l. 14. 22. 60.* *e suppl. dub.*: CIL III 13 523, 5.]

fere i. q. mercator tabernae vel cuilibet negotiationi praepositus, tabernarius sim. (*v. Klingmüller, RE IX 1564 sq.*; *saepe cum contemptu dicitur de hominibus infimi ordinis, cf. de arrogantibus l. 56. 69 sq.*; *at apponuntur epitheta laudantia l. 37. 58*): **1** *proprie*:

a *c. gen. indicante*: **α** *rem venalem*: CIC. Phil. 2, 97 quorum (*commentariorum et chirographorum*) . . . -es (*Pantagathus*, imitatores *codd.*) sunt, qui ea tamquam gladiatorum libellos palam venditent. LIV. 22, 25, 19 patrem lanium fuisse ferunt, ipsum -em mercis (MANIL. 5, 409 [408] -r [insitor *LG¹*] aequoreae . . . m. SEN. benef. 6, 38, 3 delicatarum. epist. 42, 8. MART. 12, 57, 14 sulphuratae. PAPIN. dig. 26, 7, 37, 1 servus -r dominicae m. [VLP. dig. 14, 3, 11, 7]. COD. Iust. 12, 57, 12, 3 [*a. 436*]). SEN. benef. 6, 17, 1 sordidissimorum . . . artificiorum. SCRIB. LARG. 22 (= MARCELL. med. 8, 3) pigmentarii (*om. Marcell.*) ⌊-es eius rei⌋ *sc. opii* (⌊ ⌋ *delenda censet Helmreich*; -es huiusce rei *Marcell.*, -es egregii *Barthius*). PLIN. nat. 18, 225 vestis (*cf.* HIER. adv. Iovin. 1, 47 p. 389, 9 [= SEN. frg. 52] gemmarum sericarumque vestium). IVV. 7, 221 -r (insitor *C*; SCHOL.: negotiator, qui pro qualitate temporis mercem suam distrahit) hibernae tegetis niveique cadurci. NON. p. 548, 19 -es molochini coloris 'molocinarios' (*Plaut. Aul. 514*). HIER. in Is. 23, 8/9 p. 277^B margaritarum (*spectat ad* VVLG. *l. 58 et Matth. 13, 45, v. infra l. 54*). in Matth. 21, 12/13 p. 151^C columbarum. *per metonymiam*: PLIN. nat. 33, 32 eius culpae (*i. mercium popinalium. antea*: popinarum poenis). QVINT. decl. 260 p. 64, 20 vitiorum (*i. ciborum luxuriosorum*). **β** *locum negotii*: SEN. epist. 56, 2 omnes popinarum -es mercem . . . vendentis. PAVL. sent. 2, 8, 3 tabernae (CIL III 14206, 21 4 -r tabernas Aprianas).

b *absolute et c. gen. subi.* (*l. 58*): HOR. epod. 17, 20 amata nautis multum et -bus ([SCHOL.: mercatoribus]. *cf.* carm. 3, 6, 30 *uxor* surgit . . ., seu vocat -r [SCHOL.: mercator] seu navis Hispanae magister, dedecorum pretiosus emptor. OV. rem. 306 -r, heu, noctes, quas mihi non dat, habet). PROP. 4, 2, 38 pisces calamo praedabor et ibo mundus demissis -r in tunicis. OV. ars 1, 421 (419) -r ad dominam veniet discinctus emacem *eqs.* LIV. 26, 16, 8 -um opificumque. VAL. MAX. 2, 7, 1 -um et lixarum (*in castris*). SEN. nat. 4 b, 13, 8 habet -es aqua. PLIN. nat. 12, 103. MART. 7, 61, 1 abstulerat totam temerarius -r urbem. POMPON. dig. 33, 7, 15 pr. Servius respondit . . . in cauponio -es . . . mercesque . . . legatas videri. GAIVS dig. 14, 3, 2 quo *nomine* -r contraxit. MARCELL. dig. 7, 8, 20 servus . . . adquirit mihi, si -r erit et operis eius utar in taberna (PAPIN. dig. 14, 3, 19, 1 dominus, qui s. -em apud mensam pecuniis accipiendis habuit. 32, 91, 2. VLP. dig. 5, 1, 19, 3 [*ex Labeone*] vendendarum mercium gratia. *al.* CIL XI 1621 seplasiari negotiantis ser(vo) -i. *v. etiam l. 16*). VLP. dig. 14, 1, 1 pr. qui -em tabernae vel negotio praeposuit (14, 3, 5, 13 -i ad emendas merces praeposito. *al. cf. p. 1985, 75*). PAVL. dig. 14, 3, 17, 3 cum -e exercente mercem. *et saepe ap. ICTos* (*v. V.I.R.*; *adde* COD. Iust. 4, 25, 2 [*a. 222*]). ARNOB. nat. 2, 32 -bus atque planis. EDICT. imp. Diocl. I 24 SERV. auct. ecl. 9, 1. HIER. epist. 58, 6, 4 quem senseris tibi . . . de nummis loquentem . . ., -em potius habeto quam monachum. 125, 16, 3. in Is. 23, 17 p. 204^D (instator *Migne*). in Matth. 13, 45/46 p. 94^D (*lemma et Vulg.* homini negotiatori). VVLG. Iob 28, 8 non calcaverunt eam *semitam* filii -um ('*šaḥāṣ*', glorificantium *Ambr. Iob 1, 9, 29*, arrogantium *Hier. interpr. Iob*; *v. et* PHILIPP. in Iob 28 p. 698^C; *gr.* ἀλαζόνων). prov. 31, 14 navis -is. Is. 23, 8 *Tyri* negotiatores principes, -es eius inclyti terrae. Ezech. 27, 13. 17. 20. PRVD. cath. 2, 40 miles, togatus, navita, opifex, arator, -r (insitor *var. l.*; SCHOL.: negotiator). AVIAN. fab. apol. 23 (*syn.* venditori). SIDON. carm. 23, 260. CAES. AREL. serm. 72, 1 p. 290, 12 -es (sutores *recc.*), aurifices, fabri vel reliqui artifices.

c *accedit adi. professionem indicans*: CIL VI 10 007 -r unguent(arius ?). IX 3027 sutori -i caligario.

2 *in imag. et translate*: **a** *strictius de eis, qui corpore quaestum faciunt*: VAL. MAX. 6, 1, 6 -es libidinis. **b** *laxius*: SEN. epist. 52, 15 philosophia potest in penetralibus suis ostendi, si modo non -em, sed antistitem nancta est. QVINT. inst. 8, 3, 12 velut -r quidam eloquentiae *orator* (11, 1, 50 tumidum ac sui iactantem et ambitiosum -em e.). DON. Ter. Ad. 699, 1 sui beneficii. CLAVD. 18, 198 -r imperii, caupo famosus honorum.

deriv.: institorius. *cf. Onom.*

*****īnstitōrius,** -a, -um. *ab* institor. ? GLOSS.^L II Philox. IS 8 -ae: ἐμπορευταί (*Buecheler*, istonae πορ. *trad.*). *inde a* SVET. (*subst.*), IVLIAN. dig. [*in codd. passim confund. c.* institutorius, *quae res infra non adnotatur.*]

i. q. ad institorem pertinens: **1** *t. t. iur.*: **a** -a actio (*v.* DIG. 14, 3 rubr. COD. Iust. 4, 25 tit. INST. Iust. 4, 7, 2 *et Steinwenter, RE IX 1565*; *saepe per ellipsin*): IVLIAN. dig. 14, 3, 12 utilis -a a. adversus me tibi competet (VLP. dig. 14, 3, 5, 16. *al.* PAVL. dig. 14, 3, 17 pr. COD. Iust. 4, 25, 3 [*a. 230*]. INST. Iust. 4, 7, 5). AFRIC. dig. 4, 4 si . . . de -a a. quaeratur (14, 1, 7, 2). GAIVS dig. 14, 5, 1 etiamsi deficient superiores a., id est exercitoria -a tributoriave. inst. 4, 71 *praetor* comparavit duas alias a., exercitoriam et -am. PAPIN. dig. 14,

[*Kröner*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 19, 2 -a ab eo petetur. VLP. dig. 14, 3, 5, 13 locus est -ae (*al. cf.* 14, 3, 5, 14 -am locum habere [*al.* INST. Iust. 4, 7, 2]). 14, 3, 5, 15 dominum -a teneri (*al.* PAVL. dig. 15, 1, 47 pr. INST. Iust. 4, 7, 8). VLP. dig. 14, 3, 5, 17 dari -am a. (*al.* PAVL. dig. 14, 3, 6). 14, 3, 7, 2 obligat eum ... -a a. (COD. Iust. 4, 25, 1 [*a. 212*]). 14, 3, 11, 7 si -a recte actum est (*al.*). *quasi* -a: PAPIN. dig. 3, 5, 30 (31) pr. ad exemplum -ae a. (14, 3, 19 pr. VLP. dig. 19, 1, 13, 25 [*ex Papin.*]. COD. Iust. 4, 25, 5 [*a. 294*]). VLP. dig. 14, 3, 5, 8 (*ex Labeone*) dandam in eum quasi -am a. (17, 1, 10, 5 [*ex Papin.*]). PAVL. dig. 14, 3, 16 exemplo. COD. Iust. 4, 25, 4 (*a. 293*) ad similitudinem. 4, 25, 6 (*a. 294*) ad instar. **b** -a formula: GAIVS inst. 4, 71 -a ... f. tum locum habet, cum *eqs.* 4, 74 cui ... exercitoria vel -a f. competit. **2** *extra sermonem iuris*: HIER. virg. Mar. 21 p. 206^A quae *virgo* -as exercet artes (*antea*: tabernariam virginem).

subst. **institōrium,** -ī *n.* [*e coni. dub.*: ARNOB. nat. 2, 16 -um (*Wiman, Textkrit. Stud. 15 sq., cf. l. 22*; institutum *cod.; alii aliter*) superciliumque.] **1** *fere i. q. munus institoris, ut vid.* (*cf.* gladiatorium): SVET. Nero 27, 3 deversoriae tabernae parabantur insignes ganea[e] et matronarum -o copas imitantium (*v. app. crit.; antea*: scortorum ... et ambubaiarum ministeria). **2** *fere i. q. ostentatio, iactantia* (*cf. l. 15 et v. p. 1986, 56*): IREN. 3, 15, 2 *discipulus Valentini* inflatus ... cum -o (*A*, -turio *CV*) et supercilio incedit gallinacii elationem habens. *Kröner.*

***instituo,** -uī (-ūī, ?-ūvī), -ūtum, -ere. *ab* in *et* statuere. *perf. mensuratur in fine vers.* -ūī PLAVT. Epid. 363 (-ūvī *Salmasius*, -īvī *Bothe falso*). Most. 85 (*at* 776 *al.* -ŭ-); *cf. Solmsen, Stud. z. lat. Lautgesch. 166 sq.* *scribitur*: ist-: CIL VIII *passim.* inist-: INSCR. christ. Leblant 247 (*cf. Prinz, Glotta 26, 1938, 101*). st-: CIL XI 2834 (*a. 376*). INSCR. RevA. 4, 10, 1907 p. 184; *cf. Prinz l. c.* -stet-: CIL VIII 9977 (*a. 398*). 9982 (*a. 416*). *errore lapicidae* institus *pro* -tus: CIL VIII 9984. *graecis litt.*: ἰνστιτοῦτος THEOPHIL. inst. Iust. 2, 15, 4 (*quater*). 2, 16 pr. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A. *notatur*: ist(ituit) CIL VIII 9981 (*a. 364*). 21805 (*a. 359*). *ad formam* ist(itutus) *v. Lindsay, Notae Lat. 429.* isti(tuerunt) CIL VIII 9985. *de formis*: ?*perf.* -uvi (*cf. l. 25; at v. Sommer, Handb.*^{2.3} *559*): CIL VIII 9975 (*a. 392*) -vvit. 9976 -vvisse. 9984 -vverunt. *de* -ivi *v. l. 26* (*potius litteras errore transpositas quam huius formae vestigia accepimus* CIL VIII 24934 -tivt). *part. fut. act.* -turus: CYPR. GALL. exod. 731 COD. Iust. 6, 24, 4. *cf. p. 1922, 38.* NOT. Tir. 24, 65 -it. 52, 2 heres -tus (52, 3 -tus h.). GLOSS. ὁρίζω ἐπὶ πράγματι. ἐμβιβάζω. -(u)it: κατέστησεν. iussit, deliberavit vel docet. -tus: eductus, instructus, imbutus. -ta: disposita. *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO, TER. *per totam latinitatem.* [*confunditur in codd. c.* const-, stat-, instruere, *perf. c.* instit*i passim*; -tus *c.* insitus (*p. 1878, 67. al.*; *iuxtaponuntur* SIDON. epist. 2, 9, 6), insiticius (*p. 1926, 51?. 62*), intestatus (PAPIN. dig. 31, 77, 26. 37, 5, 11); -endus *c.* intuendus (*vol. VII 2, 92, 8*; *cf.* CIC. de orat. 1, 58). *dub. trad.*: ORIBAS. syn. 1, 19, 9 La p. 67, 12 Mø. stercore ⌊-to molle⌋ (*gr.* δυσμάλακτον, *Aa* insolubilis).]

CAPVT PRIMVM: ***praeverbii vi locali*** *et usu inde derivato.*

(II) *c. additamentis instructionis modum sim. indicantibus*: Ⓐ *abl.* (*v. etiam infra e. g. l. 66. p. 2022, 15. 34. cf. p. 2022, 47*): OV. ars 3, 342 *carminibus*. met. 15, 479 dictis (ARATOR act. 2, 198 d. -ta fides. *cf.* PS. CYPR. spect. 1 p. 4, 1 paucis [*sc. verbis ut* CLAVD. DON. Aen. 1, 260 p. 61, 5]. CLAVD. DON. Aen. 1, 410 p. 88, 14 verbis [*al.*]. PALLAD. hist. mon. I 9 p. 282A sermonibus [*cf. p. 2022, 22. 2023, 13*]). VELL. 2, 129, 2 praeceptis (SEN. epist. 13, 1 antequam -res te p. COLVM. 12, 4, 2 [*v. app. crit.*]. PETRON. 140, 2. *al.*). SEN. epist. 83, 13 exemplis (PS. SEN. epist. Paul. 7. *al. cf. infra l. 66 p. 2022, 21*). QVINT. inst. 2, 5, 1 orationum lectione. PLIN. epist. 10, 87, 2 consilio (IREN. 4, 37, 3 [= 4, 60, 1 H.]. *cf. infra l. 58. aliter p. 2019, 51*). APVL. met. 11, 29, 3 divinatione (*cf.* PORPH. Hor. carm. saec. 37 oraculis [*cf. infra l. 56*]). PORPH. Hor. carm. 4, 4, 33 virtutem . . . -i . . . doctrinae disciplina. CYPR. epist. 58, 2 p. 657, 25 magisterio et hortamento . . . sermonis (CLAVD. DON. Aen. 1 praef. p. 5, 13 HIER. epist. 53, 2, 1). hab. virg. 12 p. 195, 28 *scripturis sacris* -i . . . et moneri. MOYS. Cypr. epist. 31, 1 p. 557, 11 -cti et . . . animati litteris (52, 1 p. 616, 15 NOVATIAN. cib. Iud. 1 p. 226, 19. *cf.* AVG. civ. 14, 9 p. 21, 24 D. epistulis). AMM. 31, 9, 2 exploratorum relatione . . . aperte -ctus (NOVELL. Valent. 23, 6. *cf. l. 76. p. 2022, 13*). AVG. catech. rud. 3, 3 docendo. *al.* Ⓑ *acc.*: PAPIN. dig. 48, 4, 8 consulem indicium *coniurationis* . . . -xit *mulier*. HIER. psalt. sec. Hebr. 119, 98 -is me mandata tua (*Vulg.* mandato tuo). Ⓒ *praep.*: CIC. Brut. 233 mediocriter a doctrina -ctus (off. 1, 155 a doctoribus atque d. *al.*). TERT. resurr. 55 p. 115, 7 de . . . exemplo (scorp. 12 p. 173, 8. test. anim. 5 p. 141, 29 de vestris *litteris* -cta⟨m⟩ *animam*. *cf. p. 2022, 4. 28*). PS. CYPR. tract. 3 per divinam lectionem (HIL. trin. 12, 20 p. 445B per doctrinam. VVLG. Rom. 2, 18 per legem. PS. ORIG. hom. in Matth. 4, 5 p. 267 per . . . parabolas. *al. cf. p. 2022, 33. 2023. 29. 30*). RVFIN. hist. 3, 33, 3 ex quo *apologetico* . . . -i plenius scire cupientes (EVSTATH. Basil. hex. 6, 4, 10 ex . . . signis. BOETH. mus. 2, 23 p. 255, 31 ex arithmeticis. *cf. p. 2022, 8*).

β cum indicatione rei intimandae: Ⓘ *praep.*: Ⓐ in: *c. abl.*: CIC. de orat. 1, 249 in iure civili . . . satis -cti . . ., ad hoc dumtaxat, ne *eqs.* QVINT. inst. 5, 10, 102 in hoc . . ., ut *eqs.* (PELAG. in I Cor. 11, 3 p. 187, 10). FRONTIN. strat. 1 praef. in his, quae *eqs.* (2 praef.). FIRM. math. 4, 19, 11 in reliquis. PSALT. Rom. 31, 8 in via (*Hier. psalt. sec. Hebr.* monstrabo viam). RVFIN. hist. mon. 22 p. 445A in verbo *domini*. AVG. anim. 2, 1, 1 p. 336, 10 in rebus. PS. AVG. neoph. 2 p. 1207 -i in omnibus et doceri. ENNOD. epist. 2, 6, 3 p. 45, 3. CASSIOD. var. 5, 44, 4 in futuris. *c. acc.*: GREG. M. in Ezech. 1, 7, 11 p. 846B ad ultionem erigit, . . . ad patientiam mitigat, . . . in praedicationem -it, . . . ad poenitentiae lamenta compungit.

Ⓑ ad (*cf. l. 41. v. etiam p. 2017, 33*): CIC. de orat. 3, 139 ad liberandam patriam inpulit, -xit, armavit *Dionem Plato* (*sim. c. gerund.*: fin. 2, 57 ad mortem contemnendam, ad exilium, ad . . . dolorem. VLP. dig. 47, 2, 50, 3 persuadet et impellit atque -it consilio ad furtum faciendum. CYPR. domin. orat. 14 hortatur et -it. MACR. somn. 1, 7, 7 oraculo. *al.*). orat. 12 *non* satis . . . -ctus *orator* (*v. app. crit.*) ad forenses causas. Cato 29 ut adulescentes doceat, instituat, ad omne officii munus -at. Att. 5, 6, 1 consiliis idoneis ad . . . negotium. OV. trist. 2, 258 ad vitium mores. SEN. dial. 9, 11, 9 ad . . . patientiam. epist. 94, 3 ad totam vitam (PALLAD. hist. mon. I 1 p. 252B ad mores v. que monachorum [*gr.* ἐν τῷ μονήρει βίῳ]). QVINT. inst. 8 praef. 2 ad eloquentiam. MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 13 ad accusationem . . . dando probationes. CYPR. eleem. 4 p. 375, 20 ad spem (CASSIOD. in psalm. 2, 7 l. 164). idol. 14 p. 31, 1 ad praecepta. HIL. in Matth. 10, 14 p. 971C ad . . . scientiam. CLAVD. DON. Aen. 1, 10 p. 11, 13 hoc dicendo. AVG. nat. et grat. 38, 45 p. 265, 28 paucis exemplis ad multa necessaria. EVGRAPH. Ter. Phorm. 49 ad cibum infantem. *al.*

Ⓒ de: VLP. dig. 27, 9, 5, 11 requirere . . . eum, qui se -at de fortunis pupilli. 40, 5, 37 de singulis. TERT. idol. 9 p. 39, 19 adv. Marc. 5, 8 p. 600, 1. ITALA psalm. 93, 12 (cod. 136 Cas.) de lege (*gr.* παιδεύσῃς, *Vulg.* docueris). CYPR. epist. 9, 1 p. 489, 2 plenissime. PS. HIL. libell. 21 p. 93, 13 informat et -it. HIER. epist. 65, 1, 6 erudiunt et -unt. PEREGR. Aeth. 14, 2 de scripturis bene -ctus (20, 9 valde. AVX. Maximin. c. Ambr. 46 p. 73, 40 caute). RVFIN. hist. 5, 19, 2 de his plenius. AVG. civ. 11, 12 p. 479, 12D. de hac re (ROMVL. fab. 78 pr. rec. gall.). NOVELL. Maior. 5, 2 de omnibus missa relatione (THEOD. MOPS. in I Tim. praef. p. 67, 9). EVGRAPH. Ter. Phorm. 24 aliquid . . . de comoedia. NICET. symb. frg. 4 p. 8, 8 B. -endus . . . et docendus. *al.*

Ⓓ *alia*: CYPR. epist. 15, 1 p. 513, 15 monere . . . et -ere plenissime circa euangelii legem (45, 4 p. 603, 14 c. omnia). 52, 1 p. 616, 11 adversus . . . machinas *haereticorum* plenissime. HIER. epist. 49, 1 super omnibus (EPIST. impp. de Asia [Bruns, fontes⁷ p. 270] I 24. *cf.* HIER. hom. Orig. in Luc. 18 p. 113, 1 s. quibus. EPIST. imp. Gord. subscr. [CIL III 12336] 3 s. his, quae *eqs.*). AVELL. p. 502, 10 erga.

(II) *enunt.*: Ⓐ *interrog. indir.* (*cf. p. 2023, 12*): QVINT. inst. 10, 1, 4 -amus, qua in ratione . . . facere quam optime . . . possit. VLP. dig. 11, 1, 11, 12 plenius -ctus, quid faciat (TERT. patient. 5 p. 7, 11 de suo experimento [*v. app. crit.*]. ITALA exod. 4, 12 [Cypr. Fort. 10. *al.*] quid loquaris [*gr.* συμβιβάσω σε ὃ μέλλεις λαλῆσαι, *Vulg.* docebo]. CYPR. epist. 14, 2 ut . . . -antur et discant. *al.*). 28, 8, 5 pr. ut . . . -ere se possint, expediet nec ne *eqs.* PORPH. Hor. epist. 2, 1, 130 ut . . ., cuius modi futura sint *tempora*, . . . -amur ex ante gestis (*cf.* CYPR. epist. 73, 5 quemadmodum [MACR. somn. 2, 15, 6 COD. Iust. 9, 9, 23, 1 *a. 290*]. SACR. Leon. 1297 quibus modis). TERT. coron. 7 l. 51 quo satis -amur, quam alienum iudicare debeamus *eqs.* ARNOB. nat. 1, 3 quotiens. AMM. 28, 1, 53 SVLP. SEV. epist. 2, 17. SORAN. p. 115, 18 ipsa mulier relatione sua -ere poterit, ad quae officia inpediatur. CASSIOD. in psalm. 115, 9. COD. Iust. 5, 31, 6 (*a. 224*).

Ⓑ ut (*cf. p. 2023, 30*): CYPR. domin. orat. 34 p. 292, 17 voce . . . monentis -ctus est, ut *eqs.* epist. 40 p. 585, 12 admonitos . . . et -ctos . . ., ut *eqs.* patient. 13 p. 407, 3 ut patientes . . . sint, -it et docet dicens: *eqs. al.* FIRM. math. 2, 30, 1 animum . . . ita formare atque -ere, ut *eqs.* HIL. in Matth. 15, 5 p. 1005B CLAVD. 22, 106. SVLP. SEV. chron. 1, 24, 2 responso. CASSIOD. var. 2, 26, 2. COD. Iust. 1, 12, 6, 10 (*a. 466*). THEOD. MOPS. in Eph. 5, 25 p. 185, 1 exemplo (ORIG. in Matth. 12, 9 p. 81, 5. VITA Caes. Arel. 1, 53 hortatu . . ., sermone et e.). ORIG. in Matth. ser. 21 p. 37, 5 sermo nos -it, ut *eqs.*

Ⓒ ne: CYPR. epist. 15, 2 p. 514, 19 ignorantes -ere, ne *eqs.* 64, 1 p. 717, 17 satis fuit obiurgare . . . et -isse, ne *eqs.* 73, 16 p. 790, 3 praemoneat adque -at. HIER. epist. 51, 6, 10 (*Epiphan.*). CASSIOD. var. 6, 3, 2 vox praeconis -ens iudicem, ne *eqs.*

Ⓓ quia: MOYS. Cypr. epist. 31, 6 p. 562, 18 de scripturis, q. . . . peccatum commiserint, -endi *peccatores*.

Ⓔ quod (*c. pron. praepar. infra l. 70. 73*): SCHOL. Iuv. 15, 23 Φ -it, q. Vlixes mentiatur. HIER. in Is. 38, 10sqq. p. 393D q. . . . corpus . . . appelletur tabernaculum, . . . -it dicens: *eqs.* COD. Iust. 4, 30, 13 per . . . argumenta . . . -ere, q. *eqs.*

(III) *nudus coniunct.*: SVLP. SEV. chron. 1, 15, 1 mandatis dei -itur *populus* . . . cognosceret.

(IV) *acc. c. inf.*: TERT. praescr. 4 l. 5 -it dominus multos esse venturos *eqs.* adv. Prax. 24 p. 275, 7. CYPR. domin. orat. 22 p. 283, 19 -itur et docetur peccare se cottidie. epist. 67, 4 p. 738, 11 -it et ostendit. PALLAD. 7, 7, 1. PS. HIL. libell. 5 p. 76, 4 (*v. app. crit.*). LVCIF. non conv. 13 p. 27, 25 PAVL. PELL. praef. 3. ROMVL. fab. 72 pr. rec. gall. breviter nos -it . . . fabula. THEOD. MOPS. in I Tim. 3, 7 p. 116, 12.

(V) *inf.*: HIL. in Matth. 10, 7 p. 969A -it eos dominus non admisceri eorum domibus . . ., qui *eqs.* ALC. AVIT. carm. 6, 280 discere. 6, 425 cognoscere. ARATOR act. 1, 879 caelestia . . . non terrena sequi. 2, 802 causas aperire. THEOD. MOPS. in I Tim. argum. p. 67, 6 non intendere illis, qui *eqs.* VITA Caes. Arel. 1, 23.

(VI) *casus*: Ⓐ *abl.* (*cf. p. 2021, 9*): CIC. de orat. 1, 73 omnibus ingenuis artibus -ctus (Brut. 214 parum. fin. 2, 112 a. atque virtutibus -ctum et ornatum. OV. epist. 15, 366 LIV. 1, 18, 4 FEST. p. 185. *al. cf.* VLP. dig. 13, 7, 25 artificiis [19, 1, 13, 4]). orat. 4 minus -ctus . . . artium disciplinis (CAPITOL. Max. Balb. 16, 4. *al. cf.* ARNOB. nat. 2, 10 omnibus . . . disciplinarum generibus). VITR. 1, 1, 12 eruditionibus variis. VAL. MAX. 2, 7, 6 litteris, . . . armis (PS. AVR. VICT. epit. 20, 8 Latinis l. sufficienter -ctus, Graecis sermonibus eruditus. ORIGO Const. 2, 2 minus. CIL V 3897, 4). COLVM. 11, 3, 65 -ctum atque eruditum omni opere rustico *vilicum* (HIL. in Matth. 25, 2 p. 1053B diabolicis . . . et o. et dictis). QVINT. inst. 1 praef. 23 scientia (*al. cf.* QVINT. inst. 1, 10, 5 cognitione. 4, 2, 24 notitia [CALL. dig. 35, 1, 82, 3]). APVL. flor. 20 p. 97 doctrina (met. 9, 35, 2. *cf. p. 2019, 64 et* AVG. nat. et grat. 68, 82 p. 297, 7 sanitate doctrinae). IREN. 4, 27, 1 (= 4, 42, 2 H.) sapientia. FIRM. math. 3, 7, 7 computo aut calculo. 5, 7, 4 coniectura. PS. HIL. libell. 13 p. 87, 11 rebus deificis (ADDIT. Prosp. Haun. chron. I p. 339, 22 bellicis). CASSIOD. inst. 1, 32, 3 eloquio (*i. eloquentia*).

Ⓑ *acc.* (*aliter p. 2021, 28 sqq. 77*): *pron. neutr.*: FRONTO p. 144, 7 v. d. H. (= p. 150 N.) ea *verborum lumina* . . . variis exercitationibus -bamus (THEOD. MOPS. in I Tim. praef. p. 68, 4 de ceteris . . . omnibus ea . . . -ens eum). FIRM. math. 1, 8, 7 quod (CASSIOD. var. 1, 31, 3). HIER. in Ier. 4, 1, 1 euangelio hoc ipsum plenius -ente (THEOD. PRISC. log. 114 hoc . . . nos -xit . . ., quod nervos . . . frigida nocuerunt. THEOD. MOPS. in Tit. 2, 3 p. 247, 1 [*gr.* διδάσκει]. *cf.* AVELL. p. 556, 25 haec vos). THEOD. MOPS. in I Tim. 4, 7 p. 146, 9 alios . . . ista. in Col. 1, 11 p. 258, 22 illa . . . eos (ORIG. in Matth. 14, 6 p. 286, 19 illud . . . nos -it, quod . . . peccatorum . . . revocationem faciet deus [*gr.* ταῦτα διδάσκειν . . . ὅτι]). *alia*: TERT. ieiun. 7 p. 283, 14 et ordinem et significationem somnii . . . -itur *Daniel* (*iuxta form. pass. item*: AMM. 30, 4, 15 nomen et vim negotii . . . -untur *advocati*. AMBROSIAST. in Rom. 16, 3/6 p. 178C viam [*cf. p. 2023, 2*] . . . diligentius -ctus [PS. AVG. quaest. test. I 3, 1 p. 21, 17 peritiam. EPIST. pontif. Thiel Gelas. frg. 49 fidem, *cf. p. 2024, 5*]). adv. Marc. 4, 15 p. 464, 16 amplitudinem disciplinae . . . -endo ([*Kroymann*, -endae *codd.*]. *in constr. gerund. etiam* praescr. 39 l. 4 in excogitandis -endisque erroribus). ITALA lev. 10, 11 (Aug. quaest. hept. 3, 33 p. 266, 8) filios . . . omnia legitima ([*gr.* συμβιβάσεις . . . πάντα τὰ νόμιμα, *Vulg.* doceatis . . .

[*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

o. l.]. VITAE patr. 3, 109 o. te). psalm. 118, 27 (cod. 136 Cas. = VVLG.) viam (*cf. p. 2022, 78*) mandatorum . . . -e me (*gr.* ὁδὸν . . . συνέτισόν με, *Hier. psalt. sec. Hebr.* fac me intellegere, *Psalt. Rom.* insinua mihi). 118, 144 (*ibid.*) testimonia tua . . . -e me (*gr. ut supra, Hier. psalt. sec. Hebr.* doce me, *Vulg.* intellectum da mihi). LACT. opif. 1, 2 in litteris nihil aliud quam linguam -entibus. HIER. in psalm. 111 mores nos -ens *psalmus*. VVLG. Iob 33, 16 erudiens eos -it disciplinam. BASIL. ad fil. p. 30, 10 novam doctrinam (novā doctrinā *V*) te. COMM. instr. 1, 1, 9 ignaros . . . verum (*cf.* RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 144, 32 nos per . . . litteras . . . veritatem). IORD. Get. 69 philosophiam eos. *ibid.* logicam . . . eos. 71 *viros* theologiam. THEOD. MOPS. in II Thess. argum. p. 42, 10 eos et Antichristi adventum et qualiter vel quomodo sit adpariturus. in I Tim. 3, 2 p. 109, 6 sermone . . . unumquemque dogmata pietatis.

© *gen.* (*cf. p. 2024, 2*): PELAG. defens. 2 p. 6, 7 vir et sacrorum librorum et alterius eruditionis . . . sufficienter -ctus (*gr.* τῶν ἱερῶν βίβλων καὶ τῆς ἄλλης παιδείας . . . ἱκανὸς ἐπιστήμων). LIB. gener. chron. I p. 90, 21 oportet -ctum esse veritatis diaconum. THEOD. MOPS. in psalm. 34 praef. p. 172, 22 praedici . . . faciebat omnia . . ., ut . . . eos . . . studii melioris -ret.

γ *conspectus adverbiorum notabiliorum ad α et β (maxime iuxta p. p. p.)*: bene: *p. 2021, 73.* breviter: *p. 2022, 41.* diligenter: APVL. met. 6, 13, 1. diligentius: *p. 2022, 78.* LACT. inst. 4, 8, 3. magis: ALC. AVIT. hom. 8, 3 p. 119, 13. male: OPTAT. 1, 5 p. 7, 2. manifestius: FIRM. err. 28, 13. minus: *p. 2022, 55.* TERT. praescr. 22 l. 14 COD. Iust. 7, 32, 2. plenius: *p. 2021, 38. 75. 2022, 69.* PACIAN. epist. 1, 7. *al.* plenissime: *p. 2021, 71. 79. 81.* PAVL. dig. 40, 13, 4. satis: *p. 2021, 41. 56. 2022, 11.* QVINT. inst. 2, 13, 15 AMBR. paenit. 1, 4, 15 AVG. catech. rud. 10, 3. valde: *p. 2021, 73.*

b *pertinet ad corpus*: PRVD. ham. 323 per varios gustus -cta *gula*, ut *eqs.* CLAVD. 7, 42 per duros -xit *pater* membra *filii* labores.

III *i. q.* **struendo indere,** *ingerere, inserere*: CAES. civ. 2, 9, 1 eam *contabulationem turris* in parietes -erunt (*cf.* 2, 9, 8 tigna *contabulationis* . . . lateribus -bant). VITR. 1, 5, 3 in crassitudine *muri* . . . -antur *taleae*. 2, 8, 7 in crassitudinem *parietum* -entes *longitudines caementorum*. 5, 9, 7 in . . . parietibus *cloacarum* . . . tubuli -antur. HERM. Pal. sim. 9, 5, 4 in fundamentis -cti sunt *lapides* (*gr.* εἰς τὰ θεμέλια . . . ἐτέθησαν).

part. praes. **īnstruēns,** -entis *pro subst. v. p. 2020, 45.*

p. p. p. ***īnstrūctus,** -a, -um *pro adi.* *i. q. instruendo in certum statum redactus, instrumento praeditus*:

A *posit. v. sub verbo (m. pro subst. p. 2019, 13).*

B *compar.* -ior, -ius (*inde a* RHET. Her. [*compar. latet omnibus locis, ubi expresse nihil indicavi*], *pl. pro subst. p. 2024, 27*) *et superl.* -issimus, -a, -um (*inde a* CIC.): 1 *de statu apparato sc. armato, munito, utcumque expedito, apto, prompto sim.*: a *corporaliter*: α *hominum (aut rerum ad eos pertinentium, in imag. l. 48)*: *c. abl.*: RHET. Her. 4, 9, 13 omnibus rebus -iores et apparatiores (LIV. 42, 47, 3). SEN. benef. 4, 18, 1 (*in imag.*) hoc *beneficiorum commercio* . . . -ior vita (*cf. l. 57*) contraque incursiones subitas munitior. PANEG. 12, 5, 2 numero *militum* (*cf.* IVST. 6, 1, 3 militibus . . . -ior [17, 2, 13]). OROS. hist. 7, 33, 13 exercitatione virium rerumque abundantia -issimis *Gothis*. 7, 34, 5 equis armisque -issimas *gentes*. *absolute*: LIV. 8, 39, 1 -issima *acies*. 27, 45, 3 copiae (*cf.* OROS. hist. 5, 10, 1 cum -issimo . . . exercitu). PHAEDR. app. 2, 2 longe . . . -ius *genus humanum*. PAPIN. dig. 32, 91, 1 dominus *fundi* (VLP. dig. 33, 7, 12, 39. *cf.* 33, 7, 12, 15 pater familias [33, 7, 12, 27. 43]. 33, 7, 12, 47 *mater*). ARNOB. nat. 3, 22 vita (*cf. l. 49*). AVG. in psalm. 65, 19 l. 14 non . . . ditior, non . . . -ior fit. β *rerum (cf. l. 46)*: *c. abl.*: CIC. inv. 1, 58 omnibus . . . -ior rebus et apparatior *domus*. FRONTIN. strat. 2, 5, 14 -issima castra omnibus esculentis. OROS. hist. 6, 8, 11 paratae atque omni genere armorum -issimae *naves*. *ad aliquid*: CVRT. 5, 1, 36 nihil urbis . . . ad inritandas . . . cupiditates -ius (BOETH. arithm. 1 praef. p. 3, 8 ad facinus). *absolute*: TERT. anim. 30, 3 orbis *terrarum* (*antea*: cultior). iciun. 9 p. 285, 9 cum -issimo ferculo. LACT. inst. 4, 10, 10 epulis. COD. Iust. 6, 38, 2, 1 (*a. 293*) fundus.

b *incorporaliter (animantium et rerum, maxime ad animantes pertinentium. transit ad 2 e. g. l. 69)*: *c. abl.*: HOR. epist. 1, 18, 25 vitiis (*antea*: dives). LIV. 30, 1, 4 *bonis animi*. VELL. 2, 94, 2 optimis studiis maximoque ingenio -issimus. VAL. MAX. 2, 6, 8 ut omnibus virtutibus ita humanitatis quoque laude -issimus (CIL V 5127, 4). 5, 3 ext. 3 clementia et liberalitate -issimus. *? dat.*: TERT. ieiun. 17 p. 297, 5 convivandi frequentior, . . . obsonandi pollucibilior, . . . calicibus -ior. *ad aliquid*: CIC. de orat. 3, 31 ad dicendum -issimus a natura. *in aliqua re*: LACT. inst. 5, 1, 11 in virtutibus. *in aliquid*: AVG. serm. coll. Morin p. 363, 4. *absolute*: GELL. 1, 13, 9 -ius deliberatiusque *theorematium sc. additis exemplis*. APVL. Plat. 1, 14 divino beneficio -ior auctiorque *sollertia hominum*. LACT. opif. 3, 15 et -ior est ceteris animalibus et ornatior *homo accepta ratione*. AVG. c. Fel. 2, 1 p. 828, 10 (*sc. rebus ad causam agendam necessariis sicut* INTERPR. cod. Theod. 1, 22, 2). *al.*

2 *de statu hominum docto, erudito sim. (transfertur ad res e. g. p. 2024, 14. 16. 24)*: a *c. additamentis materiam eruditionis indicantibus*: α *casus*: *abl.*: CIC. de orat. 1, 256 a viro optimo et istis rebus (*sc. iuris prudentia sim.*) -issimo. 3, 137 eloquentia litteris -ior, fin. 1, 26 doctrinis (*cf.* LACT. inst. 1, 6, 3 -issimus omni genere doctrinae). PS. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 17, 5 *artibus* -issimum. *gen. (ambigue*: TERT. anim. 6, 6 Sorano methodicae medicinae -issimo auctore. *cf. p. 2023, 14*): SVLP. SEV. chron. 2, 42, 3 vir divinarum rerum -issimus. *acc. graec.* (*cf. p. 2022, 75 sqq.*): QVEROL. p. 61, 19 R. iura (*var. ll.* iuris, iure) -issimum. β *praep.*: CIC. Brut. 161 a philosophia, a iure civili, ab historia . . . -ior. TERT. praescr. 24 l. 16 in aliam doctrinam (*c. abl.*: CLAVD. DON. Aen. 3, 85 p. 275, 27 in omnibus. RVFIN. hist. 6, 31, 2 in divinis . . . studiis atque omni Graecorum doctrina -issimum [*gr.* εὖ μάλα διαπρέψαντα]. PALLAD. hist. mon. II 15 p. 370[A] -issimus in divinis scripturis [*gr. p. 117, 5 B.* διαλεκτικώτατον]). LAMPR. Alex. 21, 6 ad omnia -issimus. SCHOL. Cic. Bob. p. 83, 9 de omnibus *rebus* -issimus. γ *nexu laxiore c. inf.*: TERT. apol. 45, 3 quid -ius, iniuriam non permittere an nec vicem iniuriae sinere? (*antea*: quid eruditius?). b *absolute*: TERT. adv. Prax. 2 p. 229, 1 -iores per paracletum. adv. Val. 5 p. 182, 10 -issimis voluminibus. LACT. opif. 1, 2 -iores doctioresque . . . fiant (AMBROSIAST. in I Cor. 14, 39. PROSP. Aug. epist. 225, 2 p. 456, 8 intellegentiores . . . -ioresque. BOETH. top. Arist. 6, 3 p. 974[A] [*gr.* ἀκριβεστέροις]). CLAVD. DON. Aen. 3, 455 p. 325, 18 ut -ior abeas (*cf.* 9, 1 p. 183, 16 venturus -ior [9, 10 p. 185, 30]. AVG. conf. 6, 9, 15 p. 114, 22 experientior -iorque discessit). 6, 320 p. 551, 22 ut -iorem redderet requirentem (6, 755 p. 605, 12 SIDON. epist. 9, 13, 3 CASSIOD. var. 4, 21, 1 GREG. TVR. Thom. p. 107, 24). 9, 245 p. 220, 21 invenietur intellectus (*i. orationis sensus*) -ior. AVG. epist. 167, 18 p. 605, 14. MACR. Sat. 5, 22, 10 grammaticorum omnium . . . -issimus *Didymus*. VEREC. in cant. 6, 7 p. 79a -issimi sapientes. *al.* *m. pl. compar.* instructiores *pro subst.*: FERRAND. canon. 219 ut prius . . . cum -ioribus tractet *preces*. FACVND. defens. 11, 3 p. 804[B] quaerendum est prius et cum -ioribus conferendum.

n. subst. **īnstrūctum,** -ī. *ad notionem cf.* VLP. dig. 33, 7, 12, 27 omnia, quae eo collocata sunt, ut instructior esset pater familias, -o . . . continebuntur. ISID. orig. 5, 25, 27 -um, quod per instrumentum efficitur, ut baculus, codex, tabula. *i. q. apparatus, supellex fundi, domus sim.* (*distinguitur ab* instrumentum VLP. dig. 33, 7, 12, 27. *cf. etiam l. 38 sqq. et p. 2018, 22 sqq.*): SCAEV. dig. 33, 7, 20 pr. non amplius . . . quam . . . -i appellatione contineri. 33, 7, 27, 4 ad -um. PAPIN. dig. 33, 7, 3 pr. -i (*var. l.* instrumenti). DIG. 33, 7 rubr. de -o vel instrumento (tit. libr. 25, 58 de -o et i. NOVELL. Iust. 128, 8. *in form. legationis*: DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVI[b] 12 cum omni iure -oque i. [GREG. M. epist. 14, 14 p. 434, 6 *et* PAP. Tjäder 13, 6 -o i. que]). COD. Theod. 10, 8, 1 (= Iust. 10, 10, 2) ad -um possessionis vel domus.

adv. **īnstrūctē.** *praeter l. 48 non nisi compar.* -ius. *i. q. modo instructo*: α *fere i. q. copiose, ample*: LIV. 1, 35, 7 ludos opulentius -iusque quam priores . . . fecit. β *fere i. q. accurate, subtiliter* (*sub specie informandi, docendi*): TERT. castit. 7 l. 11 plenius atque -ius (*var. l.* str-) praescribitur. AVELL. p. 694, 25 -e atque plenissime . . . universa rescribite. PS. AVG. serm. ed. Mai 169, 5 -ius revelatione . . . debriatus. γ *fere i. q. prompte*: ANIAN. Chrysost. hom. 5, 1 p. 1022 paratius atque -ius ad recentia *audienda* convolatis (AVG. epist. 167, 2 p. 588, 10 vaniloquiis . . . p. -iusque resistimus). δ *fere i. q. diserte*: VITAE patr. Iurens. 2, 15 p. 152, 35 ab his instrui vel doceri, quibus efficacius atque -ius adapertio oris . . . ad loquenda . . . mysteria praestabatur (*antea*: facundior, disertior).

deriv.: instructilis, instructio, instructor, instructura, 2. instructus, instrumentum.

compos.: perinstruo. *v. Kamptz.*

īnstudiōsus, -a, -um. *ab* in *et* studiosus. GLOSS. II 253, 25 ἀφιλόπονος. *i. q. non studiosus*: APVL. apol. 40 si medicinae neque -us neque imperitus quaepiam remedia ex piscibus quaero.

? **1. īnstultus,** -a, -um. *ab* in *vi augmentativa et* stultus (*at cf. Goetz, Thes. gloss. emend. s. v.* praestultus). *i. q. valde stultus*: GLOSS. II 393, 54 παννανόητος: -us (*cod. e* praest-).

? **2. īnstultus,** -a, -um. *ab* in *vi minutiva et* stultus (*cf. e. g.* imbrutus, incanus). *i. q. aliquatenus stultus*: GLOSS. II 583, 10 -us ('ist- ?' *Goetz*): ⌊ex parte stultus⌋, inverecundus (⌊ ⌋ *om. cod. b*).

? **īnstupeo,** -ēre. *ab* in *et* stupere, *si recte trad.* -ēns *i. q. stupescens*: *corporaliter*: PLIN. nat. 28, 38 torporem *sputo* sedari quocumque membro -ente (*E, alii* stup-). *incorporaliter*: PASS. Perp. 20, 8 -entibus (*cod. 1, alii* stup-) omnibus ait: '*eqs.*' (*gr.* θαμβούντων ἁπάντων).

? **īnstupro,** -āvī, -āre. *ab* in *et* stuprare, *cf. composita ut* impolluere, insordidare, intemerare. *i. q. stuprare*: GREG. M. epist. 4, 6 p. 238, 6 dicitur eam *Petronellam* . . . Agnellus corruptis eius moribus -asse (*R 1,* stupr- *alii et edd.*) atque sentiens gravidam de monasterio seduxisse (*cf. Norberg, In reg. Greg. M. stud. II 152*).

[ἀνήδονος iniucundus, **īnsuābilis** (-avis *a et Goetz*, -abis *ed. Stephani*) GLOSS. II 227, 2. *var. l. falsa l. 83, e coni. vix probab. p. 2025, 33.*]

? (**īnsuādeo,** -āsī), -āsum, (-ēre). *ab* in *et* suadere. GLOSS. II 88, 33 -sus (*suspicatur Heraeus pro* insulsus, *v. Goetz s. hac voce*): ἐμπεπεισμένος.

īnsuādibilis, -e. *ab* in *et* suadibilis, *cf.* persuadibilis. GLOSS. incredibilis (IV 98, 16 *var. ll.* insidiab-, insuab-). *i. q. non suadibilis*: a *obiective i. q. cui persuaderi non potest* (*gr. respondet*

[Sz.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ἀπειθής sim.): ITALA deut. 21, 18 (Lugd.) si ... fuerit ... filius -is et contumax, non obaudiens vocem patris et vocem matris *eqs.* ([*Vulg.* contumacem et protervum]. 21, 20 -is ... et proritator [*Vulg.* protervus et contumax]). Zach. 7, 12 (Lucif. Athan. 1, 37 p. 132, 10 Gild. Brit. 88 chron. III p. 74, 25) cor suum statuerunt -e (Gild. *var. l.* indissuadibile. *Vulg.* ut adamantem). Tit. 3, 3 (Theod. Mops. in Tit. p. 252, 13) eramus ... sine intellectu, -es, errantes (*Hier. in loc.* inobedientes, *Vulg.* increduli). OROS. hist. 7, 37, 8 -em in plurimis et contradicentem civitatem. THEOD. MOPS. in Philem. argum. p. 265, 14 quis sic -is aut animum habens induratum, qui non *eqs.*? **b** *subiective i. q. qui persuadere non potest* (*de dictis*): THEOD. MOPS. in Gal. 5, 15 p. 96, 26 ne ista talia -ia esse viderentur (5, 16 p. 97, 9 in Col. 1, 16 p. 271, 21). in Philem. 16 p. 281, 5 adiecit 'forsan' haesitatione dictum suum non -e faciens.

īnsuāsibilitās, -ātis *f.* *ab* *insuasibilis, *cf.* insuadibilis *et* (per)suasibilis. *i. q. status eius, cui persuaderi non potest, ἀπείθεια, incredulitas*: HIER. in Eph. 5, 6 'venit ira dei super filios diffidentiae' sive '-is': ἀπείθεια enim magis a 'suasione' quam a 'fiducia' ... intellegi potest. *ibid.* -is ... sive diffidentiae.

īnsuāsibiliter *adv.* *ab* *insuasibilis, *cf.* insuadibilis *et* (per)suasibilis *et* persuasibiliter. non -r *i. q. persuasibiliter*: PS. AVG. categ. 17 categoriarum numerum terminavimus ... n. -r doctis, satis vero clare volentibus discere.

īnsuāsum, -ī *teste* FESTO p. 302 *legisse quosdam ap.* PLAVT. Truc. 271 *pro* suasum, *ubi vide. inde interpret. ut* PAVL. FEST. p. 111 -um (*trad.* insursum) appellabant colorem similem luteo, qui fiebat ex fumoso stillicidio *et* GLOSS. II 88, 34 -um εἶδος δοκαρίω⟨ν κε⟩καπνισμένων.

1. īnsuāsus,¹ -a, -um. *ab* in *et* suasus. *i. q. non persuasibilis*: GLOSS.ᴸ II Philox. IN 564 p. 202 -um: ἀσυμβούλευτον.

2. īnsuāsus, -a, -um *v. s.* insuadeo.

? **īnsuāvidus,** -a, -um. *ab* insuavis; *si recte traditum* (*cf.* insipidus, gravidus *et v. Niedermann, IF 10, 1899, 230*). *i. q. insuavis*: HIPPOCR. aer. 7 *aquas* magis duras et -iores (insuabiliores *coni. quidam in schedis nostris, aliter Wenz, Quaest. gramm. ad ... transl. libri Hippocr. eqs. 61 sq. ex gr. κακώδεα explicans*). *Sz.*

īnsuāvis, -e. *ab* in *et* suavis. *compar.* -ius: RHET. Her. 3, 12, 22 CIC. orat. 157 GELL. 1, 7, 20. 13, 21, 12 CASSIOD. Ios. antiq. 5, 293; *cf. etiam* satis (*i. 'nimis'*) -is *l. 61*, minus -is *p. 2026, 31.* *superl.* -issimus (*e coni. l. 43*): CIC. orat. 163 MART. CAP. 3, 224 NOT. Tir. *v. infra.* NOT. Tir. 21, 55 -is. 21, 58 -issimus. GLOSS. ἀηδής. ἀήδονος. *legitur inde a* RHET. Her., CIC., VARRONE, *non apud poetas praeter* HOR. sat. (*v. p. 2026, 36*). [*conicitur* CIC. orat. 158 -issima praepositio est 'af' (*Jahn* [*cf. infra l. 78*], *alii alia, codd.* una). FIRM. math. 5, 1, 10 ⟨in⟩suaves (*Dittmann in schedis nostris*, graves *Skutsch*) doctores (doctos *vulgo*) et qui graviter irasci consueverint (*an* suaves d., ⟨s⟩ed *eqs.?*, *cf. ibid. infra* fortes moderatos, sed quorum indignatio *eqs.*).]

i. q. non suavis (*c. dat. personae vel rei v. l. 74*, -is ad *p. 2026, 42.* -em facere *v. l. 80 sq.*, reddere *p. 2026, 12. per litot.* non -is *passim. gr. respondet* ἀηδής, *ubi nihil aliud adnotavi*):

I *proprie de sapore non dulci, amaro sim.* (*de ipso homine l. 64, per compar. l. 69.* -is gustu *l. 60*): VARRO rust. 3, 16, 26 e fico mel -e, ⟨e⟩ cytiso bonum, e thymo optimum. VITR. 8, 1, 2 *aqua* (*cf.* 8, 1, 7 partes *aquarum* [*antea*: gravissimae duraeque]. PALLAD. 9, 8, 2 venas [*postea*: suavitate praecipuas. 9, 8, 3 salsae, graves, tepidae, -es]). PAVL. FEST. p. 53 Lucilius (*1146*) vinum -e crucium dixit ([*cf.* ISID. orig. 20, 3, 9]. NON. p. 243, 49 'asperum *sc. v.*' [*Ter. Haut. 458*] significat -e. ANTIDOT. Brux. app. 208 [*opp.* bonum]. ORIBAS. syn. 4, 15, 18 [*coniunct.* austerus, *opp.* non bene olens]). CELS. 4, 23, 2 cum pleraque utilia -ia sint (*sc. medicamenta ut* 4, 26, 6 gustu [*Marx*, -o *trad.*] non -e. CAEL. AVR. acut. 2, 19, 115 non satis). PLIN. nat. 24, 154 cibo non -is *myrris*. APVL. met. 9, 32, 4 lactucae veteres et -es. ORIBAS. syn. 2 add. p. 139, 9 ructus (5, 47, 5 Ab [*gr.* κνισώδεις]. *cf.* NICET. vigil. 9 ne cruditates eructantes et crapulam ... ipsi nobis -es simus). 4, 14, 5 malum odorem aut -em gustum *piscium* (La mali[s] saporis et -is). 4, 30, 3 -ia sunt *mala* et nihil iuvamen habent (*antea*: sine sapore). *in comparat. et imag.*: AMBROSIAST. in I Cor. 8, 1 omnia ... sola -ia sunt et nociva; quia nec panis solus bene editur *eqs.* AVG. in psalm. 111, 4 non evomet eum *virum misericordem* deus ex ore suo tamquam -em. LEO M. epist. 15, 15 nisi venenata pocula quodam melle praelinirent *haeretici*, ne ... sentirentur -ia, quae essent futura mortifera. PS. ORIG. hom. in Matth. 4, 3 p. 266, 6 -em et malum ... fructum *diaboli*.

II *translate*: **A** *usu sollemni fere i. q. ingratus, iniucundus, non amoenus* (*c. dat. pers. p. 2026, 14. 26. 39* [*cf. l. 64*], *rei p. 2026, 23*):

1 *de iis, quae sensus offendunt*: **a** *auditum* (*de ipso sono, aliter p. 2026, 10 et sub 2 a β.* -is sonitu *infra l. 81*, dictu profatuque *l. 83*):

α *ap. gramm. et rhet.* (*cf. s. 2 a β*): CIC. orat. 157 erat -ius '*medidies*' quam '*meridies*'. 163 versus inquinatus -issima littera *sc.* 'f'. GELL. 1, 7, 20 illud *dictum* iucundius ... completiusque, -ius hoc imperfectiusque. 13, 21, 12 -ius facias, si mutes 'quem das finem ...' (*Verg. Aen. 1, 241*) *in* '*quam d. f.*' (13, 21, 25 sonitu). 17, 2, 10 'sole occaso' non -i vetustate (*var. l.* venustate) est. 18, 11, 2 quae *vocum fictiones Furii Antiatis* mihi ... *non* visae sunt ... dictu profatuque ipso taetrae aut -es esse (*postea*: ficta dure et rancide). **β** *alia*: RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 234, 24 -em ... et iniucundam esse haereticorum vocem, qui ... blasphemias in deum ... loquuntur. MART. CAP. 3, 224 vocis -issimae diritate. **b** *odoratum*: COLVM. 12, 53, 3 oleum ... non -is odoris (THEOD. PRISC. eup. faen. 45 oris). **c** *aspectum*: AMM. 31, 2, 3 in hominum figura, licet -i, ita visi sunt asperi, ut *eqs.* OP. imperf. in Matth. 50 p. 923 (*in imag.*) ut cogat eos (*sc. ecclesia homines*) deponere corticem veteris hominis inutilem et -em.

2 *de iis, quae animum vel mentem offendunt*: **a** *de rebus* (*transfertur ad personam l. 34*): **α** *variis*: RHET. Her. 3, 12, 22 quid -ius quam clamor in exordio causae? CIC. de orat. 2, 25 vitam -em sine ... studiis *sc. disputationibus* (Att. 10, 4, 6 litteras *Q. Ciceronis* ad Caesarem missas ita graviter tulimus, ut ... ipsius videremur v. -em reddidisse. PORPH. Hor. carm. 3, 12 praef. -em esse v. sine hilaritate et amore). Lael. 88 -em ... admirationem ei fore (*opp.* iucundissima). VARRO frg. Gell. 16, 18, 6 in principiis ... ipsis ineptae et -es videntur *disciplinae* (*opp.* voluptas ... vel utilitas ... disciplinarum. *cf.* GELL. *ibid.* disciplinae ... cognitio ... taetra et aspernabilis -isque). APVL. met. 5, 28, 5 squalentium foederum -e fastidium (*antea*: incompta et agrestia et horrida cuncta). **β** *de oratione* (*pertinet quodammodo etiam ad 1 a α*): ① *imprimis sub specie formae*: QVINT. inst. 8, 6, 5 neque ... vulgaris esse neque humilis nec -is ... potest *translatio*. LACT. inst. 5, 1, 28 eloquentia non -is (*opp.* sermo ieiunus ... et ingratus). NON. p. 460, 27 quod auribus triste, -e, austerum, rancidum est, 'putidum' dici posse auctoritas vetustatis admisit. AQVILA rhet. 40 p. 35. ⓘⓘ *imprimis sub specie materiae*: AQVILA rhet. 1 p. 23 necessarium dictu, set -e audientibus aut odiosum nobis. CANDID. gen. div. 11 p. 12, 23 W. nullus ... velut -e accipiat Iesum opus esse dei omnimodis perfectum. PACIAN. epist. 2, 2 p. 26 litteras meas repetas, an aliquo felle respersae sint, quid superbum, quid -e responderim (*syn.* amarum, *opp.* dulce). AVSON. 340 A p. 158, 8 materia. MART. CAP. 8, 840 et alia *astronomica* non minus -ia quam morosa. OP. imperf. in Matth. 3 p. 649 legis (*sc. veteris testam.*) ... eloquiis insipidis et -bus et agrestibus (*opp.* mellea eloquia dei). ⓘⓘⓘ *transfertur ad scriptorem*: LACT. ira 20, 2 poeta non -is (MART. CAP. 3, 229).

b *de hominibus non mansuetis, trucibus sim.* (*dub. p. 2025, 44. aliter l. 33. p. 2025, 51*): HOR. sat. 1, 3, 85 nisi concedas, habeare -is. APVL. met. 7, 23, 4 trucem ... amatorem ... atque -em ... mitiorem efficere. 9, 16, 1 -is et odiosi mariti ... caperratum supercilium. ITALA sap. 2, 12 (Cypr. testim. 2, 14 Lact. inst. 4, 16, 7 *al.*) -is est nobis et contrarius est operibus nostris *vir iustus* (*gr.* δύσχρηστος, *Vulg.* inutilis).

B *singulariter* -is ad *aliquid fere i. q. non idoneus, non aptus* (*cf.* inutilis et -is *l. 7, v. etiam l. 41*): BOETH. top. Arist. 1, 5 p. 914ᴬ omnino obscura et -is plane fuerit *methodus* ad propositum negotium.

neutr. pl. pro subst.: PS. SORAN. quaest. med. praef. p. 244, 15 videt *medicus* horrenda et tangit -ia.

adv. **īnsuāviter.** *i. q. non suaviter, non amoene, non pulchre*: *de dicendo*: AVG. catech. rud. 14, 1 si ... tristis -r catechizas *eqs.* doctr. christ. 4, 11, 21 quod (*sc. oratio*) ... si fiat -r, ad paucos ... studiosissimos suus pervenit fructus. *de sonando*: AVG. mus. 4, 16, 34 ista duo metra ... nemo ambiget suaviter singula repeti ...; at ista -r. BOETH. mus. 1, 8 cum alter *sonus* alteri officit, ad sensum -r uterque transmittitur (*antea*: aspera atque iniucunda permixtio *sonorum*, *opp.* mixtura *sonorum* suaviter uniformiterque auribus accidens). 5, 11 dissonae *voces* ... sunt, quae non permiscent sonos atque -r feriunt sensum.

deriv.: *?* insuavidus, insuavitas.

īnsuāvitās, -ātis *f.* *ab* insuavis. *i. q. status insuavis, ingratus, iniucundus*: GELL. 1, 21, 4 insolentia et -s illius *dicti* (*cf.* AVG. dialect. 7 ad suavitatem soni vel -em [*antea*: asperitatem ... et ... lenitatem]). TERT. mart. 3, 1 duritia et inbonitas et -s *vitae in papilionibus* (*opp.* deliciis). paenit. 10, 10 per -em *curationum ut sectionis, cauterii sim.* (*syn.* offensam). AVG. c. Faust. 21, 13 p. 584, 7 amara sive aspera sive aliqua -e respuenda *esca* (*opp.* dulcis, suavis. *cf.* p. 584, 24 offensio vel amaritudo vel asperitas vel -s *cibi*. CASSIAN. conl. 5, 11, 3 degustatione modicae -is offensus). CAEL. AVR. acut. 2, 19, 115 non satis ... insuavia *medicamenta deductoria* aut amaritudinis causa aut alia qualibet ⟨-e⟩ ut copiae vel coloris (*an* ⟨a⟩ut c. vel c. *sc. causa?*, *cf. Hippocr. acut. 23 p. 121, 6 K.*). *Ruhstaller.*

īnsubditīvus, -a, -um. *ab* in *et* subdere (*ad formam cf.* subditivus). *i. q. non subditus sc. passioni sim., impassibilis*: TERT. adv. Val. 27, 3 permansit *Soter* in Christo impassibilis, inlaesibilis, inadprehensibilis; ... proinde nec matris semen admisit iniurias, aeque -um (*cf. Iren. 1, 7, 2* [= *1, 1, 13 H.*] impassibile [*gr.* ἀπαθές]).

īnsubditus, -a, -um. *ab* in *et* subditus. *i. q. non subditus, non subiectus* (*c. dat. l. 80*): ITALA I Tim. 1, 9 (Theod. Mops. *in l.* p. 76, 1) iusto lex non est inposita, iniquis autem et -is, impiis et peccatoribus (*gr.* ἀνόμοις ... καὶ ἀνυποτάκτοις, *cod. d* non obaudientibus, *Ambrosiast.* inobsequentibus, *Vulg.* non subditis). ZENO 2, 17, 1 ut ... -a ... humanis gressibus liquidi aequoris terga ... perambularet.

īnsubidus, -a, -um. *ab* in *et* subidus (*v. Leumann, Glotta 20, 1932, 284 sq.*). *compar. p. 2027, 8. 9.* GLOSS.ᴸ I Ansil. IN 1647 -s (irsutus *suspicatur Schlutter*, '*pro* hispidus' *Lindsay*): setosus (*var. l.* securus, [Sz.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

De-Vit insecurus). [*in codd. confunditur c.* insipidus *l. 16*, insubitus *l. 14.*]

i. q. non subidus: 1 *notione originaria i. q. qui libidine venerea non incitatur, languidus* (*cf. Leumann l. c.*): GELL. 19, 9, 9 ne nos ... tamquam profecto vastos quosdam et -os ἀναφροδισίας condemnetis *eqs.* 2 *notione secundaria i. q. insipidus, stolidus, insulsus sim.*: GELL. 7, 1, 2 'nihil est prorsus istis' inquit *Chrysippus* '-ius, qui opinantur bona esse potuisse, si non essent ibidem mala'. 12, 2, 11 inepti et -i hominis ioca. 13, 21 (20), 4 -ius nescio quid facies et pinguius. 18, 8, 1 quam sint -a et inertia et puerilia *scitamenta Isocratiorum* (*sc.* ὁμοιοτέλευτα, πάρισα *sim.*), facetissime ... significat *Lucilius*. LAMPR. Comm. 17, 3 fuit *Commodus* forma quidem corporis iusta, vultu -o, ut ebriosi solent. SYMM. epist. 1, 3, 1 animadverto litteras meas tibi -as (*var. l.* -bit-) non videri (CASSIOD. var. praef. 2 ut quod modo putabatur acceptum, postea legentibus videretur -um [*var. l.* insipidum]).

adv. **insubidē.** [*e coni.* GELL. 20, 1, 31 *pro* ipsum vide, *v. Heraeus, RhM. 82, 1933, 322, 2.*] *i. q. modo insubido, insipienter*: GELL. 1, 2, 4 multa atque inmodica ⟨de⟩ philosophiae doctrinis intempestive atque -e disserebat *adulescens*. MACR. Sat. 7, 14, 3 ipsam videndi naturam non -e introspexit Epicurus.

insubiectibilis, -e. *ab* in *et* subiectibilis (*cf. l. 26*). *i. q. non subiectibilis, inobsequens*: ITALA num. 20, 10 (Lugd.) dixit *Moyses ad synagogam*: audite, -es, numquid de petra hac producemus vobis aquam? (*gr.* ἀπειθεῖς, *Vulg.* rebelles et increduli).

insubiectus, -a, -um. *ab* in *et* subiectus. *i. q. non subiectus*: **a** *fere i. q. inoboediens, non deditus*: ITALA Tit. 1, 6 (Hier. in Agg. 2, 11sqq. p. 1406^{D} Theod. Mops. *ad l.* p. 238, 3 *c. interpr.*) filios habens fideles, non in accusatione luxuriae aut -os (*gr.* ἀνυπότακτα, *codd. d e al.* non subiectos, *Ambrosiast.* inobsequentes, *Vulg.* non subditos). 1, 10 (Theod. Mops. *ad l.* p. 241, 18) sunt ... multi -i, vaniloqui et seductores (*gr. ut supra, aliae vers.* non subiecti *vel* non subditi *vel* non oboedientes, *Vulg.* inoboedientes). HIER. epist. 55, 3, 3 Christus in his, qui fideles sunt, subiectus est patri ...; in his autem, qui increduli sunt, ... -us dicitur, quia pars membrorum eius non est subiecta fidei. **b** *fere i. q. non subditus, liber*: PRVD. ham. 699 (*deus ad hominem primum*) vade, homo ... -e, potens (*var. l.* in subiecta p.), rerum arbiter, arbiter idem et iudex mentis propriae, mihi subdere soli sponte tua. **c** -us oculis *i. q. invisibilis*: AVIEN. Arat. 1412 (*de aëre madido*) occulte patulo praetexitur agro -um o. terramque supernatat omnem.

? **insubitātus,** -a, -um. *ab* in *et* subitatus. *i. q. non (subito) oppressus*: ITALA II Macc. 8, 14 (rec. B) rogabant deum, ut liberarentur, quos Nicanor -os ('insubagitatos *? aut* insubiectos *?' Bulhart in schedis nostris*) vendiderat (*gr.* πρὶν συντυχεῖν, *rec. M* comprehensos, *Vulg.* priusquam in comminus veniret).

insubitus, -a, -um. *ab* in *et* subitus. *i. q. non(dum) subitus, inconsuetus*: ORIBAS. syn. 5, 29 Ab -os labores (*antea*: si ... exercere consuetus erat sive non erat; *gr. aliter*).

insubiugābilis, -e. *ab* in *et* subiugare. *i. q. qui subiugari non potest*: IVL. VAL. 1, 4 p. 6, 9 (*ad Olympiadem Alexandrum parituram*) habes ..., o mulier, ex nobis haec invicta et -ia foedera (*an per contaminationem c.* fetus *?, gr. p. 8, 1 Kr.* σπέρματα ἀνίκητα καὶ ἀνυπότακτα).

insūblum, -ī *v.* insubulum.

insubrēptibilis, -e. *ab* in *et* subrepere (*ad graeca cf. l. 59*). *i. q. quem nemo subrepere potest, incorruptibilis*: CONC.^{S} I 2 p. 77, 38 -es habens aures (= I 3 vers. Turon. p 102, 14 -em ... auditum; *cf. p. 106, 10* ne subripiatur [*pro* -repatur] ab aliquo piis auribus principum; *gr. I 1, 3 p. 18, 26* ἀσυνάρπαστον).

? **insubsidiātus,** -a, -um. *ab* in *et* subsidium, *si recte trad.* *i. q. subsidio carens*: VVLG. III Esdr. 9, 11 quoniam ... tempus hybernum et non possumus -i stare (*gr.* αἴθριοι; *an* in subdiali *vel* in subdivali *?, cf. Itala Ezech. 9, 3* [*Ps. Tert. adv. Iud. 11 l. 35*] in subdival [*var. l.* in subdivali] domus [*gr.* εἰς τὸ αἴθριον]).

insubsistēns, -entis *adi.* *ab* in *et* subsistens. *i. q. non subsistens, insubstantialis,* ἀνυπόστατος: RVSTIC. c. aceph. p. 1196^{A} si ... humana Christi natura individua est, erit igitur non -s verbum (*antea*: subsistentem).

[**insubstantia,** -ae *falso editum pro* in s. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 30 p. 1163^{C}.]

insubstantiālis, -e. *ab* in *et* substantialis. *i. q. non substantialis, sine substantia*: **a** *de natura dei*: MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 13 deum dicemus supra omnem exsistentiam ..., supra omne ὂν et ὄντως ὄντα, quippe ... invisibile ..., -e, incognoscibile. CANDID. gen. div. 8 -is ... deus; si autem -is, nullum ergo consubstantiale cum deo est. IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 24, 1 non ... -is esse videatur *naturae qualitas*, ut nihil est (*cf.* p. 24, 3 -is ... aestimetur *natura*). **b** *alia*: PS. AVG. hypomn. 1, 5, 7 cum ... dicimus 'nihil', nomen -e nominamus, cum vero addimus 'est', rem significamus; cur ergo nomen -e, id est 'nihil', tamquam vere aliquid sit dicimus addendo 'est'?

insubstantiātus, -a, -um. *ab* in *et* substantia. *i. q. in substantiam inditus*: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 26 p. 1059^{B} si ... omnia unum, quippe in substantia, multo magis deus et filius, non solum -um, sed consubstantiatum; -ta enim sunt omnia ὄντα in Iesu, hoc est ἐν τῷ λόγῳ *eqs.*

insubstantīvus, -a, -um. *ab* in *et* substantivus. *i. q. non substantivus*: **1** *i. q. substantiae expers, insubstantialis*: **a** *de dei natura* (*generatione l. 27*): IREN. 1, 14, 1 (= 1, 8, 1 H.) pater *sc. Bythos* ..., qui est inexcogitabilis et -us ([*gr.* ἀνούσιος]. 1, 15, 5 [= 1, 8, 16 H.] incorporalem et -um [*gr.* τὸ ἄρρητον καὶ ἀνεννόητον]. *cf.* 1, 14, 1 [= 1, 8, 1 H.] -um et ingenitum Aeona). HIL. syn. 4, 6 *Christum* verbum esse tantum confitentur *haeretici*, prodeuntem scilicet loquentis ore sermonem et -ae vocis incorporalem sonum (*cf.* EPIST. pontif. 235 Canon. Turner I 2, 1 p. 287 verbum filium dei ... a patre separatum, -um et finem habiturum esse contendunt [*gr.* ἀνυπόστατον]. PS. VIGIL. THAPS. trin. 7, 29 'verbo domini' [*psalm. 32, 6*] non sonum vocis -um [inconsubst- *rec. II*] esse accipias). AMBR. fid. 3, 14, 109 neque ... -us est *deus*, qui aliis dedit habere substantiam. *ibid.* nec posset -us filius dei esse, per quem cuncta subsistunt (AVELL. p. 303, 10. *cf.* RVFIN. Orig. princ. 1, 2, 2 nemo ... putet aliquid nos -um dicere, cum eum *Christum* dei sapientiam nominamus. RVSTIC. c. aceph. p. 1184^{B} nec substantiva nec -a, sed supersubstantiva res [*cf. l. 25*] est *Christus*. *v. etiam l. 13sqq.*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 22, 2 neque ... -a nomina nominamus, id est unam solam subsistentiam sentientes *in trinitate eqs.* (*cf.* IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 23, 35 -am quandam et inanem naturam *trinitatis* [p. 23, 26. 43. p. 24, 7 non bene -am aestimas ... n., sine qua nulla potest persona subsistere. p. 24, 23 res (*cf. l. 20*) ... ista sive n. ... quasi -a ... aestimatur]). symb. 7 p. 346^{B} -a est generatio *Christi*. *ibid.* -um in se nihil habuit *substantia illius aeternae lucis sc. dei.* **b** *alia*: IREN. 1, 9, 4 (= 1, 1, 20 H.) unumquemque ... sermonum ... denudabit et -um ostendet figmentum ipsorum (*gr.* ἀνυπόστατον. *cf. 2, 8, 3* [= *2, 7, 3 H.*] vacuum ostensum est figmentum *haereticorum*). AMBR. hex. 1, 2, 7 minuta et -a principia *caeli et terrarum*. RVFIN. symb. 7 p. 348^{A} si ... -a scintilla, quae ignis est, ex se creaturam *sc. lucem* ... gignit *eqs.* RVSTIC. c. aceph. p. 1184^{C} mundum non esse -um. **2** *de syllogismo ad reddendum gr.* ἄπορος: RVFIN. Orig. in Rom. 2, 14 p. 920^{B} videtur ... sermo ... incurrisse in syllogismum, qui dicitur aporus, id est -us, qui et falsus appellatur.

insubtilis, -e. *ab* in *et* subtilis. *i. q. non subtilis* (*per litot.*): PAPIN. dig. 30, 11 Iulianus non -i ratione motus patrem, cuius filius heres institutus est, extero quidem habita ratione legis Falcidiae restituere hereditatem respondit, quoniam *eqs.*

adv. **insubtiliter** *vel* -supt-. *i. q. non subtiliter, non subtili ratione* (*per litot.*): VLP. dig. 2, 14, 7, 6 quod non -r dici potest. 28, 5, 1, 5 Marcellus non -r non putat ... hoc procedere.

insubtus *adv.* *ab* in *et* subtus. GLOSS. V 496, 24 deorsum, desursum, -s.

insubvertibilis, -e. *ab* in *et* subvertere, *cf.* invertibilis, inconvertibilis. *i. q. qui subverti non potest, stabilis*: PS. ORIG. in Iob 2 p. 486^{B} ipse ille *Iob* immobilis, indeclinabilis, -is, inseducibilis *respexit ad uxorem*. CONC.^{S} I 5 p. 267, 25 non quiescit conturbare rectam et -em fidei rationem (*gr. I 1, 6 p. 127, 20* ἀδιάστροφον).

insūbulo, -āre. *ab* in *et* subula. *verbum ab* ISID. orig. 19, 29, 1 (*v. l. 57*) *ad vocem q. e.* insubulum *explicandam ut vid. fictum qua ratione c.* subula *cohaereat minime liquet.*

insūbulum (-sūbl- *l. 59*), -ī *n. et* -ī, (-ōrum) *m.* (*v. l. 57*) *et ?* -a, (-ae) *f.* (*v. l. 58*). *ab* in *et* subula *derivant Walde-Hofmann II 620.* *de origine*: ISID. orig. 19, 29, 1 -i *dicti sunt*, quia infra et supra sunt vel quia insubulantur. *de notione*: GLOSS. II 88, 30 -subula: ἀντίον καὶ ἀντία (III 209, 57 -subla [*corr. ex* subla]). 230, 7 -sublum: ἀντλον, ἔνθα ὑφαίνουσιν αἱ γυναῖκες (III 321, 74. 366, 41 -subulum: ἀ.). [*it.* subbio, *francog.* ensouple, *prov.* ensouble, *sard.* issulos *et* insubros, *hisp.* enjullo, *raet.* sughel *i. q. 'iugum textorium'; val.* sul *i. q. 'cylindrus'. R.*] *nomen cuiusdam partis iugi textorii* (*cf. Blümner, Technol. I² 150*).

insūcātio, -ōnis *f.* *ab* insucare. *i. q. actus insucandi, madefaciendi*: PS. SORAN. epit. 64 manibus calidis et mollibus lanis et pressis in oleo dulci et calido leniori oportebit dolore (lenire ... dolorem *?*), si interdum etiam -bus eorundem locorum.

insuccessibilis, -e. *ab* in *et* succedere. *i. q. successore carens*: RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 47, 16 -ia regni sceptra (*gr. I 1, 5 p. 130, 25* ἀδιάδοχα, *cf. I 5 p. 354, 12* sine ... successore regni sceptra).

insūc(c)idus, -a, -um. *ab* in *et* suc(c)idus. *i. q. non sucidus, aridus*: PS. AVG. serm. 7, 1 marcida membra *Sarae* ... pueritiae rubore viruerunt et -succido tepore veterascens iam corpus non tanquam concubitus, sed promissio vegetabat.

insūc(c)o, (-āvī), -ātum, -āre. *ab* in *et* suc(c)us. *i. q. suco implere, madefacere, umidare*: COLVM. 7, 4, 5 lana ... vino ... et oleo -anda (7, 5, 18. *cf.* 9, 13, 5 uvae passae ... austero vino -tae [insucae *SA*]). CAEL. AVR. acut. 3, 8, 77 pane -to ex ... mulso.

deriv.: insucatio.

? **insūcus,** -a, -um *var. l. pro* -atus *l. 78.* Sz.

insūdo, -āvī, -āre. *ab* in *et* sudare. GLOSS. -andum sudore quaerendum. *inde ab* HOR., CELSO. [*var. l. dub. pro*: sudare: CELS. 1, 4, 2 (*V*). AVG. serm. coll. Morin p. 364, 7 sub onere peccatorum

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nostrorum -antes (*B, cf. etiam l. 13*; sudantes *V Mai, cf. infra*: sudatis). adsudare: CLAVD. 24, 364 (*v. vol. II 906, 62*).]

1 *intransit.*: **a** *proprie i. q. sudorem emittere*: HOR. sat. 1, 4, 72 libellos, quīs manus -et volgi. CELS. 1, 3, 10 ei, qui perfrixit, opus est in balineo ... involuto sedere, donec -et (3, 22, 5. 6, 6, 34. CHIRON 320 [sudent *Veg. mulom. 2, 88, 8*]). 1, 4, 2 in tepidario -are. 2, 2, 2 corpus ... circa partes aliquas ... -at (2, 3, 2. 2, 5, 2 [*suppl. I*]. 2, 7, 8. 3, 19, 3). 2, 17, 8 vestimentis involvendus est, ut ... -et (CHIRON 296 [*trad.* uti sudent, *quod def. Grevander, Unters. 72, 1, sed* uti *Oder non affert in indice*; ut sudent *Veg. mulom. 2, 12, 7*]. 319 [*trad.* aut]. 417 [sudet *Veg. mulom. 2, 122, 2*]). 4, 2, 9 exerceatur, -et *eqs.* *in imag.*: GREG. M. moral. 2, 75 p. 591B sub magno cordis sui pondere vehementer -at (*cf. l. 1*).

b *latius et translate c. vi incumbendi*: *α c. dat.*: CALP. ecl. 5, 10 iam ... potes -are labori (EPIST. pontif. 1056 Conc.S IV 2 p. 119, 1 duris contradictionum l. CASSIOD. var. 5, 4, 4 advocationis. GREG. M. in Ezech. 1, 10, 16 terrenis [*pendet* ut, *cf. infra l. 37*]. moral. 25, 32 p. 342C amplius). FVLG. Theb. p. 184, 26 saecularibus scientiis. PELAG. epist. ad Demetr. 1 p. 16C (*inde* AVG. grat. Christ. 37, 40, *cf.* CAES. AREL. epist. ad virg. 1, 1 p. 130, 15) proposito -emus operi (SALON. in prov. p. 982D virtutibus et bonis o. [GREG. M. in euang. 13, 1 p. 1123D]. CIL X 6850/1 [= INSCR. christ. Diehl 35], 8 o. iniuncto naviter). COD. Theod. 8, 4, 28, 1 qui ... strenue susceptis armis -verit (*an abl. absol.?*). COD. Iust. 12, 35, 15 pr. (*a. 458*) milites ... solis debent publicis utilitatibus occupari nec agrorum cultui (*eqs.*) ... -are. CASSIOD. var. praef. 7 velut mediocribus fascibus -anti. 2, 31 publicis ... utilitatibus (GREG. M. epist. 8, 16 p. 18, 8 ecclesiasticis). 8, 18, 1 forensibus negotiis. GREG. M. dial. 2, 8 p. 95, 7 M. sacrificiis sacrilegis. epist. 5, 53a, 2 p. 355, 33 paulo diutius contemplationis latitudini ac moralitatis -o. in euang. 17, 8 contra peccata ... vel orationis studio vel praedicationis. moral. 29, 66 p. 514C periculis ac adversitatibus. 31, 20 p. 584D defendendis patrimoniis. *β nude*: STAT. silv. 3, 1, 126 *Hercules* -at validaque solum ... bipenni ... fodit. EVSEB. EMES. serm. 3, 5 quid ... laboro ...? quid -o? GREG. M. moral. 2, 23 p. 567A *deo* cotidie serviens -bas. *γ c. struct. variis*: SYMM. or. 3, 3 pro senibus puer dimica[n]s, pro liberis nostris aequaevus -as (CASSIOD. var. 2, 5, 2). LEONT. epist. pontif. Thiel Hil. 5, 2 fortiter sanctitati tuae -andum et anhelandum est, ut ... perducas (*v. etiam l. 17*). GREG. M. epist. 11, 39 p. 312, 10 in spiritalis operis studio ... multiplicius (moral. 16, 57 p. 1149A in huius mundi laboribus). *v. et l. 30.*

2 *transit. i. q. sudando indere*: **a** *proprie res liquidas*: AVG. gen. ad litt. imperf. p. 492, 20 terram imbribus madefactam antris ... instillare atque -are tantum, quantum ... erumpat in fontes. FVLG. myth. 2, 16 nocturni roris humor, quem vaporea (*?, v. app. crit.*; aporria *Heraeus*) siderum ... animandis herbarum sucis -ant. **b** *translate rem labore effectam*: BOETH. diff. top. 1 p. 1173D M. Tullii topicis lucem plenae expositionis -vimus.

īnsūdum ἄνυδρον, ἄβροχον GLOSS.L II Philox. IN 560. *ab* in *et* sudus.

īnsuēfactus, -a, -um. *cf. c.* 1. insuesco *et* assuefactus, consuefactus; *v. Skutsch, Kl. Schr. 290.* *fere i. q. assuefactus*: CAES. Gall. 4, 24, 3 cum illi ... notissimis locis ... equos -os incitarent.

[**īnsuēs** (*Goetz dubitanter in indice*, inserens *trad.*, insolens *Lindsay*): insolitus GLOSS. IV 98, 5 = GLOSS.L III Abol. IN 191.]

Ⓒ *multitudinis propriis (iuxta ipsum nomen -ae l. 3. 7. 13; de Fortunatis v. p. 2035, 14):* CATVLL. 4, 7 Cycladas (CAES. civ. 3, 3, 1 LIV. 34, 26, 11. VITR. 7, 7, 3 -ae Cycladi Melo. *al.*). CIC. nat. deor. 3, 55 -as propter Siciliam, quae Volcaniae nominabantur (PLIN. nat. 3, 92 SERV. Aen. 1, 52. *cf.* LIV. 21, 49, 2 ad -am Vulcani [21, 51, 3 -as]). VARRO frg. Non. p. 552, 22 Aegatis (NEP. Ham. 1, 3 LIV. 21, 10, 7. *al.*). rust. 3, 5, 7 in -is Pontiis, Palmariae, Pandateriae (PLIN. nat. 32, 154. SVET. Tib. 54, 2 *sing.*). BELL. Afr. 23, 3 Baleares (LIV. 22, 20, 9. *al. sing.*: LIV. perioch. 28 a minore Baleari -a [Balearium *Liv. 28, 37, 8. cf.* CIL II 4538]. SVET. Galba 10, 1. *more p. 2037, 77 illustrato:* PLIN. nat. 8, 217 Baliarum [Balearibus *edd. vett.*] -is). CVRT. 4, 5, 14 -as inter Achaiam atque Asiam. MELA 3, 99 Gorgades. PLIN. nat. 2, 238 Hiera -a Aeolia (*v. vol. I 990, 24sqq.*). 6, 201 Hesperidum (MART. CAP. 6, 702 ISID. orig. 14, 6, 10). *al.*

β nude significantur (fere nom. propr.): -a *Syracusana (v. p. 2037, 60):* CIC. Verr. II 4, 117 pars oppidi, quae appellatur -a. 4, 118 *quattuor urbium, ex quibus Syracusae constant,* una est . . . -a (*describitur*). *al.* LIV. 24, 21, 6 et -am et arcem. 24, 22, 4 portas -ae. 25, 24, 8 ab -a, quam ipsi Nasson vocant. *al.* -a *Tiberina (v. p. 2037, 61):* FAST. ann. Iul. Esquil. Febr. 13 (CIL I² p. 210). Praen. Ian. 1 (*ibid.* p. 231). Amitern. Dec. 8 (*ibid.* p. 245). OV. met. 15, 740 -a nomen habet. fast. 1, 292. 2, 194 LIV. 33, 42, 10. 34, 53, 7 PAVL. FEST. p. 110 PLIN. nat. 29, 16 CIL VI 33864. -a *Rhodano et Isara (?) effecta (cf. Polyb. 3, 49, 5 τὴν καλουμένην Νῆσον):* LIV. 21, 31, 4 ad -am pervenit *eqs.* -ae *Graecae provinciam efficientes (v. Marquardt, Staatsverw. I² 348sq.):* RVF. FEST. 10 sub Vespasiano . . . -arum provincia facta est (CIL III 450 [*a. 292/305*] praes(es) p. insul. [7162]. AVELL. p. 714, 28). COD. Theod. 13, 5, 32 (= Iust. 11, 2, 4) -arum praeside (COD. Iust. 3, 22, 5 tit. [*a. 294*]). NOVELL. Iust. 8 not. 34 a iudice -arum.

B ***laxius*** *in script. sacris per hebraismum sec. 'ī' de qualibet ora maritima (fere plur.; script. ecclesiastici passim allegorice interpretantur, cf. etiam* HIER. epist. 7, 3, 1 inter minaces saeculi fluctus in tuto -ae, hoc est ecclesiae gremio): ITALA gen. 10, 5 (Aug. civ. 16, 3 p. 128, 17 D. = VVLG.) segregatae sunt -ae gentium (nationum *Ambr. Noe 33, 124. al.*) in terra sua (10, 32 [Aug. *l. c.* p. 128, 12; *Vulg.* gentes. *cf.* COMM. apol. 169 per -as terrae]. *al.*). psalm. 71, 10 (Veron. *al.* = VVLG.) reges Tharsis et -ae munera offerent (CASSIOD. *ad l.*: -ae . . . sunt, qui circumfluentia mundi vitia a suis corporibus excluserunt *eqs.*). 96, 1 (*ibid.*) iucundentur -ae multae (EVCHER. form. 3 p. 21, 13 *ad l.*: -ae animae vel ecclesiae dei, quae diversis temptationum tunduntur fluctibus). I Macc. 6, 29 (rec. L, *cf.* B *et* VVLG.) de regnis aliis et de -is (et *add. cod. X, Vulg.*) maritimis venerunt (*cf.* -ae maris: 14, 5 *et* 15, 1 [recc. LXB = VVLG.]. VVLG. Is. 11, 11 [HIER. *ad l.* p. 150ᶜ occidentalem plagam significat, quae Oceani ambitu clauditur. *v. vol. VIII 386, 52sqq.*]. *al.*). VVLG. Sirach 47, 17 ad -as longe (Is. 66, 19 [HIER. *ad l.* p. 670ᴬ vel totius orbis gentes vel ecclesias in toto orbe dispersas]. *cf.* 49, 1 audite -ae et attendite populi de longe [*v.* HIER. *ad l.* p. 464ᴬ]. Ier. 31, 10 [*v.* IREN. 5, 34, 3 *ad l.*]). Is. 20, 6 habitator -ae huius (HIER. *ad l.* p. 260ᴬ id est saeculi. *cf.* 23, 2. 6 *et v. l. 53*). 40, 15 ecce gentes . . ., ecce -ae (41, 1 -ae et g. [HIER. *ad l.* p. 412ᴰ g., id est -ae]). 41, 5 (*gr. ἔθνη, Hier. ad l.* p. 412ᴰ gentes. *item* 42, 4 [*v.* HIER. *ad l.* p. 442ᶜ]). 59, 18 (HIER. *ad l.* p. 582ᴰ urbes Iudaeas significat; nam et supra habitatoribus -ae, id est Ierusalem dominus loquitur). *al.*

II *i. q.* ***aedes conducticiae*** *fere altius eminentes (olim de aedibus circumitu cinctis dictum fuisse affirmat* PAVL. FEST. *p. 2033, 69 a similitudine terrarum in aquis eminentium, cf. l. 67 cum p. 2035, 1sqq.; ad rem cf. Wotschitzky, Serta phil. Aenipontana 7/8, 1961, 363 sqq.):*

A *accedunt iuxta posita (de partibus v. sub B):* **1** *varia: possessiones:* CIC. fin. 2, 83 fundos et -as amicis anteponamus (PETRON. 71, 2 Philargyro . . . fundum lego . . ., Carioni . . -am [*cf.* IAVOL. dig. 28, 5, 11]. MART. 4, 37, 4). PROC. dig. 8, 2, 13 pr. qui habet post horrea mea -am, balnearia fecit secundum parietem communem (PAVL. dig. 1, 15, 3, 2. 19, 2, 56. OROS. hist. 7, 7, 5 horrea . . . magnaeque illae veterum -ae). SVET. Nero 11, 2 naves, -ae, agri (VLP. dig. 43, 8, 2, 3 *publicus locus secundum Labeonem pertinet* et ad areas et ad -as et ad agros *eqs.*). TERT. cult. fem. 1, 9 l. 20 saltus et -as. *montes, muri:* AMM. 29, 6, 18 montes soli et quidquid -arum celsius eminebat, a praesenti metu (*sc. inundatione Tiberis*) defendebatur. 31, 16, 7 murorum ambitum -arumque spatiis inmensis oblongum (*cf.* AVG. serm. 81, 9 de excelsis -is et amplissimis moenibus). **2** domus *sim.* (*cf. p. 2033, 75; pro parte -ae p. 2039, 10; idem atque -a significare dicitur p. 2033, 74, cf. p. 2039, 1. al.*): VERG. (?) catal. 10, 7 Tryphonis . . . domum . . . nobilem -amve Caeruli. SEN. benef. 6, 15, 7 labentem domum . . . et agentem ex imo rimas -am. TAC. ann. 6, 45, 1 exsolutis domuum et -arum pretiis. 15, 41, 1 domuum et -arum et templorum. 15, 43, 2. SVET. Nero 16, 1 ut ante -as ac domos porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur. 38, 2 praeter immensum numerum -arum domus priscorum ducum arserunt. PAPIN. dig. 32, 91, 6 -am . . . iniunctam domui (*cf.* VLP. dig. 39, 2, 15, 14 -a adiacens domui). TERT. idol. 8 p. 37, 18 quot templa et aedes . . . aedificantur ? domus vero et praetoria et balnea et -ae quantae ? CAPITOL. Pius 9, 1 PS. SEN. epist. Paul. 11 CVRIOS. urb. p. 105, 2 N. *cf.* SVET. Iul. 41, 3 inquilinos privatarum aedium atque -arum.

B *exempla generalia:* CIC. Cael. 17 intellego P. Clodi -am esse venalem, cuius hic *Caelius* in aediculis habitat decem . . . milibus (*18*

[González-Haba]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

domum). off. 3, 66 Claudius *Centumalus* proscripsit -am [vendidit], emit P. Calpurnius Lanarius (*ibid.* aedes). Att. 15, 17, 1 merces -arum (LABEO dig. 19, 1, 53 pr. [*infra*: quanti -a locata est]). 16, 1, 5 fructum -arum (*cf.* IAVOL. dig. 7, 1, 53 usus fructus [*ICTi saepe.* CIL VI 10248 *seq.* reditu]). ALF. dig. 18, 6, 12 si vendita -a combusta esset. *ibid.* in -a custodienda. 19, 2, 30 pr. qui -am triginta conduxerat, singula caenacula ita conduxit, ut *eqs.* (SCAEV. dig. 33, 7, 7 -a, in qua caenaculum fuit. CIL IV 138 -a Arriana Polliana Cn. AlleI NigidI Mai, locantur . . . tabernae cum pergulis suis et cenacula equestria [*v. vol. V 2, 717, 82*] et domus. VI 29791 in his praedis -a Sertoriana . . . cinacula . . . tabernas). *ibid.* dominus -ae (SVET. Iul. 41, 3 Tib. 48, 1 DIG. *saepe.* COD. Iust. 4, 65, 3 [*a. 214*] *seq.* domum). VITR. 1, 6, 8 convertendae sunt ab regionibus ventorum directiones vicorum, uti advenientes ad angulos -arum frangantur *eqs.* 2, 9, 16 in subgrundiis circum -as (*infra*: aedificia). SEN. dial. 5, 35, 5 parietes -arum exesos *eqs.* nat. 2, 14, 2. 6, 32, 5 -arum cadentium fragor (*cf.* AFRIC. dig. 7, 1, 36 pr. -am ibi [*sc. in area*] aedificavit: ea . . . decidit vel deusta est *eqs.*). PETRON. 95, 3 non viduae hanc -am esse, sed M. Mannicii. 96, 4 procurator -ae Bargates. TAC. hist. 1, 86, 2. ann. 15, 43, 1 cohibita . . . aedificiorum altitudine ac patefactis areis additisque porticibus, quae frontem -arum protegerent (CIL II 3428 -is emptis cryptam et porticum . . . fecit. *adde p. 2038, 76*). DIG. *passim* (*v. Vocab. iurispr. Rom. s. v.*). GELL. 15, 1, 2 -am . . . multis arduisque tabulatis editam (*infra*: domus. TERT. adv. Val. 7 p. 184, 1 -am Feliculam credas tanta tabulata caelorum [*cf.* CVRIOS. urb. p. 88, 11 N. -am Felicles]). SCHOL. Iuv. 3, 269 ('quod spatium tectis sublimibus') quanto in excelso sunt -ae vel quemadmodum coniunctae. CIL IV 4429 M. Iuni -a sum. VI 67 in tut(elam) -(ae) Bolan⟨. . .⟩. 1682 corporis corariorum -as. 3973 Helenus Liviae ad insul. (9383 exactor ad -as. *cf.* XIV 2769 supra -as). 8511 heroum maceria cinctum cum superficio -ae comparavit. 9824 popa de -a Q. Critoni. 10250 -am Eucarpianam. 33893 oficinator -e Vitaliane. INSCR. NSc. 1933 p. 510 (*Romae*) -a Eutychetis. *al.*

appendix ad II de -is nomine proprio distinctis (cf. Gall, RE IX 1594sq.; dub., an huc pertineat p. 2034, 5): accedit gen. l. 18. 25. 27. 28. 30. 32. p. 2038, 72. 83, adi. l. 8. 10. 24. 31 bis; supplementum ambiguum est l. 28.

deriv.: insulanus, insularis, insularius, 1. insulatus, insulosus.

compos.: paeninsula (*v. p. 2034, 47*).

[**īnsulāneus** *v. l. 41. 50.*]

īnsulānus, -a, -um. *ab* insula. GLOSS.[L] II Philox. IN 562 insulan[e]us νησ⟨ι⟩ώτης. 563 -i νησιῶται. [*falsa var. l. infra l. 68. dub.*: Ps. HIER. epist. 37, 1 miror . . . attonitus, cur stillicidium -i rivuli dignemini haurire (*cf. in fine epistulae*: stillantis liquoris).]

1 *subst.* -us *i. q. incola insulae*: CIC. nat. deor. 3, 45 Astypalenses -i. EXC. barb. p. 272, 1 Fr. -os . . . dimisit liberos *Alexander*.

2 *adi. fere i. q. ad insulam pertinens*: **a** *generatim*: PANEG. 2, 23, 3 pauci homines et -i. SERV. Aen. 6, 618 (*inde* MYTHOGR. 1, 205. 2, 109) *Phlegyae* secundum Euphorionem populi -i fuerunt (8, 725 Carae). **b** *spectat ad insulas monachorum* (*cf. p. 2035, 43*): MAX. epist. Migne suppl. 1, 1094 Danihelem . . . -ae (-eae *Reifferscheid e cod. Cas.*) solitudinis tantummodo possessorem . . . pretiosi gregis idoneum ducem . . . transmisi. ITIN. Eucher. p. 125, 1 Fausto presbytero -o. EVCHER. instr. 1 praef. p. 66, 3 Hilarii tunc -i tironis, sed iam nunc summi pontificis. SIDON. epist. 9, 3, 4 precum. FAVST. REI. epist. 8 p. 210, 6 perfectam magni alicuius monasterii scholam vel certe -am angelicae congregationis militiam. Ps. EVSEB. GALLIC. hom. p. 655[G] -o illo stadio. VITA Fulg. p. 67, 5 L. monachos.

cf. Onom.

īnsulāris, -e. *ab* insula. *adamat* AMM., *cf.* insulosus. [*dub. vel falso trad.*: PRIAP. 32, 13 (*def. Buchheit, Stud. 139 sqq.*; insularius *Burman*). POMPON. dig. 18, 1, 20 *F.*] *fere i. q. ad insulam pertinens*: AMM. 14, 5, 3 -i solitudine damnabatur *adversarius* (*cf.* 15, 7, 2 -i poena multavit. 26, 10, 7 supplicio -i. *v. p. 2035, 19*). 15, 11, 3 *amnes* post circumclausum ambitu -i Parisiorum castellum, Luticiam nomine, consociati (24, 2, 9 civitatem . . . a. -i circumvallatam *sc. Euphrate. cf.* 23, 5, 1 moenia . . . ambiunt flumina velut spatium -e fingentes). 17, 13, 4 -em anfractum . . . ambiens *Danubius*. 22, 8, 10 velut -is circuitus litorea navigatio. GILD. Brit. 33 chron. III p. 44, 24 -is (-e *D*, insulane *A*) draco. CASSIOD. var. 12, 24, 3 (*de loco inundato*) qui nunc terrestris, modo cernitur -is.

***īnsulārius**, -ī *m.* *ab* insula. *scribitur* is- CIL VI 6299. *notatur* ins (CIL IV 7766 VI 6215), insul (CIL VI 4446. 5857. *al.*), insula (*ibid.* 8856), insular (*ibid.* 6217). NOT. Tir. 42, 51. GLOSS. ἐνοικολόγος. vilicus. [*e coni. dub.*: PRIAP. 32, 13 (*v. l. 60*). IVST. 32, 2, 2 (*Buecheler, Kl. Schr. I 340*).]

i. q. custos insulae, sc. aedium conducticiarum (*vulgo inquilini intelleguntur l. 79. 83. al. vix recte*): ALF. dig. 50, 16, 203 (*de servis*) dispensatores, -i, vilici, atrienses, textores *eqs.* PETRON. 95, 8 coctores -ique (*v. Heraeus, Kl. Schr. 96*). POMPON. dig. 7, 8, 16, 1 dominus proprietatis . . . fundum vel aedes per saltuarium vel -um custodire potest. 50, 16, 166 pr. non multum abest a vilico -us: ⟨-us⟩ autem urbanorum *servorum* numero est. VLP. dig. 1, 15, 4 imperatores Severus et Antoninus . . . ita rescripserunt: '-os et eos, qui neglegenter ignes apud se habuerint, potes fustibus . . . caedi iubere *eqs.*' 14, 3, 5, 1 Servius . . . ait, si quid cum -o gestum sit vel eo, quem quis aedificio praeposuit vel frumento coemendo, in solidum eum teneri. CIL IV 7766 Veientonem Satrium ins. rogamus aed(ilem) (*cf. della Corte ad l.*). VI 3974. 4347 M. Antonius Felix -us. 4446 Sabinus Messallae insul. 5857. 6217 curatores Musaeus . . . , Eros insular. dec. (33863 Quintio -us decurio). 6299 Eros isularius ex horteis Pompeia(nis). 8855 ⟨Au⟩gusti lib. Daphnus praepos. -orum. 8856 Papia Ti. Caesaris ser. insula. *al.*

1. īnsulātus, -a, -um. *ab* insula. *i. q. in insulam redactus*: APVL. mund. 34 quae *regiones* prius fuerint continentes, hospitibus atque advenis fluctibus -as, alias desidia maris pedestri accessu pervias factas (*gr. p. 400 a 27* ἠπείρους ἐθαλάττωσαν *sc.* ἐπιδρομαὶ κυμάτων).

2. īnsulātus *v. p. 1824, 11.* *González-Haba.*

īnsulcātio, -ōnis *f.* *ab* insulcare. *i. q. actio insulcandi sive status sulcando effectus*: IVL. VAL. 1, 24 *vicis* flumina . . . intererrabant . . . , sicuti nunc etiam ad memoriam veteris -is datur visere (*cf. Hist. Alex. M. I p. 29, 1 Kr.* διεκδρομαὶ ἀναπερραγμέναι).

īnsulco, -āre. *ab* in *et* sulcare. NOT. Tir. 95, 85 -at (*post* sulcat). GLOSS. V 504, 40 -at infert (*an falso pro* inculcat?). [*it. dial.* insolcare. *R.*]

i. q. sulcando insecare sim.: GREG. M. moral. 32, 24 alios *martyres* armata ferro -ans ungula carpsit (*enumerantur poenae martyrum*).

deriv.: insulcatio.

īnsulenter *v.* insolenter. **īnsulio** *v. p. 1910, 6.* *W.*

īnsulōsus, -a, -um. *ab* insula. *i. q. insulis abundans* (*ap.* AMM., *cf.* insularis): AMM. 22, 8, 2 *mare Aegaeum* per Sporadas est -um (-sol- *V*) atque Cycladas. 23, 6, 10 -um et celebre Persicum . . . mare. *González-Haba.*

īnsulsē *v. p. 2041, 61.*

īnsulsitās, -ātis *f.* *ab* 1. insulsus. *i. q. status absurdus, ineptus, stultitia*: 1 *usu communi*: CIC. Rab. Post. 36 nostis -em Graecorum. de orat. 2, 217 *de facetiis Graecorum disputantes* sic insulsi exstiterunt, ut nihil aliud eorum nisi ipsa -s rideatur. Brut. 284 *orator Atticus* -em . . . et insolentiam tanquam insaniam quandam orationis odit (*opp.* sanitatem . . . et integritatem. *cf. antea*: qui nec inepte dicunt nec odiose nec putide). Att. 5, 11, 1 (*Athenis*) non dici potest, . . . quam vix harum rerum -em feram. QVINT. inst. 5, 13, 38 *reprehensio* inscitiae rerum verborumque et -is etiam, qualis in Antonium est. AVR. VICT. Caes. 40, 12 si a doctis pectoribus proficiscerentur neque -e offenderent, haud dubie praecipua haberentur *naturae beneficia.* *de domo -em domini indicante*: CIC. Att. 13, 29, 2 (1) in villa, cuius -em bene noram. 2 *significantius c. respectu enormitatis*: SCHOL. Cic. Bob. p. 145, 13 notare voluit -em cervicum eius *Vatinii*: inmodicum fuisse corpulentas traditur. p. 166, 23 nimiam Laterensis et inmoderatam contumeliosae audaciae -em (*infra*: inmodica et ab inpudentiae temeritate venientia).

īnsulsor, (-ārī). *ab* 1. insulsus, *cf.* (in)fatuari. GLOSS. II 257, 59 βλαροῦμαι -or (*cf. 374, 46* fatuor *et v. l. 66*).

1. ***īnsulsus**, -a, -um. *ab* in *et* salsus. *de orig.*: VEL. gramm. VII 67, 12 fit . . . a salso -us ([insalsus *var. l.*]. *sim.*: PRISC. gramm. II 25, 12 GRAMM. suppl. 85, 33). *de scriptura et formis*: -sals-: *l. 49. 67. 78.* -sult-: GLOSS. *compar. inde a* QVINT. *et* GELL. *p. 2041, 44.* TERT. *p. 2041, 57; superl. inde a* CATVLLO *p. 2041, 19.* PRIAP. *p. 2041, 10.* PETRON. *p. 2041, 20, cf.* -us admodum *sim. p. 2041, 6. 26. 38. 40,* male *p. 2041, 21,* impudenter *p. 2041, 27.* NOT. Tir. 90, 31 -um. *de notione* (*cf. p. 2041, 39. 52*): VARRO ling. 8, 62 non salsum -um. QVINT. inst. 6, 3, 19 salsum . . . erit, quod non erit -um. NON. p. 33, 12 '-um', proprie fatuum, quasi sine sale. p. 150, 11 'perperos', indoctos, stultos, rudis, -os, mendaces. DON. Ter. Eun. 1079, 2 (*v. p. 2041, 15*) '-us' sine sale et sapientia, aut sine saltu ac facilitate. 7 'fatuus est' verbis ac dictis, '-us' corde atque animo (*cf.* 10 sunt qui 'f.' animo putent, '-um' dictis, sed male). 9 '-um' qui non sit salax et cupidus coitus. HIER. in Ezech. 16, 4/5 p. 127[D] vulgo sapientes salsi et stulti vocantur -i. hom. Orig. in Ezech. 6, 6 p. 383, 28 in communi proverbio salsus dicitur gratiosus et e contrario -us, qui non habet 'gratiam'. SYNON. Cic. p. 427, 30 ineptus. -us. absurdus. abhorrens. GLOSS. ἄναλος. ἀνόητος. ἄχαρις ὁ μὴ ἔχων χάριν. βλαρός (*cf. supra l. 47*). ἄστομος. insalsus ἀβέλτερος. *legitur inde a* PLAVTO, TER., LVCIL., CIC. [*it. dial.* sulso, *raet.* insus, *hisp.* soso, *port.* ensosso. *R.*] [*confund. in codd. c.* insuetus, inconsultus *p. 2041, 36. 46,* invisus *p. 2041, 51,* insipidus EPIPHAN. in euang. 16 p. 12, 10. *dub. vel falso trad.*: GLOSS. III 492, 66 (*v.* GLOSS. in salsum). V 496, 70.]

I *proprie vel in imagine i. q. sale carens, sale non conditus* (*cf. p. 2041, 5*): **A** *usu profano*: COLVM. 2, 9, 10 amurga -a (5, 9, 14 [*Schneider*, in singulis *codd.*]. 5, 9, 16. 11, 2, 29 PALLAD. 3, 8. *al.*). HIER. epist. 22, 40, 5 si cibus -ior fuerit. PLIN. VAL. 2, 30 butyri -i. *n. pro subst.*: VVLG. Iob 6, 6 poterit comedi -um, quod non est sale conditum? (*Hier. interpr. Iob* sine sale . . . panis). **B** *usu christiano*: ITALA Marc. 9, 50 (cod. a *al.* = VVLG.) quodsi sal -um (insalsum *gat., Vulg. var. l.*) fuerit, in quo illud condietis? (*gr.* ἄναλον. *cf. Matth. 5, 13*). *inde pendent*: CHROMAT. in Matth. 4, 1, 3 *terram corporis nostri* dudum insipientem ac sensu vanitatis -am euangelicae praedicationis sapientia salierunt *apostoli*. 4, 3, 4 fide . . . condire -a corda credentium. ORIG. in Matth. ser. 37 p. 70, 4 postquam . . . infatuati fuerint ipsi sales, tunc . . . et ea quae saliebantur ab eis sicut -a infatuantur.

[*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *translate i. q. acumine egens, absurdus, fatuus, ineptus, stultus sim.* (*in fig. litot. l. 14. 19. 51. 54. 55, cf. p. 2040, 56; accedit* verbis, animo *sim. l. 52. p. 2040, 60, cf. p. 2040, 81*): A *generatim*: 1 *de animantibus, animo* (*per enallagen v. l. 32 sqq.*): **a** *in lusu verborum c. not. propria*: PLAVT. Poen. 246 *muriatica* salsa sunt . . .; item nos sumus . . . -ae admodum et invenusta[t]e sine munditia et sumptu. Pseud. 794 coquom . . . -um (*D*³, sin sulsum *cett., deficit A*) inutilem. Rud. 517 (*ad naufragum*) te ex -o salsum feci. CIC. Att. 13, 31, 4 o gulam -am (*i. hominem edacem, cf. vol. VI 2, 2357, 14*). PRIAP. 10, 1 -issima quid puella rides? . . . nimirum tibi salsa res videtur adstans inguinibus columna nostris. TERT. anim. 32, 1 Empedocles . . . 'thamnus et piscis fui,' inquit; cur non magis et pepo, tam -us, et chamaeleon, tam inflatus? *cf. p. 2040, 73 sqq.* **b** *usu vario*: PLAVT. Mil. 1071 non -um huic (*Ritschl*, non hoc -um hinc *codd.*) ingenium. TER. Eun. 1079 fatuos est, -us, tardus, stertit noctes et dies (*v. p. 2040, 58*). LVCIL. 1117 senium atque -e sophista. CIC. Cael. 69 ab . . . adulescente . . . non tam -o quam inverecundo. Att. 10, 9, 1 Philotimi — at cuius hominis, quam -i *eqs.* (fam. 12, 4, 2 Dolabella valde vituperabatur ab h. non -is. *cf.* CATVLL. 17, 12 -issimus est h., nec sapit pueri instar. PETRON. 23, 2 cinaedus, h. omnium -issimus). CATVLL. 10, 33 -a male ac molesta vivis. 37, 6 SEN. epist. 40, 10. PETRON. 53, 11 baro -issimus. MART. 12, 55, 2 gratis qui dare vos iubet, puellae, -issimus improbissimusque est. TERT. resurr. 6 p. 33, 27 *bestiae* -issimae (*i. elephanti*). LVCIF. Athan. 2, 18 p. 181, 11 -issime rex. moriend. 6 p. 297, 10 Constanti . . . imperator, semper -issime. non parc. 1 p. 209, 24 populo. 21 p. 255, 1 multum te -um ostendes. AVG. doctr. christ. 1, 9, 9 nemo est . . . tam impudenter -us, qui dicat (*cf.* quaest. hept. 5, 54 p. 414, 20). epist. 143, 3 p. 253, 4 *moriones* absurdi et -i. EPIST. pontif. 885 Conc.ˢ IV 2 p. 209, 13 sicut Nestorius sentit -us. IOH. MED. (?) Ps. Chrysost. hom. I 867ᴰ -as quinque virgines (*cf. Vulg. Matth. 25, 2* fatuae, *gr.* μωραί). 938ᴬ duri et -i (*subst. ut*: 949ᴰ insipientes, -os, iracundos *eqs.*). CORIPP. Ioh. 4, 223. *per enallagen*: IVV. 6, 658 Tyndaris illa bipennem -am et fatuam . . . tenebat. PRVD. ham. praef. 28 ille mortis inchoator rusticus (*i. Cain*) -a terrae deferens libamina.

2 *de rebus*: **a** *c. subst.*: CIC. Att. 4, 1, 6 more hoc -o (insueto, in consulto *sim. varr. ll.*) et novo. ad Q. fr. 2, 9 (8), 1 mea factum est -a verecundia. PLANC. Cic. fam. 10, 24, 6 efflagitatione. GELL. 9, 10, 5 -a nimis et odiosa scrutatione. PRVD. c. Symm. 1, 213 -um tenuit . . . credulus usum (SCHOL.: stultum). AVG. civ. 1, 27 p. 43, 6 D. perversitas. CONC.ˢ I 3 Rustic. p. 13, 13 quomodo . . . non est -a valde haec res? (*vers. Tur.* valde levis, *gr.* εὐήθες λίαν). SIDON. epist. 9, 11, 5 -ae lectionis verbis inanibus. ORIG. in Matth. 16, 16 p. 527, 10 sermo. **b** -um est *sim.*: PHAEDR. 4, 7, 17 hoc quoque -um est . . . falsoque dictum. QVINT. inst. 6, 3, 26 nihil . . . est . . . -ius ([*opp.* salsa]. GELL. 16, 12, 6. *cf.* AVG. gen. ad litt. 5, 22 p. 166, 21 quid . . . absurdius, quid -ius [incsultius *S*] sentiri potest . . .?). IREN. 2, 23 (34 H.), 2 -um . . . et inconveniens est . . . dicere. AVG. c. Pelag. 2, 7, 16 p. 478, 15 quodsi absurdissimum, -issimum, dementissimum est (*seq. a. c. i.*). *al.*

B *specialiter c. respectu doctrinae vel artis*: 1 *de hominibus*: CIC. de orat. 2, 217 (*v. p. 2040, 32*). Tusc. 1, 15 Epicharmi, acuti nec -i hominis ut Siculi. PERS. 5, 9 -o (inviso *P*) . . . Glyconi *histrioni* (SCHOL.: qui sine iocis fuit aut moribus -us *eqs.*). 2 *de genere dicendi sim.* (*cf. p. 2040, 56*): CIC. de orat. 2, 259 est etiam in verbo positum non -um genus *ridiculi*. fam. 9, 16, 4 incidunt . . . in sermone vario multa, quae fortasse . . . nec inlitterata nec -a esse videantur. TAC. dial. 22, 5 *orator* fugitet foedam et -am scurrilitatem. TERT. nat. 1, 3, 8 vitium et soloecismus et -ior figura. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 9 p. 23, 1 tam -ae divisionis errore. *n. pl. pro subst.*: AVSON. 340 A p. 158, 6 P. *ut* absurda concinerent, -a resiperent, hiulca congruerent.

adv. ***insulsē,*** *superl.* -issimē. *i. q. modo insulso* (*in fig. litot. l. 63. 68. 74*): CIC. de orat. 2, 221 nonnulli ridiculi homines hoc ipsum non -e interpretantur. 2, 239 ne quid -e *dicas*. Att. 4, 18, 4 est latum hercule -e. 5, 10, 3 multa . . . in omni genere stulte, -e, adroganter et dicuntur et tacentur cottidie. 15, 4, 1 nescio quid ab eo litterularum . . .: sane -e, ut solet, nisi forte quem non ames omnia videntur -e fieri. epist. frg. V (= IV Sj.) 17 locutus -e est. MART. 7, 85, 1 non -e scribis tetrasticha (LACT. inst. 1, 11, 1). GELL. 12, 2, 6 hoc etiam addidit -issime. APVL. apol. 34 locum non minus -e quam absurde commentum. IREN. 2, 24, 5 (= 2, 36, 3 H.). DON. vita Verg. l. 172 -issime παρῳδήσας. EVTR. 7, 13, 1 *Claudius* medie imperavit, multa gerens tranquille atque moderate, quaedam crudeliter et -e. AMM. 17, 11, 1 sine modo strepentes -e. 21, 10, 8 -e . . . et leviter. AVG. gen. ad litt. 11, 21 p. 353, 9 nec -e . . . vel inerudite. c. Iulian. op. imperf. 5, 60 p. 1495 impudentissime atque -issime. *al.*

deriv.: insulsitas, insulsor. *compos.*: subinsulsus.

[2. insulsus '*sine saltu*' *v. p. 2040, 59.***]** *v. Kamptz.*

insultābilis, -e. *ab* insultare. *i. q. cui insultari potest*: ITALA prov. 11, 4 (Sangerm. 15; *add. manus secunda*) promptus . . . et -is impiorum interitus (*gr. 11, 3* ἐπίχαρτος).

insultābundus, -a, -um. *ab* insultare. *i. q. insultans*: AVG. epist. 36, 2, 3 in luxurias . . . -us invehitur. c. Iulian. 6, 12, 38 quemadmodum . . . -us obiectas. PASS. Mar. Iac. 8 in res nostras curiosus -a voce perquirit.

***insultātio,** -ōnis *f.* *ab* insultare. *plur.*: Ps. QVINT. decl. 14, 12 AVG. gen. c. Manich. 1, 1, 2 in psalm. 39, 11. 26 serm. 164, 10, 15. 254, 4, 5. 361, 13, 14 CASSIOD. in psalm. 41 concl. 136 div. DIFF. ed. Beck p. 55, 13 exultatio gaudium significat, -o malis alienis gratulari demonstrat. GLOSS. ἐπίχαρσις. *v. et l. 39.* *inde a* VAL. MAX.

i. q. actus insultandi (*verba et affectus insultantis v. l. 8*): 1 *i. q. superbia, exsultatio, irrisio sim.* (*de affectu solo adhibetur maxime l. 12. 30. 31. 32; -o fit verbis l. 13. 17. 18. 20. 24. 26. al.; in lusu verborum c.* insolentia *l. 32*): VAL. MAX. 6, 8, 4 Cassium . . . obtruncatum -i hostium subtraxit (*gen. subi. ut*: Ps. QVINT. decl. 14, 12 lupanarum. FLOR. epit. 4, 12, 36 barbarum. Ps. HIL. libell. 14 p. 87, 28 inimici. HIER. in Ezech. 26, 1 p. 241ᴮ -e eius et gaudio. AVG. serm. 280, 2, 2 illorum -o facta est nostra exsultatio. 361, 13, 14 audiens -es eorum. *al.*). PANEG. 4, 31, 5 -e interitus (*gen. obi. ut*: CLAVD. DON. Aen. 1, 360 p. 80, 2 Pygmalionis. MYTHOGR. 1, 140 p. 45, 12 Apollinis. AVG. in Gal. 56ⁱⁿ· liberationem eius *peccati* potius quam -em. OROS. apol. 6, 5 Iohannis). Ps. IVL. RVF. schem. dian. 10 p. 62, 11 amara (AVG. conf. 9, 8, 18 amarissima -e vocans 'meribibulam'). DON. Ter. Eun. 1011 maioris . . . -is est, si *eqs.* (*cf.* EVGRAPH. Ter. Eun. 1002 scaena -em continet). SERV. Aen. 3, 289 -em carminis. SCHOL. Stat. Theb. 8 argum. p. 379, 17 Thydei -o Thebanis fugientibus (*indicatur et quis insultet et cui insultetur ut*: MACR. Sat. 5, 2, 17 -o Achillis in . . . Lycaonem. ALC. AVIT. epist. 74 p. 91, 9 -em meam in vos . . . excitandam). AMBROSIAST. in I Cor. 16, 14 hortatio . . ., non -o. Ps. RVFIN. in Am. 4, 4—6 per ironiam et -em. AVG. epist. 23, 5 cum -e potius quam cum dilectione. serm. 254, 4, 5 -es, opprobria (*cf.* LEO M. serm. 68, 3 vanae -is o.[CASSIOD. in psalm. 30, 2 (1) humanae -is . . . o.]). RVSTIC. Conc.ˢ I 4 p. 81, 31 -is et illusionis. ALC. AVIT. epist. 5 p. 33, 7 -is dentem (*iuxta* invidiae nodum). CASSIOD. in psalm. 43, 14 derisus vox est confusa laetitiae -em suam immoderata hilaritate denuntians. GREG. M. moral. 16, 18 per -em laetantur. *nota*: VITAE patr. Iurens. 1, 13 p. 138, 26 cum . . . causam totius insolentiae gutturis nosset -e turgescere.

2 *i. q. motus salientis sim.*: **a** *de impetu sim. oratoris*: QVINT. inst. 8, 5, 11 epiphonematis modo non tam probatio quam extrema quasi -o.

b *de motu corporali*: SOL. 52, 20 ut elephantos . . . facillima -e transiliant. SERV. Aen. 10, 541 -e eum (*i. hostem iacentem*) . . . adumbrat. *in coitu animalium* (*cf. p. 1910, 80*): GLOSS. II 583, 39 -o vox animalium coire volentium (*i.* '*vocabulum, quod pertinet ad coitum animalium*').

insultātor, -ōris *m.* *ab* insultare. *i. q. qui insultat*: 1 *irridendo, superbiendo sim.*: TERT. paenit. 10, 4 *periculum ruboris* penes -es (*Borleffs*, insultaturos *trad.*) in risiloquio consistit (*cf.* AVG. in psalm. 90 serm. 1, 4 erubescunt inter -es). AMBROSIAST. I Cor. 4, 7 hoc quasi -es apostoli agebant (*sc. in Paulum*). AVG. c. Faust. 15, 9 p. 435, 21 imperitum -em. in psalm. 36 serm. 1, 7. 39, 16 inter . . . infideles, ineptos, -es. 41, 8 -es mei. 74, 3 non ultori, non -i. 80, 11 exagitatores, . . . -es, . . . detractores. serm. 105, 8, 11 -bus et blasphematoribus nominis christiani. 105, 9, 12 *opp.* deprecator et . . . exhortator. serm. coll. Morin p. 96, 20 *disting.* persecutorem. p. 97, 19. IOH. MED. (?) Ps. Chrysost. hom. I 943ᶜ incendens suos -es *daemon*. 2 *aggrediendo*: SCHOL. Hor. gloss. Γ epist. 1, 2, 32 '*latrones*' -es et raptores.

f. **insultātrix,** -īcis. *i. q. quae insultat* (*transl.*): HIER. in Is. 23, 1 Tyrum inimicam et -em subversionis Ierusalem.

insultātōrius, -a, -um. *ab* insultare. *i. q. insultans* (*sc. irridendo sim.*): TERT. adv. Marc. 5, 10 p. 610, 5 verbum -um de morte et triumphatorium (*ad I Cor. 15, 55* ubi est, mors, victoria? *eqs.*). AVG. in psalm. 34, 2, 11 -a laus eorum (*sc. qui Christum laudando illudebant*).

adv. **insultātōriē.** *i. q. per insultationem*: SIDON. epist. 1, 7, 2 libere queror, non -e.

insulto,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* saltare. *inter verba activa coniug. I*ᵃᵉ *affert* CHAR. gramm. p. 473, 7 B. -salt- APVL. met. 10, 31, 5, -suet- GLOSS.ᴸ I Ansil. IN 1655. *formae perf. breviores*: -asti ITALA *p. 2044, 1*, -astis HIER. in Ezech. 25, 1—7 p. 233ᴮ, -arunt AMM. 26, 3, 4 (-verunt ITALA *p. 2045, 12. al.*), -arat SIL. 10, 468 (-verat SALL. hist. frg. 2, 23 *al.*), -asset TERT. adv. Marc. 4, 42 p. 564, 12, -asse OV. trist. 2, 571 LIV. 1, 48, 2 *al.* NOT. Tir. 89, 100 -at. *de notione*: NON. p. 330, 18 -are dicitur insilire (*affert* VERG. *p. 2043, 23*). p. 330, 20 -are: iniuriosius aliquid dicere (*affert* LVCIL. *p. 2043, 76*). SYNON. Cic. p. 428, 17 invehi . . . probra iactare. -are existimationi. p. 449, 7 vellicat. violat. -at. GLOSS. -o ἐπιγαυριῶ. ἐπιχαίρω. inrido (irrideo). -at ἐπιγαυριᾷ, ἐπιχαίρει, ἐπεμβαίνει, ἐπιφύεται (-φέρ-). qui de alterius iniuria gaudet. -are ἐμπαῖξαι. contradicere. insolenter invadere. -bis insilies. *al.* *ad singulos locos v. infra.* *de usu* (*v. et p. 2045, 29*): SERV. Aen. 2, 64 'inludo tibi' . . . et 'inludo te' . . . et 'inludo in te'. simile est et '-o' (*similiter* 9, 631). *legitur inde ab* ENNIO, TER., LVCIL., RHET. Her., CIC., CATVLLO, LVCR. **[de confusione c.* exsultare *v. vol. V 2, 1947, 17 sqq.* (*ad* FVLG. serm. ant. 8 p. 114, 11 *v. ibid. p. 1949, 80*). *falso trad.* -turos *pro* insultatores *l. 43.***]**

I *intransitive* (*acced. obi. int. q. d. p. 2045, 10*): A *proprie fere i. q. saltando se (ad)movere sim.* (*comprehendi vid. notio ex-*

[W.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sultandi l. 4. 5. 7. 27. 37. 38, illudendi, contemnendi sim. l. 8. 12. 15. 19. 25. 36; subi. sunt res l. 8sqq. 29. 36): 1 *absolute* (*c. adv.* desuper *l. 8; c. abl. instr. l. 5. 6. 7. 12. 15. 19*): Enn. scaen. 127 alacris Bacchico -ans modo (Clavd. 5, 431 ruunt ad gaudia matres -antque a.). Apvl. met. 10, 31, 5 Terror et Metus nudis -antes gladiis (*cf.* Prvd. ham. 421 sagittis). Ivvenc. 2, 51 compedibus ... -are solutis ludus erat. Drac. Romul. 7, 28 plausibus -ent ... puellae. *pro subi. sunt res*: Sen. Thy. 164 poma ... desuper -ant. Cassiod. var. 7, 4, 1 ubi nec solum vox praeconis insonat, sed tubarum crepitus frequenter -at. Prisc. Lyd. solut. 3 p. 63, 10 plaga ... aut clamore -ante insilit tota *anima* corpori. *adde exempla, in quibus obi. ad duo verba trahi potest*: Lvcr. 3, 1032 contempsit equis (*abl. instr.*) -ans murmura ponti *Xerxes*. Verg. Aen. 6, 571 sontīs ... Tisiphone quatit -ans. Liv. 28, 22, 11 fideles potius ea ... absumerent manus, quam -rent superbo ludibrio hostes. Sen. Ag. 839 *Geryonen* stipite incusso fregit -ans. Flor. epit. 1, 18, 4 Romanas classes vident atque hostem rati emicant, sine discrimine -ant (et -ant *Iordanes*). Apvl. met. 2, 32, 3 fores nostras ... irruentes ac ... crebrius -antes. Clavd. carm. min. 53, 83 super -ans ... curru (*abl. instr. ?*) ... membra terit *Mars*.

2 *indicatur ubi vel quo*: a *accedente dat. vel abl.* (*casus dub. praeter l. 23. 32; adv.* hinc *l. 28, abl. instr. l. 31*): Varivs carm. frg. 3 *equum* -are docet campis (Sil. 8, 670 victrix ... belua [*i. elephanti*]. *cf.* Verg. georg. 3, 117 solo. Aen. 11, 600 fremit aequore toto -ans sonipes). Verg. georg. 4, 11 neque oves ... floribus -ent. Aen. 12, 339 caesis hostibus -ans *Turnus* (*cf.* Val. Fl. 6, 596 acervis *hostium*. Paneg. 4, 29, 5 his, quos ... hasta deiecit, -ans equus proterit). Hor. carm. 3, 3, 41 dum ... busto -et armentum. Prop. 2, 8, 20 -et ... rogis, calcet et ossa mea. Sen. Thy. 672 loco. Lvcan. 10, 538 hinc tergo -ant pedites. Sil. 1, 602 -at ... ignis culminibus. 4, 66 -asse iugo. 10, 468 -arat equo (*cf.* Mart. 5, 31, 1 iuvencis). 14, 363 pelago (*cf.* Tac. ann. 2, 8, 3 aquis. Avson. Mos. 173 vadis). Stat. Theb. 10, 877 -ans gressuque manuque molibus. Tert. anim. 32, 6 quomodo ... aeri ... -bit in aquila ...? (*sc. anima post metempsychosin*). Sol. 2, 26 ardentibus lignorum struibus. Potam. subst. 19 Migne suppl. 1, 209 quod gradibus mari[s] -at.
b *praepp.*: in *c. abl.*: Ivvenc. 4, 568 palmae in (*om. pars codd.*) malis colaphique in vertice crebri -ant. per: Avson. Mos. 182 -antes ... per freta ludere Nymphas. Pavl. Nol. carm. 25, 31 nulla per ornatas -et turba plateas.

B *translate* (*sublucente imagine e. g. l. 81. p. 2044, 8. 10, cf. p. 2042, 84*) *fere i. q. superbum vel superiorem se gerere* (*sive solo affectu sive comitantibus dictis* [*v. e. g. l. 56. p. 2044, 12. 20*] *vel factis* [*v. e. g. l. 62. p. 2044, 20*]; *expresse indicatur not. superbiae l. 54. 70. p. 2044, 33. 41. 59* [*cf. etiam l. 15*]; *iuxta* inludere [*syn. p. 2045, 15*] *sim. l. 60. p. 2044, 28. 54. 63; transit in not. exsultandi* [*iuxta pos. e. g. l. 63. p. 2044, 79, ad differentiam cf. l. 50. 53*] *sim. maxime l. 58. 65. 66. 69. 74. p. 2044, 1. 39. 40; accedit abl. instr. l. 56. 73. p. 2044, 10*): 1 *absolute* (*part. praes. pro subst. l. 62* (*bis*). *65. 66. al.*): Cic. Flacc. 38 non -bo vehementius ... neque in istum nugatorem ... invehar. Sest. 34 -bat, minabatur. Catvll. 64, 169 nimis -ans ... saeva Fors. Verg. Aen. 2, 330 victor ... Sinon incendia miscet -ans ([Serv. auct.: -are est in alienum dolorem, exsultare vero gaudere]. Ivst. 2, 10, 10 ut nec v. -verit nec victus doluerit). 10, 20 Rutuli (Serv.: -are ... est inimicis irridere per cavillationem, exsultare vero gloriari et laetum esse). Liv. 2, 45, 10 impune se -turos (25, 18, 11). 6, 23, 8 hostis ... superbiā -at (Oros. hist. 3, 9, 2 provocantis atque -antis h.). Sen. benef. 6, 4, 6 -are, gloriari, ... iactare. Val. Fl. 3, 235 talibus (*sc. verbis*). Sil. 10, 359 -ans astare ad moenia Romae. Tac. hist. 3, 65, 2 non -ans et miseranti propior. 4, 2, 3 lasciviam -antis volgi (4, 62, 4 gaudium -antis v. Greg. Tvr. Franc. 6, 8 p. 278, 10. *cf.* Cypr. laps. 28 p. 258, 9 -antis populi [Capitol. Maximin. 31, 5]). Min. Fel. 25, 6 -are et inludere. Tert. resurr. 1 p. 25, 12 sacrificat an -at ...? (*sc. blasphemando*). Cypr. patient. 7 p. 402, 10 -antium sputamina. epist. 62, 2 p. 699, 27 -antium libidinis contagione. Ivst. 9, 4, 3 (*iuxta* exultasse, *quod disting.*: Avg. serm. 290, 6, 6 -as, non exultas). Hier. in Ezech. 6, 11 p. 61[A] εὐγε, quod magis -antis est quam plangentis. in Mich. 2, 6—8 p. 1170[B] non debes -are, sed timere. Heges. 5, 6, 2 sicut moris est -antibus, clipeis concrepabant. Qvodv. (?) Aug. serm. cod. Guelf. app. 9, 5 p. 204, 132 lugendo potius ... quam -ando. Rvstic. Conc.[S] I 4 p. 82, 37 laetabatur ... flagellatus, -bat cum torqueretur, extentus ... gaudebat. Cassiod. var. 2, 27, 1 non ... -are videantur elati. Pallad. hist. mon. I 6 p. 276[B] hoc sibi quasi -ando dicebat (*gr. p. 57, 2 B.* τερετίζων). *al.* *per prosopopoeiam*: Tert. adv. Marc. 4, 42 p. 564, 12 caelum luminibus floruisset, magis sol radiis (*abl. instr.*) -asset. Ven. Fort. carm. 11, 11, 7 -ant (*i. gaudent?*) epulae stillanti germine fultae.

2 *indicatur in quem* (*quid*): a *praepp.*: in *c. acc.*: Lvcil. 914 -a miserum ... in me. Rhet. Her. 4, 39, 51 in horum miserias. Cic. Mil. 87 in hano rem publicam. nat. deor. 2, 74 in omnes. Psalt. Rom. 34, 19 ut non -ent in me (*gr.* ἐπιχαρείησαν, *Vulg.* supergaudeant, *Hier. psalt. sec. Hebr.* laetentur, Aug. *ad l.* -ent mihi). 34, 24 (= Aug. *ad l.*) ut non -ent in me (*gr. et Vulg. ut supra*, Hier. psalt. sec. Hebr. -ent mihi). Conc.[S] I 5 p. 352, 14 mors quae in vitale corpus -are ausa est (*gr. I 1, 4 p. 60, 6* ἐπιπηδῆσαι). adversus: Itala psalm. 68, 13 (Aug. in psalm. 68 serm. 1, 16) a. me -bant (*gr.* ἠδολέσχουν, *Vulg.* exercebantur). super: Itala Ezech. 25, 6 (Weing.; *cf.* Hier. *ad l.*) -asti in anima tua super terram Israhel (*gr.* ἐπέχαρας, *Vulg.* gavisa es. *explic.* Hier. *ad l.* p. 233[B] -astis et gavisi estis, quia ..., et super terram Israel, quoniam desolata est). de (*aliter infra l. 78*): Avian. fab. 7, 13 *canem ornatum* -antem ... de plebe superbum.

b *dat. vel abl.* (*certo non nisi l. 30, vergente in abl. causae, cf. infra l. 74*): α *-atur miseris, victis, invalidis sim.*: Ⓘ *eludendo, triumphando sim.*: Ⓐ *hominibus*: Cic. Verr. II 5, 132 tibi -are in calamitate. Verg. Aen. 8, 570 huic capiti (Svet. Iul. 22, 2 omnium capitibus [*dictum Caesaris ab adversario obscene detortum*]). Prop. 2, 5, 7 nec mihi tam duris -et moribus *quam Cynthia*. Ov. Pont. 4, 3, 27 iacenti ... mihi (trist. 2, 571 Clavd. 8, 112. *cf.* Hier. in Mich. 2, 6—8 p. 1169[D] cadentibus). Liv. 3, 62, 1 sibi (*i. Romanis*) ... per contumelias hostem -are (*quasi ignavis, inopibus. cf.* Stat. Theb. 10, 451 elusis ... -are Pelasgis. Amm. 24, 7, 7 -antes nobis ... Persae. Veg. mil. 3, 11 cum adversarii -are [ex- *var. l.*] coeperint his, quos non putant exituros). 5, 7, 4 ne ... tribuni plebis velut ab se victae rei publicae -rent (Val. Max. 7, 4, 1 victis. *cf.* Min. Fel. 37, 1 Christianus ... triumphator et victor ipsi, qui adversum se sententiam dixit, -at). 39, 47, 6 quam ... indigne ... sibi nec ullo suo merito -tum ab omnibus esset. Sen. suas. 6, 10 contumelias -antium Ciceroni et verbera. Val. Max. 2, 7, 12 Romano sanguini ... -are non adtinet. Sen. dial. 5, 1, 2 -ant instantque summissis. Flor. epit. 3, 15, 6 mortis reliquis (-quiis *var. l.*). Paneg. 6, 13, 1 reliquiis afflictae gentis (*cf.* Pomer. 2, 21, 2 afflictis). Capitol. Max. Bab. 14, 7 senatui et populo. Arnob. nat. 2, 45 virginibus et matrimoniis alienis (*cf.* Ps. Ambr. epist. 1, 9 -turus puellae. Avg. civ. 1, 19 p. 33, 10 D. Christianis feminis in captivitate compressis). Ivvenc. 4, 669 -at plebis fixo vesania Christo (*cf.* Avg. serm. 175, 2, 2 irridebatur, -batur ei *sc. Christo*). Amm. 25, 3, 16 dolores ... -ant ignavis. Vvlg. Tob. 2, 15 beato Iob -bant reges. Clavd. 21, 383 si ... -ret atrox famula Carthagine Maurus. 28, 198 profugo. rapt. Pros. 3, 328 -ate mihi, ... regnate superbi. Petr. Chrys. serm. 122 p. 535[A] lingua ... quae -vit pauperi. Sidon. epist. 7, 14, 7 qui mihi ... turgidi -ant. *al.* Ⓑ *rebus* (*sc. fortunae malae sim., cf. etiam l. 76 sq.*): Ov. trist. 3, 11, 1 -es qui casibus ... nostris (5, 8, 4. *cf.* Liv. 36, 29, 9 adversis rebus [Ampel. 30, 1]. Val. Max. 4, 7 ext. 2 incommodis. Stat. Theb. 2, 18 malis [Apvl. met. 7, 22, 4]. Qvint. decl. 296 p. 170, 28 fortunae [Ivst. 5, 7, 1]. Hier. adv. Rvfin. 3, 17 p. 469[B] miseriis). Val. Max. 5, 1 ext. 4 quod tanti viri ... ruinae ... effuso gaudio -ret (Hier. in Ezech. 25, 1—7 p. 233[A] r. Ierusalem templique incendio. *ibid.* p. 234[D] nimio cordis affectu). Stat. Theb. 1, 78 superbi ... -ant tenebris *Oedipodis*.

Ⓘ *contemnendo, superando sim.* (*maxime rebus adversis*): Sen. contr. 4 praef. 6 ingentis animi ... malis suis -antis. Tert. nat. 1, 18, 11 flagris mulier -vit. Amm. 14, 9, 6 temporum iniquitati. Pelag. in I Cor. 15, 55 morti (Avg. pecc. mer. 3, 11, 20 p. 147, 13. Oros. apol. 32, 10 m. atque peccato. Fvlg. Rvsp. praedest. 3, 25 p. 664[D]). Prvd. apoth. 141 -ans famulante rogo *deus* (*sc. pueros in igne illaesos servans*). Pavl. Nol. epist. 38, 1 p. 325, 3 -ans huic mundo et litteras eius ... despiciens. Petr. Chrys. serm. 122 p. 535[B] aestibus. CE 1362, 3 (= Inscr. christ. Diehl 1070 a, 3; *a. 501*) acta ... caeruleis -at vita latebris. *in comparandis rebus*: Felix Anth. 211, 1 nobilis -at Baiarum fabrica thermis (*cf. 213, 4* nova transcendunt priscas fastigia sedes).

β *-atur deis, dominis, melioribus sim.* (*sc. se extollendo*): Liv. 1, 48, 2 satis illum diu per licentiam eludentem -asse dominis. Val. Max. 5, 3 ext. 1 ne nostra confessis alienigenae urbes -ent. Sen. dial. 9, 5, 3 -verat agmini tyrannorum *Socrates*. Sil. 13, 606 duro imperio. Tert. adv. Marc. 1, 7 p. 298, 27 quanti nequam servi regum nominibus -ant ...? monog. 12, 6 *digami* -antes ... apostolo. Lact. inst. 5, 23, 2 qui ... -verint (-arint *var. l.*) ... deo superbius (mort. pers. 1, 5. *al.*). Avg. civ. 1, 1 p. 5, 16 D. petulanter et procaciter -are servis Christi. in psalm. 44, 1 -bant sancto dei calvo (Pavl. Med. vita Ambr. 16 -ari a perfidis sanctis suis). Vincent. Ler. 33, 1 memoriae sancti Caelestini (*postea* irrideat, contemnat, proculcet). Cassiod. in psalm. 78, 12 auctori. Pass. Felicit. 1 diis nostris (*i. paganorum*). *al.*

γ *-atur malis, male agentibus sim.* (*sc. invehendo, increpando*): Symm. epist. 5, 41, 2 errori. Clavd. Don. Aen. 6, 620 p. 589, 5 Phlegyas ... reis ... -ans. Hier. in Mich. 2, 6—8 p. 1170[D] ne -et generationi pristinae et aliena non sit ab opprobriis -ando. Avg. civ. 3, 31 p. 144, 1 D. indignius -ant temporibus Christianis. gen. c. Manich. 1, 13, 19 per infructuosas arbores -atur hominibus. 2, 21, 33 illi lex divina -at ore dei, qua insultatione nos admonemur *eqs.* in psalm. 48 serm. 2, 5 discipulo ... dubitanti (*Thomae*). Ioh. Maxent. Conc.[S] IV 2 p. 31, 6 nobis quasi superflua quaerentibus. *al.*

3 *indicatur causa* (*cf. part. perf. praedic. p. 2043, 74*): a *abl.* (*cf. etiam l. 5. 33*): Prop. 3, 6, 24 gaudet me ... tabescere ...; si placet, -et ... morte mea (*cf.* Vopisc. Aurelian. 41, 9 Valeriani nece. Clavd. carm. min. 22, 22 iugulo). Sil. 1, 323 -at fraude pharetrae (*i. sagittis venenatis*). b *praep.* de (*aliter supra l. 3*): Tert. apol. 49, 4 de qua iniquitate ... vulgus exsultat et -at. coron. 7 l. 32 -antem ... novercam de exuviis ... privigni. Rvstic. Conc.[S] I 4 p. 150, 25 de pristinis malis quasi de bonis. *iuxta dat.*: Clavd. Don. Aen. 5, 410 p. 470, 22 ut -ret ei de caestibus et fraterna morte. Hier. praef. Vulg. Is. ne Iudaei de falsitate scripturarum ecclesiis ... -rent. Avg. civ. 1, 12 p. 23, 8 D. de corporibus insepultis -are Christianis. epist. 78, 8 de

[*W.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lapsu . . . diaconorum . . . disciplinae Prouliani. **c** *acc. c. inf.*: GAVDENT. serm. 12, 13 G. spolia se . . . detraxisse . . . -ans. AVG. civ. 17, 12 p. 233, 11 D. infidelitas gentium, cum dei populum exultabat atque -bat esse captivum. CASSIOD. inst. 1, 17, 1 ne -et habere se . . . Graecia . . ., quod vobis iudicet esse subtractum. PASS. Fructuos. 7, 1 increpans pariter et -ans nihil illi profuisse *eqs.* **d** *enunt. c.* quod (*cf. etiam l. 33; c.* quia, quoniam *v. p. 2044, 2*): CAPITOL. Alb. 9, 6 quibus *litteris* -vit, quod . . . dilexissent. SCHOL. Iuv. 1, 146 -ant, quod . . . sit mortuus intestatus. AVG. serm. 279, 8 IVLIAN. in Iob 32, 17.

4 *accedit acc. pron.* (*obi. int. q. d.*) *sec. gr.*: . ITALA Zach. 12, 10 (Hier. *ad l.*; Aug. civ. 20, 30 p. 483, 4 D.) aspicient ad me pro eo quod -verunt (*gr.* κατωρχήσαντο, *Vulg.* quem confixerunt. *cf.* HIER. epist. 57, 7, 4 Iohannes [*19, 37*] . . . iuxta Hebraicam veritatem: 'videbunt in quem compunxerunt', pro quo in Septuaginta legimus: '. . . ἀνθ' ὧν ἐνωρχήσαντο', quod interpretati sunt Latini: '. . . pro his quae inluserunt' sive '-verunt'. *similiter disserit* AVG. *l. c.*). *adde* (*an zeugmate explicandum?*): CASSIOD. var. 5, 17, 3 non habet quod nobis Graecus ⌊imputet⌋ aut Afer -et (⌊ ⌋ *om. R*).

II *transitive fere i. q. saltando (sive superbe) calcare, intrare, aggredi sim.* (*v. etiam p. 2043, 11*): **A** *proprie*: TER. Eun. 285 istas *fores* . . . calcibus saepe -bis ([-culc- *var. l.*; DON.: nova locutio. EVGRAPH.: in fores saltabis, hoc est insilies. SCHOL. p. 100, 7 feries, pulsabis]. APVL. met. 2, 26, 7 palmis . . . latera suffodere, c. -are). VERG. Aen. 7, 581 attonitae Baccho nemora avia matres -ant thiasis. IVL. VAL. 1, 9 p. 20, 4 tergum quadrupedis -at (*Hist. Alex. M. I p. 18, 4 rec. B'* ἥλατο). PAVL. NOL. carm. 24, 369 navi relicta . . . -at solum (*cf.* SVLP. SEV. Mart. 23, 6 fremitu terram -antium). **B** *translate*: SALL. hist. frg. 2, 23 bonos (*explic. Serv. Aen. 10, 643* quamvis possit illi [*i. verbo* -are *c. acc. usurpato*] alia esse significatio . . . hoc est impetum fecerat'). TAC. ann. 4, 59, 3 qui . . . patientiam senis et segnitiam iuvenis iuxta -et. TERT. anim. 1, 2 *philosopho* nec consolanda est iniuria, sed potius -anda. SERM. Arian. frg. I 1 p. 595^{A} quomodo nos -atis, quod deos dicimus esse? (*sim. c.* quod: THEOD. MOPS. epit. in psalm. 78, 4 ad p. 544, 8 morientes -verunt, quod nihil nobis . . . *dei* cultura profuerit [*cf. gr.* ὀνειδίζοντες ὡς *eqs.*]). CLAVD. 15, 378 -andi . . . iacemus (*cf. p. 2044, 11*).

part. praes. **insultāns,** -antis *pro adi. e. g. p. 2043, 55. 56. 58. 59, pro subst. v. p. 2043, 47.*

adv. **insultanter.** *i. q. per insultationem*: DON. Ter. Eun. 926, 1 quod -r . . . confectam virginem quasi dicat superatam . . . pro alio. 963 -r *dixit* (*sc.* 'an is est?') . . .; nam sciebat ipsum esse (*cf.* Ps. RVFIN. in Am. 4, 4—6 p. 1071^{C} -r obiectat [*antea* per ironiam et insultationem]. AVG. c. Iulian. op. imperf. 6, 25 p. 1561 audes . . . irridere eorumque me principem -r appellas contra scientiam . . . tuam). CLAVD. DON. Aen. 9, 125 p. 204, 5 intellectum . . . -r exponit. 11, 385 p. 474, 4 haec . . . -r prosecutus est. 11, 855 p. 538, 8 tamquam praesentem -r appellat (*cf. l. 44*). Ps. RVFIN. in Os. 7, 13—16 p. 1000^{A} quasi -r . . . illatum. AVG. serm. 88, 18, 20 neque superbientes *sitis*, ut -r arguatis *malos*.

deriv.: insultabilis, insultabundus, insultatio, insultator (-trix), insultatorius.

insultūra, -ae *f.* *ab* insilire *iocose fictum.* *i. q. actus insiliendi*: PLAVT. Mil. 280 ne . . . in malum . . . insuliamus. : : tu sali solus, nam ego istam-am et desulturam nil moror.

? **insultus,** -ūs *m.* *ab* insilire, *cf.* insultatio. [*dub. an aetati nostrae tribuendum* Ps. LACT. carm. de pass. dom. 33. *suppl. in lacuna* VEG. mil. 4, 7 cod. Paris. (*s. XIV*).] *i. q. insultatio*: CE 701, 8 (= INSCR. christ. Diehl 326^{b}; *a. 523/4*) -us . . . nullus subrepsit in actus (*i. nulla insultatio [v. 9 intellege* 'nec ambitio nec libido'*]; gen.* -us *suspicantur editores praeter necess.*; insidios *legit Frisius; titulum esse* '*lectionis minime certae*' *iudicat Diehl*).

[**insulula** *edd. vett. pro* insula CIC. Verr. II 3, 85 (insicula *var. l.*).] *W.*

***īnsum,** -fuī, -esse. *ab* in *et* esse. *de formis: pers. I^{ae} non leguntur nisi* -sum (GLOSS.), -sumus (LVCR. *p. 2049, 63*), -essemus (HIL. *p. 2049, 75. 76*), *pers. II^{ae} omnino desunt. perf. nonnisi* -uerit (PLAVT. Cist. 733 Rud. 1310), -uerunt (PLAVT. Rud. 1313, -uere *ibid.* 1359), -uit (SVET. *p. 2046, 53*, GLOSS., NOT. Tir.). -es *pro* -est CE 923, 2. *de part. praes. et fut. v. infra l. 80. 81.* *producitur* in- CARM. de resurr. 58 CE 765, 2 (?). NOT. Tir. 4, 94^{a} -uit. GLOSS. -sum ἔνειμι. -est μέτεστιν. -erat ibi erat. -est notitia ὑπάρχει γνῶσις. GLOSS. I p. 302 -est in eo est vel iunctum est. *legitur inde a* NAEVIO, PLAVTO, ENNIO, TER., LVCIL., AFRAN., RHET. Her., CIC.; *deest e. g. apud* CATVLLVM, CAES., PERS., PETRON., IVV.; *in* VVLG. *non legitur nisi bis in libris ab Hier. praetermissis* (*v. p. 2048, 5. 2049, 23*).

[*dub. vel falso*: LVCIL. 309 gyzeria ni sunt (*Marx,* -sunt *Lachmann,* gyzerini sunt *trad.*). CIC. off. 1, 15 -est (*del. Weidner,* in⟨de⟩ est *Goldbacher*). LIV. 42, 39, 3 -erat (*ed. pr.,* -erant *trad.,* venerant *vel* ierant *alii*). TERT. praescr. 41, 4 *var. l. pro* interest. CE 366 (= CIL XIV 3945) insentibus (*lege* in sentibus; *v. MusHelv. 14, 1957, 193 sqq.*). NOT. Tir. 5, 1 infuturum (*lege* in futurum). *contextu parum dilucido*: AFRAN. com. 268 nulla -est paratio (mi est *Ribbeck*). *e falsa lectione gr.*: CASSIOD. Ios. antiq. 7, 13 mors quidem -erat (*gr. 7, 324* ἐν ἦν *sine var. l.*).]

i. q. alicubi inditum, praesto esse (*iuxta* 'esse in *c. abl.*' [*v. p. 771, 12 sqq.*] *e. g.* CIC. top. 63 LVCR. 3, 786 SEN. dial. 3, 1, 1 PROC. dig. 34, 2, 11; *cf. e. g. l. 25. 49. p. 2048, 15. 2050, 6. 2051, 19 et distinctionem p. 2049, 77. 81, confusionem p. 2051, 55, zeugma [?] p. 2049, 43. 2050, 63*):

III ***structurae*** (*ad I et II*): **A** *gen.* (*fere limit., nisi interdum vim separat. accipias, e. g. l. 49; cf. etiam p. 2080, 41*): ENN. scaen. 414 deos aevi -os (VERG. Aen. 2, 638. 9, 253 OV. met. 9, 441 STAT. silv. 2, 6, 46. 5, 2, 63 AMBR. in psalm. 118 serm. 2, 19, 1 HEGES. 5, 22, 1 p. 351, 5 ENNOD. opusc. 3, 183 p. 378, 21. *cf.* STAT. Theb. 1, 415 annorum). HOR. carm. 1, 22, 1 vitae. sat. 2, 3, 65 mentis. 2, 3, 220 animi. VAL. FL. 2, 374 urbis. SYMM. epist. 1, 101, 2 fati (*v. app. crit.*). AMBR. epist. 2, 20 nuptiarum. PRVD. perist. 2, 226 per artus debiles, intus decoris -i. PAVL. NOL. carm. 33, 51 muneris. PASS. Petr. 9 (*Petrus ad comites*) si caritas vestra in me vera est et viscera -a in me pietatis ostenditis *eqs.* GLOSS. IV 94, 35 (= 98, 45) sanguinis (*var. l.* sanguine, *cf. sub. C*). **B** *dat.*: CIL XI 6146, 13 filis -a *mater*. **C** *abl. limit.* (*separat. fort. l. 58. contextu ignoto* SALL. hist. frg. 2, 33 copiis -a): CIC. fam. 13, 4, 3 omnibus rebus -os incolumisque. SALL. or. Cottae 5 fama et fortunis (CASSIOD. var. 6, 10, 2). ELEG. in Maecen. 2, 5 aevo (*cf.* CE 1522, 13 -r iuventa, inviolatus artus). PROP. 4, 5, 59 rugis -r annus. SEN. epist. 66, 25 -um omnibus membris et inlaesum (SEDVL. op. pasch. 1, 21). MART. 6, 28, 6 castus moribus, -r pudore. SVET. Aug. 19, 1 neque aetate neque corpore (APVL. apol. 43 c. decorus atque -r. PRISC. rhet. 7, 23 p. 557, 8 [*gr. ἐρρωμένοι τὰ σώματα*]. *al.*). TERT. orat. 28 p. 199, 1 innocentia. IVST. 27, 3, 2 viribus. PS. AVR. VICT. epit. 45, 8 sensu -r exspiravit (PS. ASCON. Verr. p. 210, 23 s. universis [*v. app. crit.*]). AVSON. 319, 62 p. 24 P. MACR. Sat. 1, 1, 4 castitate (CIL V 8722, 3). VITA Fulg. 7 p. 43 L. CE 667, 1 -r adque pius vita. *cf. l. 53.*
D *acc. graec.*: STAT. Theb. 4, 94 artus (AVIEN. Arat. 485 CIL V 6250, 3). 8, 487 malasque comamque. AVIEN. carm. ad Nort. (= CE 1530 A) 5 aevum. **E** *ab*: TER. Hec. 145 ut virgo ab se -a ... siet (*a persona ut*: CIC. Verr. II 5, 16 ab isto *Verre*. LIV. frg. 22 l. 51 adhuc ab hoste). CIC. inv. 2, 24 animus a talibus factis vacuus et -r. Verr. I 14 liberos coniugesque ... -as ab ... petulantia *Verris*. fam. 13, 50, 2 ab omni ... incommodo, detrimento, molestia sincerum -umque. CAES. Gall. 3, 26, 2 ab labore. SALL. hist. frg. 1, 86 a populi suffragiis. LIV. 6, 3, 10 inviolatum -umque ab omni clade belli (9, 41, 8). 37, 54, 22 ingenium sincerum -umque a (*om. B*) contagione accolarum (TERT. pudic. 13 p. 246, 9). 38, 14, 6 -os (*om. B*) a populatione agros. 45, 37, 8 -ioris iudicii a favore et odio. SEN. dial. 3, 18, 3 a ... vitiis (SVLP. SEV. Mart. 2, 6 CIL VI 1756 B, 2. *cf. l. 81*). TAC. ann. 6, 34, 3 -os ... a Parthico dominatu. 15, 52, 2 a coniuratione. GELL. 3, 5, 1 a stupro. TERT. apol. 11, 12 a crimine aut vitio (AMBR. Iac. 2, 4, 14). pudic. 13 p. 245, 5 ab *incestu et blasphemia*. HIL. in psalm. 61, 4 p. 211, 20 vitam -am ... ab ... contradicentium ... obtrectatione. AVG. civ. 20, 26 p. 474, 7 D. ab omni sorde ac labe (SVLP. SEV. epist. 2, 8). in euang. Ioh. 98, 8 l. 23 sapientes quidem in bono, -os autem a malo. CHROMAT. in Matth. 4, 2, 3 totum hominem -um a peccato incorruptumque. EPIST. pontif. Thiel Hil. 1, 2 a damnatione ... viri innocentem me -umque servavi (*gr. ἀπὸ τῆς καταδίκης ... ἀθῷον ... καὶ ἀκέραιον*).
F *ad* (*cf. p. 2072, 31. 2074, 24*): CIC. fam. 1, 9, 18 neque desipiente populo nec -a re mihi ad consulendum (*sim. c. gerund.*: VARRO rust. 2, 5, 7 ad fructos ferendos -ae *pecudes*). CAES. civ. 1, 85, 2 ut quam -errima essent ad pacem omnia. MACR. Sat. 5, 1, 19 ad omnium mores -a *eloquentia*. BOETH. herm. sec. 2, 6 p. 134, 19 diversum et non ad oppositionem -um.

IV ***locut.*** *plus minus* ***adverbiales***: **A** *ad indicandam restitutionem in statum pristinum* (*cf. p. 2076, 60*): 1 in -um (GLOSS. II 83, 12 *εἰς ἀκέραιον* [286, 46]. 323, 45 *εἰς ὁλόκληρον*):
a restituere in -um: *res*: TER. Phorm. 451 quod te absente ... filius egit, restitui in -um aequom esse. S. C. de Asclep. (CIL I² 588) 5 *facta iudicia* (*gr. εἰς ἀκέ⟨ρ⟩αι⟨ον⟩*). CIC. Flacc. 79 *praedia*. LIV. 31, 32, 2 praecipitata raptim consilia neque revocari neque in -um restitui possint. SEN. epist. 66, 53 in -um restituit, quidquid erraverat. IAVOL. dig. 38, 2, 35 usus fructus (*antea*: in causam pristinam). CALL. dig. 42, 1, 33 causam (49, 14, 3, 9. *cf.* VLP. dig. 4, 6, 1, 1 actionem). LAMPR. Comm. 6, 4 velut. IVST. 31, 1, 3. AMM. 20, 3, 1 in -um restitutum *solem antea deficientem. al.* *personas*: CIC. Verr. II 5, 12 ut damnati in -um restituantur (CAES. civ. 3, 1, 4 AFRIC. dig. 37, 1, 13. *al. cf.* CIC. Phil. 2, 56 condemnatum [*al.*]. GAIVS inst. 4, 57 reus [*al.*]). Cluent. 98 BELL. Alex. 70, 5 SEN. dial. 6, 22, 3 benef. 3, 14, 2 epist. 48, 10 PETRON. 140, 12 SVET. Iul. 16, 2. VVLG. Iob 12, 23 subversas *gentes*. AVELL. p. 118, 6 (*iuxta* purgari). *persaepe ap. iurisconsultos.* **b** restitutio in -um: PAPIN. dig. 46, 3, 95, 3 intra tempora in -um restitutionis. CALL. dig. 48, 19, 27 pr. TRYPH. dig. 4, 4, 37 pr. VLP. dig. 3, 1, 1, 10 de in -um r. 4, 4, 16 pr. citra in -um r. PAVL. dig. 4, 4, 36 per in -um r. SCHOL. Sinait. 13, 35. *saepe ap. iurisconsultos.*
c *alia*: PS. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 8 transactum est neque iam revocari in -um potest (AVG. civ. 22, 20 p. 600, 8 D. mortuorum natura corporum. *al.*). FRONTO p. 83, 13 v. d. H. (= p. 88 N.) redigi. VOPISC. Aurelian. 17, 5 reddidit (Car. 2, 6 LAMPR. Alex. 7, 2). HIER. in psalm. 2 p. 8, 15 nequaquam in -um conpingi potest *testa fracta*. LEO M. epist. 114, 1 Conc.^S II 4 p. 70, 25 redisse (*gr. II 1, 2 p. 61, 34 εἰς τὸ ὑγιές*. INTERPR. Paul. sent. 1, 7, 3).

2 ad -um (*c. gen. l. 41*): TER. Haut. 1010 redeat ad -um *oratio* (EVGRAPH.: ad narrationem rediit. SCHOL. p. 125, 25: ad perfectum). EPIST. praef. praet. ad Orcist. (CIL III 7000) 1, 4 ad -um prisci honoris r⟨eduxit⟩ (2, 5).

B *ad indicandam actionis resumptionem fere pro denuo, rursus sim.*: 1 de -o (*cf.* SYNON. Cic. p. 429, 2 iterum. rursus. denuo. ... de -o): TER. Andr. 26 faciet de -o comoedias ([DON.: utrum denuo an ex -is Graecis?]. S. C. de Asclep. [CIL I² 588] 5 utei ... de -o iudicium ... fiat [*gr. ἐξ ἀκεραίου*]. CIC. Cluent. 28. LIV. 22, 9, 9 non rite factum de -o ... faciundum. *al.*). Haut. 674 ineunda *ratio* (LIV. 9, 8, 6. *cf.* CIC. Brut. 201 ordiens. BELL. Hisp. 35, 4 coeperunt [LIV. 21, 25, 11. 45, 36, 10]. LIV. 21, 58, 7 initium fuit). Phorm. 174. Ad. 153 ecce ... de -o! PACVV. trag. 92 oriuntur (*cf. l. 61 et* CIC. Verr. II 2, 139 creari. Brut. 208 nasci. LIV. 21, 8, 2 coortum. SEN. nat. 3, 29, 5 generentur). CIC. Cluent. 167 datum. 177 habetur de -o quaestio. Phil. 5, 10 easdem leges de -o ... ferri. Att. 13, 27, 1. 13, 51, 2 fam. 12, 30, 2. SALL. Iug. 62, 9 bellum sumit. LIV. 1, 36, 2. 22, 14, 1 prope (PANEG. 4, 38, 4). 23, 20, 9 consulendum (27, 9, 11 SEN. benef. 4, 35, 2). 24, 42, 6 temptandum (42, 62, 15). *al.* SEN. contr. 1, 3, 3. SEN. epist. 10, 4 suscipe. COLVM. 2, 17, 3. *et saepe.* *per abundantiam*: LIV. 1, 19, 1 urbem novam, conditam ... armis, iure eam ... de -o condere parat (5, 5, 6 rursus novus de -o ... exsudetur labor. 22, 5, 7. 24, 16, 2. 30, 34, 12 novum de -o proelium ortum est. COD. Theod. 7, 17, 1 pr. *cf. l. 64. 65*). 3, 9, 10 de -o ... redigi (*cf.* 5, 17, 3 repeterentur. 8, 2, 2 reconcilietur. COLVM. 4, 32, 4 refodi. FLOR. epit. 3, 5, 14 *revivescit*. VEG. mil. 2, 16 reparata). 10, 29, 1 novam de -o ... instaurare pugnam (37, 19, 5 novum ... bellum. VAL. MAX. 8, 1 absol. 4).

2 ab -o: CATO or. frg. 1, 7 omnia ab -o paranda erant. CIC. Verr. II 1, 147 columnam efficere ab -o novam. VERG. ecl. 4, 5 nascitur (SERV.: vel denuo vel ab initio). LIV. 43, 16, 7.

3 ex -o (*cf.* SYNON. Cic. p. 429, 31 instaurat. innovat. renovat. ... iterat. repetit. redintegrat. ex -o facit): SEN. nat. 3, 30, 8 ex -o ... generabitur. QVINT. inst. 10, 3, 18 fabricandum (SVET. Aug. 16, 1). PLIN. epist. 10, 56, 4 ius ... ex -o agendi (VENVL. dig. 46, 8, 8 pr. *al.*). SVET. Aug. 34, 1 sanxit *leges* (*opp.* retractavit). IVLIAN. dig. 47, 12, 6 *actionem* dari (GAIVS dig. 40, 12, 25, 1. *al.*). VLP. dig. 17, 2, 58, 3 ex -o ... inchoatam. 28, 1, 21, 1 facienda (42, 5, 8, 1. *cf. l. 70*). 46, 7, 3, 3 cavendum (*al.*). 49, 14, 7 cognosci (INTERPR. cod. Theod. 11, 37, 1. *al.*). EPIST. Alex. l. 282 H. accenduntur *ignes*. IVST. 2, 15, 1 *urbem* condere moliuntur (18, 3, 19). 12, 3, 4 velut ex -o (COD. Iust. 3, 8, 4 [*a. 336*]. *al.*). HIER. epist. 54, 18, 3 eadem ex -o scribere. *et passim.* *per abundantiam*: QVINT. inst. 10, 1, 20 perlectus liber ... ex -o resumendus (*cf.* TAC. hist. 3, 59, 1 renatum. PLIN. epist. 7, 9, 6 recalescere. PAVL. dig. 48, 2, 3, 1 repetendi. IVST. 20, 5, 6 restaurat. CIL III 12119, 4 restituit. *al.*). PLIN. epist. 3, 9, 35 rursus ... ex -o (ARNOB. nat. 7, 39. *cf.* VLP. dig. 39, 2, 15 pr. iterum ... ex -o). LACT. mort. pers. 33, 2 nova ex -o cura.

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

C *ad indicandum modum (statum, gradum) plenum* (*cf. p. 2077, 35*): 1 ex -o (Gloss. II 303, 56 ἐξ ὁλοκλήρου [*cf.* 303, 57]): *iuxta adi.*: Colvm. 9, 13, 8 cibus ex -o recens. Avell. p. 428, 7 non ex -o omnes *gentes.* *iuxta verb.* (*saepius ad determinandum ipsum obi. aut subi., e. g. l. 15. 19. 20*): Veg. mulom. 1, 22, 11 non ex -o hordeum consequantur, sed a bilibribus incipiant (Cod. Theod. 12, 6, 28). Ps. Ambr. act. Seb. 56 si ex -o ... caerimonias abiceres. 57 separavero. Pelag. in Rom. 7, 2 ad Christum ... transeamus. in II Cor. 1, 14 cognoscetis (*opp.* ex parte *ut*: Macr. Sat. 6, 2, 1 vel ex -o vel ex p. Cod. Theod. 11, 28, 15 Novell. Marc. 5, 2). Rvfin. hist. 3, 23, 11 perditioni se tradens (*gr.* ἅπαξ). 4, 30, 3 (*gr.* παντελῶς). 6, 38 Paulum ex -o respuunt (*gr.* τέλεον). Marcell. med. 25, 20 radices ex -o tritae. Vindic. med. 14 membra ex -o conformata. Cod. Theod. 5, 13, 35 conferebant expensas. 9, 42, 16 solvi *canonem.* Interpr. cod. Theod. 4, 8, 5 amittat *spem.* Marcell. chron. II p. 90, 470 prophetam ex -o ad verbum commentatus est. Praedest. 3 prol. p. 628^{A} ex -o defendenda defendite, ex -o damnanda damnate. Sidon. epist. 8, 6, 17 neque ... ex -o flecti ... ad hoc possum, ut *eqs.* Cod. Iust. 6, 56, 4, 3 (*a. 380*) ad matrem solacia ex -o revertantur. Lex Burg. lib. const. 55, 5 barbarus ex -o cum mancipiis ... perceperit *agrum.* Lex Visig. 5, 7, 2 manumiserit (*al.*). Bened. reg. 48, 15 legant *codices.* Ps. Matth. euang. 12, 4 purgatam. *al.*

2 in -um: Scaev. dig. 45, 1, 122 pr. cum in -um summam ... optulerit. Pavl. dig. 42, 1, 25 in -um teneri. Interpr. cod. Theod. 8, 18, 10 in portionibus *mortuorum emancipatorum* ... in -um filii ... succedant (*antea*: in totam ... portionem). Conc. Aspas. a. 551 p. 113, 12 cum ... aliqua per incuriam ... non in -um servata constiterint. Cod. Iust. 8, 12, 1, 1 (*a. 485/6?*) non in -um promissa quantitate ... erogata. Pap. Tjäder 22, 11 in -um fundi (*cf. l. 38*).

3 in -o: Ps. Orig. in Iob praef. nec ante pro infirmo ... ordinant *medici* curam, quam in -o eius agnoverint causam. Compvt. Carth. 1, 1 firmarentur. 1, 4 determinare (*cf.* 2, 14 terminatum). 2, 1 defixam (2, 8). *al.* Ps. Boeth. fid. cath. 45 nec vetus ... recipere testamentum neque in -o novum. Greg. M. epist. 6, 42 p. 418, 16 domum in -o cum horto suo. 13, 46 p. 409, 13 quartam in -o portionem (*cf.* Pap. Tjäder 20, 4 omnem portiunculam meam in -o cum terris *eqs.*). Pap. Tjäder 16, 12 sex unciarum principalium in -o totius substantiae me⟨ae⟩. 22, 2 ⟨trium⟩ unciarum ... in -o fundi (*cf. l. 29*). *al.*

4 ad -um: *iuxta adi. sim.*: Rvfin. hist. 4, 5, 1 nullis ad -um monumentis (*gr.* οὐδαμῶς). Marcell. med. 6, 24 calvo ad -um capiti. Soran. p. 12, 17 sanae (Alc. Avit. hom. 7 p. 113, 13). Interpr. cod. Theod. 11, 30, 2 discussis ad -um omnibus. Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 108, 6 nihil ad -um novimus. Evgraph. Ter. Eun. 56 ad -um aequali ... ratione. *iuxta verb.* (*saepius ad determinandum ipsum obi. aut subi., e. g. l. 55. 56. 59*): Rvfin. Orig. in Rom. 3, 2 p. 930^{A} non quidem ad -um recordor ..., suspicor tamen *eqs.* Avg. trin. 15, 28, 51 reformes (Lex Visig. 4, 3, 3). Consvlt. Zacch. 3, 3 p. 101, 16 praecepta ad -um implere (Lex Visig. 9, 2, 5. *cf.* Gild. Brit. 12 chron. III p. 32, 14 necdum ad -um expleto). Macr. somn. 1, 5, 6 carens (Rvric. epist. 1, 9, 2 Alc. Avit. hom. 6 p. 111, 30). Interpr. cod. Theod. 4, 17, 3 cognoscatur (Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 105, 4. *cf.* Sidon. epist. 6, 12, 8 conicere. Interpr. Paul. sent. 2, 1, 5 scire). novell. Maior. 11 ad -um scripta non est *lex.* Cassian. conl. 19, 9, 1 adsequi puritatem. inst. praef. 4 retinere. 12, 29, 2 poterit ... morbus ad -um declinari. Ioh. Bicl. chron. II p. 213, 572 (?), 1 Constantinopolim ad -um perducti *thesauri.* Mar. Avent. chron. II p. 239, 574, 2 paene ad -um interfecti sunt. Pavl. Faust. Rei. epist. 4 p. 181, 22 pro parte an ad -um. Favst. Rei. serm. 11 p. 263, 19 interdicunt. Lex Visig. 3, 3, 5 tradatur *facultas* ad -um. 5, 4, 10 reddito ad -um pretio. *al.*

masc. pro subst.: *sing.* integer, -ī *inde ab* Hor. carm. 1, 22, 1. *plur.* integrī, -ōrum *inde a* Cic. (*cf. e. g. p. 2075, 5*).

neutr. pro subst.: *sing.* integrum, -ī *p. 2072, 82. 2074, 28. 2075, 41. 2076, 23. 68. 2077, 33. 2078, 65. cf. etiam p. 2078, 49. in locut. adverb. v. sub IV.* *plur.* integra, -ōrum *p. 2074, 30. 2075, 43. 2076, 58. 2077, 31. 2078, 69. cf. etiam p. 2078, 50.*

adv. ***integrē.** *ad formationem cf.* Char. gramm. p. 263, 1 B. (*ex Romano*) -e ut impigre. *scrib.* -ae CE 1615, 29 (*?, v. app. crit.*). -tig- Theod. Mops. in psalm. 1 praef. p. 2, 22. 4, 2 p. 21, 20. *notatur* integr CIL III 2920^{a}, 6. *comp.* -grius: Leo M. serm. 85, 2 p. 436^{B} (= Max. Tavr. serm. 72 p. 681^{A}). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 174, 18 Cassiod. Ios. c. Ap. 1, 212. *sec. gr.* ἀκριβέστερον: Conc.^{S} II 3, 3 p. 91, 12 Cassiod. Ios. antiq. 1, 286. *dub. l. 76.* *superl.* -errimē *inde a* Val. Max.; satis -e Evgraph. Ter. Haut. 617. *legitur inde a* Cic., *non in poesi* (*dub. l. 67*). [*confund. c.* impiger Avit. Brac. Lucian. epist. 1, 2 p. 192. *falso* ex -e *pro* ex -o Misc. Tir. p. 51, 23 *v. vol. V 2, 1126, 27.* *restituendum ut vid.* interius *pro* -ius Cassiod. Ios. antiq. 1, 250 (*gr.* προσωτέρω).]

i. q. modo integro (non -e *passim inde a* Tert., parum Gell. 17, 1, 1, minus Schol. Cic. Bob. p. 77, 10):

A *spectat magis ad qualitatem*: 1 *sub specie probitatis, sinceritatis sim.*: **a** *fere i. q. honeste, probe, pie, caste sim.*: Cic. Manil. 2 in ... periculis caste -eque versatus *labor oratoris* (Tac. Agr. 7, 3 ac strenue. CIL VI 1736, 10 caste ... -eque [*postea*: neque aequitati ... neque iustitiae defuerit]). Flacc. 5 (*iuxta* iure, more, vere, religiose, *opp.* impie, temere, cupide). Scaur. 37 (*iuxta* more, *opp.* improbe). fin. 1, 30 incorrupte atque -e iudicante (Avg. conf. 7, 17, 23. *cf.* Cassiod. Ios. c. Ap. 1, 212 examinantibus -ius [*gr.* μετὰ δυσμενείας]. Cod. Iust. 1, 39, 2 [*a. 450*] causas ... -e disceptare atque tractare). 4, 63 cum caste et -e viverent (Amm. 26, 2, 7 splendide -eque. Canon. Turner I p. 343 l. 23 -e deo serviens vivit). Val. Max. 6, 9, 7 gessit ... se -errime atque splendidissime (Lex colleg. salut. Dian. et Antin. [CIL XIV 2112] 2, 21. Cod. Theod. 9, 1, 4 -e adque iuste. CIL V 5305, 10 ac liberaliter). Qvint. inst. 12, 1, 16 -errime provincia administrata (Svet. Vesp. 4, 3. CIL VIII 11058, 7 indust⟨r⟩ie adque -e. *cf.* Plin. epist. 7, 25, 2 procuratione ... provinciae -errime functus. Cod. Iust. 2, 7, 9 [*a. 442*] post peractam -e ac sine ulla opinionis labe administrationem). Tac. hist. 1, 48, 4 severe -eque rexit *Galliam Vinius.* 1, 52, 1 (*opp.* ambitione, iudicio). ann. 13, 46, 3 -e sancteque egit (Mar. Victorin. in Eph. 1, 4 p. 1239^{C} se. *cf.* Capitol. Pert. 3, 1 se ... tenuit). Cypr. hab. virg. 5 -e et pure ... perseveret *virgo.* *nota*: Tert. apol. 48, 13 profani ... et qui non -e ad deum *sc. sunt.* *c. adi.*: Tert. anim. 33, 7 -e morati. **b** *fere i. q. sincere, aperte, sine dissimulatione sim.*: Calp. decl. 11 p. 11, 20 dolere -e. Tert. apol. 46, 7 -e praestant *veritatem Christiani* (*opp.* adfectando). Lvcif. Athan. 2, 7 p. 160, 22 non -e loqui. Schol. Cic. Bob. p. 77, 10 minus -e ... testimonium dixi. Avell. p. 186, 18 -e glorifica *trinitatem* et eris integer (*gr.* ὑγιῶς. *cf.* Vict. Vit. 2, 99 non honorificent -e trinitatem). Conc.^{S} II 3, 3 p. 80, 32 semet ipsum diligi (*gr. II 1, 3 p. 73, 6* γνησίως *ut*: Mvtian. Chrysost. hom. 26, 5 p. 401/2 si de futuris germane et -e curam gesserimus). Iord. Rom. 55 deum ... coluit.

2 *sub specie rectitudinis, veritatis sim.*: **a** *de dicendo fere i. q. modo correcto, non mendose, polite sim.*: Cic. opt. gen. 12 Attice dicere, id est quasi sicce et -e (*antea*: subtiliter. *postea*: ornate et copiose). Gell. 1, 22, 3 qui -e ... locuti sunt (6, 11, 2 proprie atque -e. 13, 6, 4 pure atque -e. 17, 1, 1 parum -e atque inproprie atque inconsiderate. Avg. doctr. christ. 4, 3, 5). 18, 9, 4 recte atque -e scriptum (*antea*: nihil mendum). Clavd. Don. Aen. 1, 365 p. 80, 18 -e posuit: *eqs.*

b *de sonando fere i. q. pure*: Avg. in epist. Ioh. 6, 13 videte, si -e sonant *vasa* (*antea*: crepuerint et male resonent).

c *usu vario*: α *fere i. q. accurate, convenienter, veraciter sim.* (*iuxta verba sciendi, cognoscendi sim. sublucet notio plenitatis, e. g. l. 52. 54. 55; gr. resp. fere* ἀκριβῶς): Tert. adv. Marc. 1, 2 p. 293, 7 unum *deum* ... non -e viderant *caeci* (*cf.* Rvfin. Orig. in cant. 1 p. 105, 17 -e et absque ulla falsitate ... colores ... deprehendet *oculus.* Boeth. mus. 5, 2 p. 352, 27 sensus non -e ... agnoscit [*opp.* confuse]). Firm. math. 1, 7, 29 -e ac verissime ... fatorum necessitas explicata (8, 32, 1 [*postea*: veris ... explicare sententiis]. *cf.* Boeth. herm. sec. 2, 7 p. 159, 5 non ... -e id, quod ab Aristotele dicitur, ostendit). Pomp. gramm. V 283, 19 quam bene et -e dicit *Plinius de soloecismo* (Rvfin. Orig. in gen. 15, 3 p. 130, 10 non -e dicitur. Cassiod. in psalm. 143, 15 [17] si nos servi ... *dei* -e dicimur [*syn.* veraciter]). Rvfin. apol. Orig. 3 p. 563^{B} si -e intellegatur (Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 92, 3). Leo M. epist. 130, 3 Conc.^{S} II 4 p. 84, 18 in Graecum sermonem -e diligenterque translatam *epistulam* (*antea*: epistulam ... falsasse). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 17, 28 -e novi (p. 40, 40. p. 48, 20 -errime. Conc.^{S} II 3, 3 p. 25, 2. *cf.* Cassiod. Ios. antiq. 1, 286 -ius cognoscere [Pass. Petr. Paul. brev. 4; *antea*: plenius, *postea*: optime]). p. 61, 23 scientes (Conc.^{S} II 3, 3 p. 26, 26 neque scimus -e. p. 60, 29 Facvnd. defens. 9, 2 p. 744^{A}. 744^{C}. *cf.* Conc.^{S} II 3, 3 p. 26, 25 nescimus -e, sicut autem audimus *eqs.*). p. 87, 9 a multis ... subtiliter et -e didicimus (p. 93, 24 exponens). Boeth. arithm. 1, 30 p. 64, 5 exempla -e planeque ... pernotare (*postea*: convenienter). mus. 3, 8 p. 278, 25 dividere (*cf.* p. 278, 29 partiri). Mvtian. Chrysost. hom. 13, 2 p. 323/4 adverte -e. *al.* β *fere i. q. iure, iuste sim.*: Cypr. epist. 34, 1 -e et cum disciplina fecistis ..., quod ... Gaio Didensi ... censuistis non communicandum. Hier. Victorin. Poetov. in apoc. 20, 1 -e creditur '*hominem probum* regnare cum Christo'. Avg. serm. 273, 4, 4 rite et -e. Theod. Mops. in psalm. 4, 2 p. 21, 20 hoc ... responsionis genere -e occurritur errantium questioni. Pass. Saturn. Dat. (BHL 7492) 6, 3 -e se celebrasse collectam, quando cum ipsis etiam presbyter fuerat. γ *pertinet ad ipsum obiectum vel subiectum* (*cf. p. 2083, 15*): Lvcif. reg. apost. 7 p. 53, 21 nisi bene essem faciens et -e essem credens (*i. integra ut*: Pelag. in II Tim. 1, 13). Filastr. 143, 1 -e inviolateque de trinitate sentientes (Ps. Hier. in II Cor. 5, 12 [*antea*: recta pervertimur via]. Theod. Mops. in psalm. 1 praef. p. 2, 22 recta sententia, id est ut pie ... et -e sentiatur). Avg. doctr. christ. 4, 10, 24 utetur etiam verbis minus integris, dum tamen res ipsa doceatur atque discatur -e (*cf.* Gennad. dogm. 52 recipiantur *haeretici* quidem ut baptizati ..., sed doceantur -e). Ps. Avg. serm. cod. Guelf. app. 6, 2 p. 190, 28 -e ... dixerunt *Christum resurrexisse.* Boeth. in Porph. comm. pr. 1, 14 p. 41, 12 bene et -e respondisse.

B *spectat magis ad quantitatem (plenitudinem), fere i. q. plene, perfecte sim.* (*cf. p. 2083, 5*): 1 *c. verbis*: **a** *usu communi*: Tert. pudic. 9 p. 237, 13 nec in Iudaeum -e filii *amissi* imago concurrit (*cf.* Rvfin. hist. 2, 10, 10 concordare). uxor. 2, 1 l. 13 si -e sapis, certe scis *eqs.* (Rvfin. Basil. hom. 2, 6 p. 1741^{B} recte et -e sapienti). Schol. Pers. prol. 6 (*in marg.*) non -e doctus. Ps. Ascon. Verr. p. 245, 2

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

non numerata ... pecunia aut non -e numerata. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 96, 2 effugere. hist. 4, 7, 1 crediderant (RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 136, 13 -errime. *cf.* AVG. grat. Christ. 41, 45 p. 158, 10 perfecte atque -e et liberum arbitrium confitemur et gratiam). Orig. in gen. 4, 6 p. 57, 21 ut ... sacramentum trinitatis plene et -e et perfecte mereamur agnoscere. HESYCH. in lev. 25, 31 p. 1126[B] -e ... liberatae sunt. 25, 40 p. 1131[D] mundatus. APIC. 5, 206 pisae -e elixae. BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 86, 15 non -e permutare. GREG. TVR. stell. 12 tota -e concrematur *Phoenix.* *i. q. omnino*: TERT. bapt. 1 p. 201, 15 cui *mulieri* nec -e (-⟨a⟩e *Iunius al.*) quidem docendi ius erat. *i. q. definite, certe*: RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 151, 1 -errime ac non ambigue. CONC.[S] II 3, 3 p. 25, 28 (*opp.* in dubio, *gr. II 1, 3 p. 21, 10* τελείως). *de declinatione non defectiva*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 547, 18 -e declinantur *possessiva* (POMP. gramm. V 172, 25).

b *pertinet ad ipsum obiectum aut subiectum* (*cf. p. 2082, 68*): DIOM. gramm. I 414, 32 -e efferuntur *praepositiones in compositis* (*cf.* CONSENT. gramm. p. 30, 10 N. -e scripturam reliquerint). AMM. 28, 1, 17 -e restituit *frumentum.* RVFIN. apol. ad Anast. 4 -e et perfecte futuram *resurrectionem* (*cf.* apol. Orig. praef. p. 541 resurrectio carnis credenda est -e atque perfecte). hist. 1, 1, 3 ut ... -e quae sunt gesta narremus (*gr.* ἐπαγγελίαν ἐντελῆ καὶ ἀπαράλειπτον). Orig. in cant. 3 p. 189, 11 aut nihil ... aut non -e egerunt. COD. Theod. 1, 27, 1 causae -e habere debet *iudex* arbitrium (9, 14, 3, 2 ut habeant ... -e emolumentum ... heredis [*Iust. 9, 8, 5, 3* integrum]). CONC.[S] II 3, 1 p. 94, 10 sancte et -e et catholice exposuit *rem Flavianus* (*gr. II 1, 1 p. 114, 22* ἁγνῶς καὶ ὁλοκλήρως). EVGRAPH. Ter. Haut. 154 non -e vita ostenditur, ubi non nudatur *eqs.* BOETH. herm. pr. 1, 3 p. 61, 13 ut sit verbum -e. mus. 2, 9 p. 237, 29 *et* 238, 12 differentia -e (*var. l.* integra) ... permensa *numeros.* 3, 3 p. 275, 2 -e v toni ex duabus diatessaron consonantiis constare. GREG. TVR. Franc. 10, 31 p. 536, 19 intervalla ... -e non potuimus repperire.

2 *c. adiectivis* (*cf. etiam p. 2082, 83. 84*): LEO M. serm. 85, 2 p. 436[B] tanto -ius erant *facultates* salvae, quanto sanctius probabantur expensae. BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 8 p. 99, 20 sunt -e et vere propria (2, 16 p. 115, 11 nominantur).

compos.: adintegre.

adv. **integriter.** *i. q. integre*: CHAR. gramm. p. 263, 1 B. (*ex Romano*) -r vitiose ... dici, sed integre.

? adv. **integrum** *v. p. 2071, 51. 55.*

deriv.: integellus, integritas, integritudo, integro.

compos.: semiinteger.

integ(i)mentum *v.* integumentum.

intego, -ēxī, -ēctum, -ere. *ab* in *et* tegere. *de notione*: SYNON. Cic. p. 416, 6 adoperit. vallat. -it. oppandit. obumbrat. GLOSS. III 483, 25 -o: σκευάζω, id est operio (*cf.* 452, 47). *ad verb. q. e.* intexere *referre malim* IV 448, 15 -erat: discreverat (*cf. Verg. Aen. 4, 264 = 11, 75 et vol. VII 2, 11, 17 sq.*). *legitur inde a* PLAVTO, CATONE, SISENNA, VARRONE. [*confunditur in codd. c. simpl. passim,* intingere *l. 81. varia lectio falsa ut vid.*: LIV. 7, 23, 6 (*pro simpl.*). *loco non sano*: HIRT. Gall. 8, 5, 2. *e coni.*: FLORENT. dig. 34, 2, 29 pr. *bis* (-tect- *pro* -iect- *haesitanter Mommsen*).]

I *i. q. tegendo operire* (*maxime aliquid insternendo; in aliquid involvendo e. g. l. 66. 79. p. 2084, 11. mediopass. l. 79.* stramento *l. 70. 80*): **A** *proprie*: **1** *-itur aliquid (aliquis) aliqua re*: **a** *absolute*: PLAVT. Rud. 101 villam -undam ... totam (*sc. tecto ut*: CIL I^2 1494 a *et* b, 4 viam [PLIN. nat. 19, 23 forum ... v. que sacram ... et clivum]. FEST. p. 333 *sacellum* [*opp.* aperto]). CATO agr. 41, 4 omnia luto depsto oblinito, alligato -itoque (*in insitione ut*: 42 *librum*). PLIN. nat. 11, 153 pisces et insecta non habent genas nec -unt oculos. 12, 23 fructum *suum* -ens *foliis ficus Indica.* 16, 224 si non -antur *pinus ad aquarum ductus in tubos cavatae*, cito senescunt (*antea*: obrutae terra). 16, 232 -i *ligna alio ligno* et vilioris ligni e pretiosiore corticem fieri. 17, 160 -i oportet *surculos terra.* 18, 145 subigitur *solum* autumno, mox aratum et occatum -itur (*'an inducitur?' perperam Jan-Mayhoff collato Colum. 2, 17, 4*) crate iterum ac tertium. 24, 26 -endus est *sucus*, quoniam ... adpetitur a muscis. IVL. VAL. 3, 54 p. 162, 10 -ctum (*trad.* invectum, *corr. Ausfeld*) *fetum* ad regem detulit *mater* (*Hist. Alex. M. I p. 131, 16 Kr.* κατακαλύψασα). **b** *aliqua re*: *α abl.*: SISENNA hist. 107 puppis ... centonibus. LVCR. 1, 405 -ctas fronde *ferarum* quietes (*sc. domicilia ut*: LIV. 27, 3, 3 stramento *tecta.* PLIN. nat. 9, 35 *testudinum* superficie ... casas. SIL. 17, 88 castra ... calamo cannaque). CAES. Gall. 7, 22, 3 coriis *turres* (civ. 1, 54, 2 corpus navium). 7, 73, 7 viminibus ac virgultis *scrobem* (*cf.* 7, 79, 4 fossam cratibus). civ. 1, 25, 9 terra atque aggere *rates.* 2, 2, 3 lignis ... porticus. 2, 15, 2 crates luto. VARRO rust. 1, 47 tabellis *seminaria* (*cf.* PLIN. nat. 17, 11 culmo). 3, 11, 3 saeptum ... rete. PROP. 2, 19, 26 suo Clitumnus flumina luco -it. CVRT. 5, 12, 20 pellibus vehiculum. COLVM. 11, 3, 52 specularibus *vasa.* PLIN. nat. 7, 85 alis *quadrigam* (34, 83 quadrigulam ... currumque et aurigam). 13, 108 sole occidente papavera ... comprimi et -i foliis (*opp.* aperiri). 17, 57 stramento -cta *fimeta.* 18, 76 *triticum* mutata *aqua* (*var. l.* intinguatur). 18, 135 sulco *lupinum* (*cf.* 18, 146 terra *Medicam*). 26, 141 tritam *ulcerique impositam plantaginem* suis foliis. 34, 15 auro *imagines.* APVL. met. 2, 19, 1 lecti aureis vestibus -cti. *animantes* (*cf. l. 79*): VARRO rust. 2, 2, 18 pellibus *oves.* SEN. Oed. 551 amictu corpus. PLIN. nat. 1, 9, 50 crusta -cti *polypi* (*de superficie naturali ut* 9, 43. 11, 267. *cf.* 9, 40 alia *aquatilia* corio et pilo -untur, ... alia corio tantum. 11, 204 intestina ... omento -untur). STAT. Theb. 5, 606 artus ... comis. CARM. Frg. Bob. gramm. VI 625, 24 chlamyde caput. *β praep.*: NEMES. ecl. 3, 65 de vitibus hastas -it *Bacchus* (*sc. thyrsos, cf. Verg. ecl. 5, 31* foliis ... intexere ... hastas. *Ov. met. 3, 667*). MARCELL. med. 8, 115 ex altera parte panni ... oculos (*postea*: supra oculos pones).

2 *-it aliquid aliquid* (*aliquem*): LVCR. 3, 22 semper ... innubilus aether -it *sedes deorum.* LIV. 26, 17, 12 densa nebula saltum ... camposque ... -xit. PLIN. nat. 2, 217 aestus ... spatia *oceani* (*opp.* nudant. *cf.* 13, 141 mare *silvas.* 16, 3 aquae circumdata). 2, 226 lapidem ... cortex. STAT. Theb. 4, 461 *ararum* frontes ... cupressus. CE 1001, 5 cineres humus. *animantes*: SEN. Phaedr. 802 caesaries ... perfundens umeros ornat et -it *Hippolytum.* STAT. Theb. 4, 303 cassida crines. PLIN. nat. 8, 7 corpus (*i. caro*) -xit *dentes elephantinos. al.*

B *translate*: PROP. 2, 23, 6 quaenam nunc porticus illam (*sc. Cynthiam*) -it?

II *i. q. tegendo imponere*: VARRO rust. 2, 11, 7 quam habuit *ovis pellita* pellem -ctam (iniectam *Iucundus*), eam intrinsecus ... perinungunt et tegunt rursus (*cf. p. 2083, 84*).

deriv.: intectamentum, integumentum.

compos.: superintego.

integrāsco, -ere. *ab* integrare (*cf.* PRISC. gramm. II 428, 9 [*inter verba incohativa*] integro, -o [*affert* TER. Andr. 688 *v. infra*]). -esc- *v. l. 31.* GLOSS. restauror. *v. etiam l. 31.*

i. q. de integro fieri, renovari: TER. Andr. 688 arare iussit ... era, iam ut ad sese venias *eqs.*: vah perii, hoc malum -it (DON.: integratur, quod ad integrum redit, quod repetitur, quod instauratur. EVGRAPH.: -it [-esc- *FS*], renovatur. *huc pertinet* GLOSS. V 535, 43 incrudescit).

integrātio, -ōnis *f.* *ab* integrare. GLOSS. ἐπανάλημψις. ὁλοκληρία. renovatio. initiatio. restauratio, repetitio. [*in contextu lacunoso*: PAP. Corp. 239 II 22.]

i. q. actus integrandi, redintegratio, restitutio, renovatio: **1** *generatim*: TER. Andr. 555 amantium irae amoris -ost (DON.: instauratio [SCHOL.: renovatio, i.]. *cf.* IVL. VAL. 1, 15 [*Alexander ad Philippum et Olympiadem*] agite ... post iram -em coniugalis adfectus). PS. CHRYSOST. de solstit. l. 204 initium filiorum dei de -e hominum ... mense *Martio* concipiebatur. MAX. TAVR. serm. 83 p. 698[C] de sui -e securus *Maccabaeus manibus pedibusque truncatus* (*postea*: reparandi corporis). **2** *speciatim in re iudiciaria*: COD. Iust. 2, 40, 2 (*a. 258*) non -o amissae causae ... datur, sed integra ipsa causa servatur (*antea*: in integrum restitutio. *cf.* SYMM. epist. 10, 28, 2 status *amissi*). SYMM. epist. 3, 73 rei familiaris (NOVELL. Valent. 3, 12, 3 rerum). AVELL. p. 55, 9 ut condemnati iudicio ... -em iudicii frustra ... precarentur.

integrātor, -ōris *m.* *ab* integrare. *qui integrat, restitutor*: TERT. apol. 46, 18 quid simile philosophus et Christianus, Graeciae discipulus et caeli ..., amicus et inimicus erroris, veritatis interpolator et -r ...?

***integritās,** -ātis *f.* *ab* integer. *de origine*: GRAMM. suppl. 69, 8 in 'as' dirivata a genetivo secundae declinationis veniunt addita 'tas' syllaba producta et 'i' paenultima correpta ut ... 'integri' '-s'. *scribitur* ingrit- INSCR. christ. Diehl 4342, 1, -tegrt- INSCR. christ. Silvagni 3971, 4, -taegr- CIL VIII 17535, 2. *mensuratur* -tēgr- PHAEDR. 3, 11, 5. 3 epil. 30. *plur.*: CASSIOD. in psalm. 71, 6 -bus. var. 1, 10, 7 -um. GLOSS. ἀκαιρεότης (*i.* ἀκεραιότης). *legitur inde a* CIC. (*saepe*), BELL. Afr., SALL., NEP., LIV.; *deest poetis praeter* PHAEDR. *et* PRVD.

i. q. status integer (*tropice p. 2085, 49. 2086, 33. 44. 62*):

I *pertinet (magis) ad qualitatem incolumem* (incolumis -s CYPR. epist. 51, 1 p. 615, 4): **A** *de statu non laeso, non corrupto, non debili sim.*: **1** *animantium*: **a** *spectat ad corpus* (*hic illic de -e naturali in universum, maxime tamen pressius de statu aut non mutilato [saepius distingui vid. a vocibus q. s.* valetudo, sanitas *ut e. g. l. 70. 71. p. 2085, 7; iuxtaponuntur e. g. l. 72. 76. 78. 80. 82] aut non aegro [v. e. g. l. 81. p. 2085, 1; cf.* -s valetudinis CIC. Tusc. 5, 99]. *v. etiam p. 2085, 55*): -s corporis: CIC. fin. 2, 34 non -em c., non valitudinem (5, 84 valitudo [*opp.* morbus], ... -s c. [*opp.* debilitas]). 5, 40 ex -e c. et ex mentis ratione perfecta. GELL. 18, 1, 5 c. -s sanitasque. TERT. patient. 14 p. 22, 9. resurr. 57 p. 116, 21 (*opp.* vitiatio). DAMIG. lapid. 9 ad omnem c. -em utilis est *lapis haematites.* COD. Theod. 14, 18, 1 (= Iust. 11, 26, 1) et -s corporum et robur annorum. *al.* *alia*: CIC. fin. 3, 51 in valitudine, ... in -e sensuum, ... in doloris vacuitate (PAVL. NOL. epist. 41, 2 p. 356, 23). 4, 20 bonam valitudinem, ... dolorum omnium vacuitatem, ... -em oculorum (*cf.* CHALC. comm. 243 visus [*opp.* passione]). 5, 80 valitudinem, vires, ... formam, -em unguiculorum omnium (*opp.* deformitatem, morbum, debilitatem). CELS. 3, 3, 3 sic desinunt *febres*, ut ex toto sequatur -s. *al.* SEN. epist. 92, 14 valitudine, ... membrorum -e (RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 9. AVG. civ. 19, 1 p. 347, 17 D. m. -s et salus atque incolumitas *corporis. al.*). TERT. adv. Marc. 5, 3 p. 578, 21 carnis (*de statu incircum-*

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ciso ut: monog. 5, 4). ITALA act. 3, 16 (cod. h) fides dedit *aegroto* ... -em (*gr.* *ὁλοκληρίαν, Vulg.* integram sanitatem). ARNOB. nat. 1, 63 debilibus -em *restituit Christus.* PS. ASCON. Verr. p. 258, 21 sanitatem -s virium *consequitur.* AVG. civ. 1, 18 p. 30, 19 D. membri *feminei* (*cf.* 14, 26 p. 54, 8 salva -e feminei genitalis). MACR. somn. 1, 6, 70 anno *septimo* plena absolvitur -s loquendi *infantium.* CAEL. AVR. salut. praec. 4 (*bis*) naturalis -s (*opp.* sanitate). *in imag.*: AVG. c. Pelag. 4, 12, 34 p. 570, 17 ut ab aliorum salute atque -e vitentur *lupi i. haeretici.* *de sanguine generis*: TERT. pudic. 1 p. 219, 3 decor sexuum, -s sanguinis, fides generis.

b *spectat ad intellectum, animi habitum sim.*: CIC. ac. 2, 52 non eandem esse vim neque -em dormientium et vigilantium nec mente nec sensu. LABEO dig. 28, 1, 2 -s mentis, non corporis sanitas exigenda est *a testantibus* (BOETH. cons. 4, 6, 24 W.). ARNOB. nat. 2, 27 neque ... -em conservantes suam possunt *animae* rerum scientiam ponere. CLAVD. DON. Aen. 4, 295 p. 394, 20 a consiliorum omnium -e depellitur *amans* (*comparatur cum furente. antea*: integrum mentis ... statum). SORAN. p. 14, 3 cum -e animae et hilaritate *mulieribus concipientibus necessaria* (*gr.* *εὐσταθεῖς ... τὴν διάνοιαν καὶ ἱλαράς*). LEO M. serm. 56, 1 p. 326B -em sanae intellegentiae. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 288 Aegyptiorum sapientiae atque -i (*gr.* *δεινότητος*).

c *spectat ad virtutes, mores, affectus sim.*: *α in universum*: CIC. Q. Rosc. 25 hominis (Sest. 71. *cf.* VAL. MAX. 2, 10, 1 tanti viri [VOPISC. Car. 6, 3]). Verr. II 5, 38 tueri *provinciam* singulari ... -e (Phil. 3, 26 BELL. Afr. 88, 5. *al.*). Mur. 15 dignitatem ... -is. Sull. 79 cum summa ... -e vixistis. Sest. 21 ad -em maiorum ... vocabant. Cael. 55 plena est *domus* -is. de orat. 2, 35 (*opp.* fraus *ut* CASSIOD. var. 1, 10, 6). ad Q. fr. 1, 1, 20 summa (*al.*). PHAEDR. 3 epil. 30 sincerae (FLOR. epit. 3, 12, 2 s. adhuc et innoxia pastoriae illius sectae [*sc. gentis antiquae*] -s. BOETH. c. Eut. 8, 34). TERT. resurr. 26 p. 63, 24 in illa -e, qua fuerat *homo* ante delictum transgressionis (*sim. de -e originali*: AVG. epist. 186, 37 p. 77, 9). spect. 2 p. 3, 7 interest inter corruptelam et -em. ITALA II Tim. 4, 5 (PS. Cypr. aleat. 4) ministerium tuum cum -e persupple (*gr.* *πληροφόρησον et Vulg.* imple *tantum*). CYPR. laps. 3 cordis (*cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 84, 11 animi. RVFIN. Orig. in lev. 12, 5 p. 463, 11 animae. *al.*). PS. CYPR. tract. ZntW. 15, 1914 p. 81, 203 (*opp.* iniquitatis). PANEG. 4, 7, 2 non virtutis (*i. fortitudinis*) magis quam -s. 4, 15, 3 pro merito -is (COD. Theod. 11, 14, 1 = Iust. 10, 26, 1, 2). ARNOB. nat. 2, 29 viros recti atque -is auctores. 2, 48 -is perfectione. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 122, 9 sacerdotis ... -em (sinceritatem *W*, *gr.* *καθαρότητα*). EVAGR. vita Anton. 20 principalis -s *animae.* PELAG. in Rom. 2, 2 *iudicum* (AVG. epist. 115 p. 662, 13. *al. cf.* CASSIOD. var. 11, 32 iudicantis [LEX Burg. lib. const. 1, 2]). PRVD. perist. 2, 198 violatur auro -s. AVG. civ. 12, 3 p. 515, 23 D. adimunt *vitia* -em. COD. Theod. 9, 1, 4 simulata -e. EVGRAPH. Ter. Andr. 28 animus et -s *servi* ... per officia completa liberalis. APON. 7 p. 138 post damnum -is criminumque naufragia. CASSIOD. in psalm. 16, 5 tota (CIL VI 32041, 2). COD. Iust. 1, 3, 33 (*a. 472*) castissima. CIL XIV 1945, 1 mirae (*al.*). *in allocutione*: CONC. Carth. a. 411 Mansi 4 p. 67C -is tuae edictis (p. 71C).

β de statu indemni, innocenti (*exempla certiora*): PS. QVINT. decl. 17, 2 -is agere causam. PLIN. epist. 6, 22, 5 Bruttiano iustissimum -is testimonium redditum. SEN. contr. exc. 8, 6, 4 -s ... explorata. COD. Iust. 9, 51, 13, 2c (*a. 321*) comperta -s *patris deportati.*

γ de statu casto, pudico (*corporis e. g. l. 58. 62; cf. l. 4*): SEN. contr. 2, 7, 3 in ... servandae -is custodias nulla libido inrumpet. APVL. apol. 76 nomen potius adferens *virgo* puellae quam -em. TERT. cult. fem. 2, 1 l. 18 in ... carnis -e et stupri aversatione (pudic. 1 p. 221, 5 uxor. 1, 1 l. 20 CYPR. hab. virg. 5 RVFIN. Orig. in lev. 12, 5 p. 463, 10. APRING. in apoc. 4, 3 -em intemeratae c. *al. aliter p. 2084, 84*). 2, 12 l. 22 castae mentis -s. pudic. 5 p. 226, 12 post spiritalem ... castitatem sanctitatemque corporalis sequebatur -s (*cf.* RVFIN. hist. 2, 17, 19 casti corporis [*gr.* *ἁγνείαν*]). uxor. 1, 8 l. 8 in *virginibus* ... -s solida et tota sanctitas. 2, 2 l. 37 viduas et innuptas -i perseverare mavult. CYPR. patient. 20 in virginibus ... -em, in viduis ... castitatem. AMBR. inst. virg. 5, 35 intemeratae -is (*Mariae ut*: virg. 1, 2, 5. *al.*). HIER. epist. 49, 17, 6 germanae et purae. RVFIN. Orig. in lev. 12, 5 p. 463, 17 (*in imag.*) in virginali -e permansit (AVG. civ. 1, 27 p. 43, 15 D. *cf.* PS. RVFIN. in Am. 5, 1/2 p. 1075A [*in imag.*] *virginis.* LEO M. serm. 21, 2 p. 192A virgineae [*al.*]). *et passim.*

δ i. q. ἀκρίβεια (*resp. gr., ubi nihil aliud adnotavi; cf. p. 2086, 43 sqq. passim*): CONC.S I 5 p. 317, 43 rescripsit ... nobis et -em nostram ... testatus est. CASSIOD. hist. 5, 21, 4 cum omni -e et examinatione conscriptam ... fidem. 9, 11, 2 dogmatis iura sub -e servabat (*Sozom. 7, 6, 3* *πιστοτάτη ... οὖσα φύλαξ*). Ios. antiq. 1, 82 multa -e signatum *tempus.* 1, 325. *al.* MVTIAN. Chrysost. hom. 2, 1 p. 243/4 non potest *sermo* cum -e quod molitur exprimere.

ε stilistica et grammatica (*ad α—δ*): Ⓘ *iuxtaposita: singula*: CIC. Q. Rosc. 26 innocentia et -e (div. in Caec. 27 Cluent. 152. *al.*). Verr. II 1, 17 fide (Mur. 58 Lig. 2 LIV. 25, 40, 1. *al.*). 1, 64 pudicitia. 3, 3 virtus (3, 7 Font. 39. *al.*). Flacc. 100 pudoris (CYPR. hab. virg. 6). ad Q. fr. 1, 1, 8 continentia (1, 1, 18 CYPR. epist. 4, 3 p. 475, 17. *cf.* TAC. Agr. 9, 4 abstinentiam). LIV. 4, 11, 7 iustitiae (CIL VIII 25524, 3). SEN. clem. 2, 1, 4 pietatem. CYPR. sent. episc. 49 p. 453, 11 castitatem (VAL. CEM. hom. 19, 5 p. 751B). *al.* *plura*: CIC. Verr. I 51 severitatis, -is, fidei, religionis (II 1, 4 veritatis, -is, f., r.). Cluent. 133 pudore, -e, virtute. leg. agr. 2, 23 Sest. 60. *al.*

Ⓘⓘ *additamenta notabiliora*: Ⓐ *ad determinandum actum sim.*: *per gen.*: CIC. Brut. 265 vitae ... gravitas et -s (SALL. Catil. 54, 2 *Catonis.* NEP. Phoc. 1, 1. QVINT. inst. 7, 2, 33 probi ... mores et ... v. -s. *al.*). APVL. apol. 66 morum (ARNOB. nat. 2, 11. *al.*). CYPR. epist. 9, 1 p. 489, 3 administrationis *papae* (NOVELL. Theod. 24, 3). 67, 1 p. 735, 14 pro fidei vestrae -e (laps. 2 f. tenacis -s. AVG. serm. 192, 2, 2 et pietatis. *al.*). *al.* *per praep.*: TERT. adv. Marc. 2, 9 p. 346, 20 ad -em a delicto. AVG. nupt. et concup. 2, 29, 51 tam magnum -is in fide perhibuit testimonium. Ⓑ *ad determinandam ipsam virtutem -is* (*per gen. defin.* [*inhaer.*] *sim.; ad originem cf. iuxtapos. p. 2085, 79 sqq., v. etiam p. 2084, 69*): FLOR. epit. 2, 6, 40 de virginitatis -e (RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 142, 19 AVG. serm. 192, 1, 1 VAL. CEM. hom. 17, 6 INSCR. christ. Diehl 4356 [*a. 381*]. *cf. l. 19*). APVL. apol. 3 pudoris (LEO M. epist. 12, 8). ARNOB. nat. 6, 19 simplicitatis. TRACT. Pelag. 4 p. 82 iustitiae. AVG. civ. 18, 4 p. 261, 21 D. castitatis (in euang. Ioh. 97, 4 IORD. Get. 160. LEX Visig. 3, 3, 1 virginitatis aut c.). LEO M. epist. 106, 1. CONC.S II 4 p. 60, 1 continentiae. RVSTIC. CONC.S I 4 p. 62, 15 pietatis (*gr. I 1, 3 p. 38, 28* *τὸ ἀκριβές*).

2 *rerum*: **a** *corporalium*: *sub specie saporis vel puritatis*: VITR. 8, 6, 11 propter saporis -em fictilibus *vasis* utuntur. CYPR. epist. 74, 10 p. 808, 12 aqua collecta eadem ... -e repraesentatur, qua de fonte proficiscitur. *usu vario*: COLVM. 8, 11, 9 illibatam ... -em *ovorum decidentium.* TERT. anim. 17, 2 remos in aqua inflexos vel infractos adseverat *visus* adversus conscientiam -is. AVG. civ. 20, 24 p. 468, 14 D. salvis ... superioribus *caelis* et in sua -e manentibus. 20, 30 p. 485, 7 calamo quassato perdita -e ... comparati sunt *Iudaei circumcisi.* CASSIOD. in psalm. 71, 6 ut in suis -bus perseverent *vellera.*

b *incorporalium*: *α spectat ad puritatem aut rectitudinem sermonis* (*per metonymiam de ipso sensu genuino e. g. l. 38*): CIC. Brut. 132 incorrupta ... Latini sermonis -s (*cf.* ALC. AVIT. epist. 57 p. 86, 22 latinitatis). 284 sanitatem ... et -em *orationis* (DIOM. gramm. I 467, 14 deformant o. -em). opt. gen. 12. DON. Ter. Hec. 770 magis ... consuetudine dictum ... quam -e. CLAVD. DON. Aen. 2, 430 p. 206, 28 pronuntiationis (p. 207, 11). 5, 345 p. 461, 14 verborum. PS. RVFIN. praef. in proph. p. 961A elocutionis (in Ioel praef. p. 1034). AVG. cons. euang. 2, 80, 157 p. 265, 4 *et* 26 locutionis (doctr. christ. 2, 13, 19 quid est ... -s l. nisi ... consuetudinis conservatio ... ? 4, 3, 5 qua *arte grammatica* discitur l. -s). doctr. christ. 3, 3, 7 loquendi ... -s litterata (*opp.* consuetudo vulgaris). ord. 2, 12, 36. *β spectat ad veritatem doctrinae, fidei sim.* (*in meton. l. 46. 52*): TERT. adv. Marc. 5, 13 p. 619, 19 de ... instrumenti (*i. scripturae sacrae*) -e. monog. 2, 4 dicente ... -e praedicationis. praescr. 38 l. 10 doctrinae. spect. 20 p. 21, 23 veritatis -s et ... disciplinae plenitudo (ARNOB. nat. 6, 19 SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 128, 6). HIL. trin. 2, 22 fidei ... -em *euangelica auctoritas commendat* (CONSVLT. Zacch. 2, 16 p. 85, 5. LEO M. epist. 28, 1 CONC.S II 2, 1 p. 24, 18 [*gr.* *τῆς ὑγιοῦς πίστεως*]. 45, 1 *ibid.* II 4 p. 24, 9 [*gr.* *τὸ ἀκέραιον*]. *al.*). AMM. 31, 5, 10 fida. TRACT. Pelag. 4 p. 80 nec quid homines loquantur, sed quid legis -s habeat ... agnoscere cupiamus. EPIST. pontif. 761 Schwartz p. 156, 21 (*opp.* error). LEO M. epist. 29 CONC.S II 4 p. 9, 28 Christianae confessionis -s (*opp.* erroris pravitas). 104 *ibid.* p. 55, 14 ecclesiae (*gr. II 1, 2 p. 59, 4* *καθαρότης*. 105 *ibid.* p. 58, 33. *et saepe*). RVSTIC. CONC.S I 4 p. 79, 27 dogmatum (*gr. I 1, 7 p. 84, 17* *ἀκρίβειαν*. CONC.S I 3 vers. Tur. p. 5, 6 pro rectitudine et -e d. [*gr. I 1, 1 p. 12, 1* *ὀρθότητι καὶ ἀκριβείᾳ*]. FACVND. defens. 9, 2 p. 745A). *al.*

B *de statu non diviso*: AVG. serm. 218, 9, 9 unitatis -em (*alludit ad tunicam inconsutilem* [*Ioh. 19, 23*]). CASSIOD. in psalm. 109, 3 quibus *quaerentibus deum patrem* ait -s *sc. Christus*: 'qui me videt, videt et patrem' (*Ioh. 14, 9*).

II *pertinet (magis) ad quantitatem plenam* (-s universa *l. 80*, omnis COD. Theod. 1, 32, 3, 1; universi -s *l. 72. iuxta* plenitudo *l. 77*):

A *de ambitu, amplitudine, spatio sim.*: **1** *corporaliter*: COLVM. 8, 6, 2 -em ovorum *in muria deficientem* (*antea*: minuit *sal* ova, nec sinit plena permanere). ARNOB. nat. 2, 37 ad consummandam molis (*i. mundi*) ... -em partem ... conferunt homines (*cf.* 2, 59 rerum). CHALC. comm. 45 limma ... est, cum aliquid deest -i. ANON. de mach. bell. 16, 2 in formam pontis adsociata partibus explicatur -s. AVG. civ. 19, 6 p. 383, 32 D. omnis pars ad universi, cuius pars est, -em refertur. *al.* MACR. somn. 2, 14, 8 pars movetur quiescente -e. SIDON. epist. 3, 5, 2 fundi. CASSIOD. var. 1, 10, 2 aliquid de ... -e *solidorum* subducere (*antea*: integri ponderis solidos). GREG. TVR. stell. 16 crescit *luna* ad -em.

2 *incorporaliter*: APVL. Plat. 2, 19 adprobationis -s et modus. TERT. pudic. 17 p. 257, 15 -em et plenitudinem disciplinarum (*opp.* ex parte). AMBR. in psalm. 118 serm. 1, 2, 2 doctrina sine vita -em non habet. MACR. exc. gramm. V 623, 18 *verbi non contracti.* somn. 2, 17, 17 universa philosophiae -s. VICTOR. pasch. chron. I p. 681, 7 quaestionis. BOETH. mus. 1, 6 p. 194, 6 multiplicitas omnis in -e se continet *unius numeri* (*postea*: totum *numerum*). *al.*

B *de numero*: ANON. de mach. bell. 5, 5 de summa -is *exercitus* (*ibid.* -s ... manebit exercitus). RVFIN. Orig. in gen. 5, 6 p. 65, 6

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

actuum. Avg. enchir. 16, 62 civitatis (*i. civium*). in psalm. 94, 14 saeculorum (*postea*: numerum). Cassiod. in psalm. 2, 8 (9) omnium creaturarum . . . -s. Lex Burg. extr. 21, 12 medietas *fundi* cum -e mancipiorum.

integritūdo, -inis *f.* *ab* integer. *i. q. integritas, probitas*: Edict. imp. (*Traiani?*) Vlp. dig. 29, 1, 1 pr. animi . . . -em ('aegritudinem?' *Mommsen*) erga optimos fidelissimosque commilitones.

integro, -āvī, -ātum, -āre. *ab* integer. *formae perf. breviores*: -vere: Liv. 9, 43, 17 Cvrt. 10, 6, 4. -asse: Cael. Avr. chron. 4, 3, 29. *de notione*: Pavl. Fest. p. 12 -are . . . et adtegrare minus factum est in statum redigere. Non. p. 126, 32 -are: redintegrare (Gloss.). Char. gramm. p. 473, 4 B. instauro, -o. Gloss. -o: ὁλόκληρον ποιῶ. *cf. etiam l. 57.* *legitur singulis locis ap.* Pacvv., Accivm, Sisennam, Cic., Lvcr., Verg., *saepius ap.* Liv. *et passim ap. posteriores.* [*hisp. et port.* entregar '*tradere, exhibere*', *neoprov.* entregá '*levare*'. *R.*] [*in codd. confunditur* -are *c.* iterare, -tus *c.* ingratus, integer. *falsa ut vid. var. l.* -ti *pro* ingravati Nicet. vigil. 9.]

i. q. de integro creare (agere) aut integrum reddere, efficere (*vigente fere ubique notione [in] statum priorem restituendi, restaurandi, renovandi sim. [per abund.* Stat. Theb. 11, 329 iterum . . . -ta resurgit. *cf.* -are novum *l. 48,* novitate Arnob. nat. 3, 38, novando *l. 63]. acced. dat. e. g. l. 29. 30. 40. 41,* ad *l. 69. p. 2088, 17. nota paronomasiam* integer -at *l. 75*):

I *-antur evanida, deperdita, deleta sim.* (*v. etiam infra l. 66*): **A** *incorporalia*: Pacvv. trag. 111 (*loquitur Chryses*) cesso inimicitiam -are? (*cf.* Flor. epit. 4, 10, 1 -ta amicitia. Clavd. Don. Aen. 7, 545 p. 83, 10 dissipatam pacem [*postea*: in integrum revocare]). Stat. Theb. 5, 30 vulnera (*i. dolorem*). Apvl. met. 2, 17, 5 voluptatem. Itin. Alex. 34 usum ratium . . . sibique pecorique. Paneg. 9, 19, 4 *antiquorum* temporum statum. Symm. epist. 4, 4 aliis tributus, aliis -tus est honor (*cf. 4, 4, 2* honorem restituere). 4, 65 -tum mihi . . . pignus religionis. or. 8, 3 de . . . -to natalium (*i. generis*) splendore (*antea*: recuperandi). *ap. iurisconsultos*: Papin. dig. 27, 3, 8 tutelam pristinam. 29, 5, 21, 1 -to iure. Cod. Iust. 9, 51, 8 (*a. 321*) dominium prius. **B** *corporalia*: Itala Dan. 9, 25 (Tert. adv. Iud. 8 l. 31) -ando et aedificando Hierusalem (*gr. aliter, Vulg.* ut iterum aedificaretur). Comm. apol. 144 -atur homo *mortuus* (*resuscitando ut*: Pavl. Nol. carm. 22, 145 -at *Christus* . . . putres vita remeante sepultos). *recuperando vel reddendo*: Itin. Alex. 19 Alexander Palaestina sibi -ta ire Aegyptum destinat. Ivl. Val. 3, 34 -tae nurus . . . laetitia. Optat. app. 9 p. 213, 25 vitae aeternae correctis erroribus suis -ari. Symm. epist. 4, 19, 2 -ta . . . bona . . . auctione . . . detrahentur. Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 28 tit. in omnia elementa . . . corporibus resolutis iterum ex communi proprium singulis -ari (*gr.* ἀποσωθῆναι).

II *-antur intermissa, interrupta sim.*: **A** *usu communi*: Sisenna hist. 89 ultro citroque -ant in oppido caedem (Liv. 9, 43, 17). Liv. 3, 70, 6 ne quis reveheretur . . . ad proelium aut -ret pugnam (6, 24, 4. 7, 7, 8 novam. *cf.* 10, 20, 14 proelium . . . iam profligatum [Amm. 16, 12, 37]. Sil. 12, 680 acies [Amm. 16, 12, 39]. Stat. Theb. 8, 656 bellum [*var. l.* iterabat]). 5, 25, 11 seditionem. 28, 15, 10 -ta (*var. l.* integra) fuga. Stat. Theb. 6, 42 -to . . . clamore. Apvl. apol. 3 peccatum . . . confidentius -at ac iam . . . quo saepius eo apertius delinquit. Avell. p. 58, 13 ne . . ., quod definitum fuerit, -etur. *de affectibus*: Liv. 1, 29, 5 lacrimas (*cf.* Pavl. Nol. carm. 18, 341 planctum). Cvrt. 10, 6, 4 luctum. Apvl. met. 2, 31, 1 cachinnum. **B** *acced. vis frequentativa*: Verg. georg. 4, 515 miserabile carmen -at *philomela* (Serv.: renovat). CIL VIII 251, 6 (*saec. III*) iugiter et fletum et gemitus. Ambr. exc. Sat. 1, 76 l. 6 dies noctesque maerorem -at (*var. l.* iterat. *postea*: fletum . . . renovat . . . lacrimarum ubertatem instaurans).

III *-antur utcumque debilia*: **A** *invalida, corrupta, vitiata sim.* (*cf.* Tert. resurr. 12 p. 41, 13 ut -et, vitiat): **1** *pertinet ad res*: Acc. trag. 124 ut mea ope opes Troiae -em. Lvcr. 2, 1146 omnia (*sc. rerum naturam*) debet . . . cibus -are novando (*postea*: fulcire, sustentare). Avg. vera relig. 33, 62 remum (*opp.* frangi). **2** *pertinet ad animantes* (*per prosopopoeiam ad dolorem l. 70*): **a** *reficiuntur vires animi vel corporis* (*transit ad usum sub I descriptum e. g. l. 70. 72. 74*): Cic. inv. 1, 25 animus defessus audiendo aut admiratione -atur aut risu novatur (Homer. 615. Gell. 15, 2, 5 modicis . . . inter bibendum remissionibus refici -arique animos ad instauranda sobrietatis officia). Sen. Med. 672 vim . . . praeteritam -at *dolor* (Itin. Alex. 25 levati insecutore -ant *Scythae* vires). Avson. 403, 7 p. 235 P. post infaustas vigor -tus habenas (Symm. epist. 1, 45, 1 animi [Clavd. Don. Aen. 3, 55 p. 272, 6]. Amm. 17, 12, 3). Symm. epist. 6, 20 sanitatem. Pavl. Nol. epist. 23, 13 -atur *spiritus sicut Samson restituta coma.* Avg. serm. 104, 6 manens integer -at *nos cibus caelestis.* Cael. Avr. chron. 3, 7, 87 omnium partium motus . . . ac totius corporis -at exercitium. 4, 3, 29 virtutem *corporis.* **b** *reficitur incolumitas corporis* (*sub specie morum l. 80*): Tac. hist. 4, 81, 2 elapsos in pravum artus. Ps. Cypr. tract. 22 ⟨ne⟩ adolescentis iniquitatis secta . . . corpus expurgatum et -tum perdat (*in imag. sicut* Pavl. Nol. epist. 5, 15 -to c. *vulnerato*). Greg. Tvr. Mart. 4, 30 p. 657, 8 inluminare caecos ac debiles -ari (*postea*: redintegratum).

B *defectiva, non plena sim.* (*cf.* -are plenum *sim. p. 2088. 10. 14. 20. 29*): **1** *supplendo, addendo*: **a** *c. obi. rei non plenae*: **α** *usu communi*: Lvcr. 1, 1032 avidum mare fluminis undis. Stat. silv. 5, 3, 22 *lunam* (*opp.* minuat). Avg. enchir. 22, 85 (*de fetu abortivo sine debilitate resurrecturo*) -etur, quod nondum erat integrum. Mart. Cap. 8, 839 duodecim signorum -at *zodiacus* portiones. *in imag. et translate*: Itin. Alex. 46 sub fine Alexandro Persarum imperium -tum est. Ter. Mavr. 1683 post tres pedes reperta *syllaba* nomen -at (*affert Verg. Aen. 2, 2.* Mar. Victorin. gramm. VI 65, 22 s. . . . sensum . . . coli -at). Clavd. Don. Aen. 10, 5 p. 291, 3 iungendum est cetera, ut -etur narratio (11, 600 p. 508, 21. *cf.* Sedvl. epist. 2 p. 172, 17 [*de libris*] -are non plena [*postea*: quae defuerant primis *libris*, addita sunt secundis]). Avg. catech. rud. 21, 13 ut . . . figura *mystica prophetae* -retur, facta est in Ierusalem restitutio templi dei. epist. 112, 2 -antur *benefacta* intima veritate (*antea*: maiores melioresque fiunt). c. Faust. 19, 27 p. 529, 18 ut . . . semiplena . . . -retur *lex.* Lavrent. eleem. p. 116C repara quod amisi, . . . -a quod minoravi. **β** *sub specie numeri*: Apvl. met. 7, 4, 3 *ut* ad pristinae manus numerum . . . cohortis facies -retur. Pavl. sent. 2, 15, 3 si minoris vendiderit, . . . pretii summa poterit -ari. Itin. Alex. 35 equorum numerum (Ps. Ambr. serm. 31, 3 [*opp.* minoratus]. *cf.* Mart. Cap. 7, 734 decas . . . plena . . . -atur). Pacian. paraen. 1 p. 100 -to (*per prolepsin*) gregi referens peccatricem *ovem.* Avell. p. 602, 14 -ari membra sua . . . sperat ecclesia *haereticis restitutis.* **b** *c. obi. rei addendae*: Ps. Avg. serm. 96, 2 quod natura non dederat, Christus artifex -vit (*antea*: formavit).

2 *conficiendo, exercendo sim.*: Arnob. nat. 1, 33 si . . . quirent *arbores, glaebae sim.* . . . verborum articulos -are *eqs.* (*cf.* 2, 25 discit . . . verba psittacus et -are et nomina rostris exprimere). 2, 15 virtutum omnium servamus atque -amus tenorem. 3, 38 quonam modo . . . religionis potestis -are vim plenam, cum circa ipsos erretis deos. Comm. instr. 2, 27, 4 (*ad diaconos*) -ate locum vestrum (*antea*: exercite). Mart. Cap. 3, 253 *litterae q. e. k* effectus c *litteram* -are (*cf. Mar. Victorin. gramm. VI 195, 20* locum . . . explere). Cael. Avr. chron. 4, 3, 74 cycli partes.

C *disiuncta*: Avson. 350, 2 p. 206 P. sparsa colligere et -are lacerata *in centone.* Clavd. Don. Aen. 12, 505 p. 611, 30 -emus, quod interposita diviserunt.

deriv.: integrasco, integratio.
compos.: adintegro (?), deintegro, redintegro.

intēgulātus, -a, -um. *ab* in *et* tegula. *i. q. tegulis stratus*: Avg. in psalm. 128, 11 fenum tectorium herba est, quae nascitur in tectis, in solario -o.

integumentum, -ī *n.* *ab* integere, *cf.* tegumentum. *forma q. e.* integimentum *servatur in var. lectione e. g. ap.* Plavt. Bacch. 601 *BC* (*?D*). Cic. p. red. in sen. 16 *PGE¹*. Ambr. Iob 3, 4, 10 *BP¹D.* Heges. 3, 24, 1 p. 229, 23 (*praeter Z*); *sola, quantum editorum notis confidere licet, legitur ap.* Fest. p. 305 Ps. Apvl. Ascl. 8 Ambr. Isaac 4, 37 p. 664, 3. 6, 35 p. 679, 18. *al.* integmentum Hil. trin. 10, 55 *in var. lectione et* Ambr. epist. 2, 15 *in ed. Amerbach. a. 1492.* Gloss. IV 98, 47 -is: opertoriis. *dub.* IV 98, 39 (= V 212, 44. 461, 31) inoperimentis *et* V 212, 45 inopertoriis (*Goetz ubique* in teg-: in oper-). [*in codd. variat c. simpl.* teg- *passim (infra non adnotavi)*. *contextu suspecto*: Liv. 40, 59, 8 (= Obseq. 7) lanx (*trad.* lana, *corr. Cuper,* laena *Scheffer*) *Iovi apposita* . . . cum -is (intrimentis *Oudendorp,* legumentis *vel* leguminibus *Giltbauer*) . . . decidit de mensa (*cf. Madvig, Emend. Liv. 590*).]

fere i. q. tegumentum, operimentum, velamentum (*maxime in imag. aut per allegoriam;* -o contegere *l. 72;* -o esse *alicui l. 68. 74*):

1 *usu vario*: **a** *de praesidio, munimento sim.* (*c. dat. l. 62, cf. l. 61*): Plavt. Bacch. 601 (*loq. parasitus*) illius sum -um corporis (*sim. de hominibus*: 602 [*Pistoclerus ad parasitum*] nequam esse oportet, cui tu -um . . . es. 605 [*idem ad eundem*] tu, -um, vale). Trin. 313 (*loq. Lysiteles*) istaec ego mi semper habui aetati -um meae. Ambr. Isaac 4, 37 p. 664, 3 hoc -o (*de petra, cf. p. 2089, 6*) animae . . . indutae iam nudae non sunt (*antea*: praesidio passionis, fidei munimento, *postea*: praemunitio). Noe 2, 3 munit et vestit *naturae bonum homines* velut quibusdam -is . . ., quae sunt salus, valitudo, bona *eqs.* (*postea*: muniti). off. 1, 35, 177 suis lacertis magis quam alienis -is nititur *virtus.* Heges. 3, 24, 1 p. 229, 23 aliis . . . arma oneri sunt, nobis -o.
b *de tecto*: Liv. 10, 38, 12 -o consaepti. Ambr. Iob 2, 5, 20 stillicidiis umescebant montium et, quia -um deerat, petra sese operiebant.
c *de vestimentis et inde de ipso corpore*: Ps. Apvl. Ascl. 8 mundano -o contegeret *deus hominem* ([*postea*: texit eum corporea domo]. *sim. de corpore humano*: Ambr. Isaac 4, 16 p. 653, 10. *cf. p. 2089, 9*). Ps. Avr. Vict. orig. 13, 1 eis -o erant *pelles.* Ambr. epist. 2, 15 sine -o in hoc mundo nascimur. Isaac 6, 55 p. 679, 18 (*postea*: operimento).
d *de quolibet velamento, involucro sim.*: Cic. Cael. 47 ut . . . tenebras atque . . . flagitiorum -a non quaerat *mulier.* de orat. 1, 161 ornamenta . . . ingenii per quaedam involucra atque -a perspexi. Fest. p. 305 (*de supercilio*) -um oculi. Avg. in psalm. 8, 1 ut fructus ab -is purgentur (*cf. ibid.* -is . . . id est paleis . . . exuuntur *frumenta*). Mart. Cap. 5, 470 (*de causae ductu figurato*) significatione alia atque -is vestita.

2 *c. gen. definitivo*: Cic. p. red. in sen. 16 frontis . . . -o ad occultanda . . . flagitia . . . uti (Pis. 12 nequitiam f. involutam -is nondum cernat). de orat. 2, 350 evolutum . . . -is dissimulationis. Ps. Orig.

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tract. 10 p. 105, 14 allegoriae -is obvoluta *verba* (16 p. 169, 6). AMBR. Iob 3, 4, 10 ne amitteret -a virtutis (parad. 13, 62). AVG. in psalm. 83, 1 exuitur carnalium desideriorum -is quasi vinaciis. serm. coll. Morin p. 293, 12 remotis -is veterum (*i. veteris testamenti*) promissorum. *corporaliter*: ITALA cant. 2, 14 (Ambr. Isaac 4, 37 p. 664, 1) secura -o petrae (*gr. ἐν σκέπῃ τῆς πέτρας, Vulg. aliter*). HIL. trin. 10, 55 (*in imag.*) pullos ... pennarum -o obumbrare. AMBR. Iob 3, 4, 10 quaerit *Adam* -a foliorum. in psalm. 118 serm. 14, 9 p. 303, 15 ut ... non operiatur -o corporis (spir. 3, 33). *Kuhlmann.*

intellēctibilis, -e. *ab* intellegere. *i. q. qui (solo) intellectu percipitur* (*distinguitur* intellectualis *l. 19. 20,* intellegibilis *l. 22. 28*): 1 *n. pro subst.* (*sing. l. 19; sibi ipse vocem finxisse visus est* BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 3 p. 8, 13 νοητά, ..., quoniam Latino sermone numquam dictum repperi, -ia egomet mea verbi compositione vocavi): CANDID. gen. div. 11 p. 13, 4 W. corporum aut incorporum, -ium aut intellectualium, intellegentium aut intellectorum *eqs.* MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 24 p. 1057^{D} -ium et hylicorum. 4, 2 p. 1114^{C} in supernis aeternisque, id est in -bus atque intellectualibus. gen. div. verb. 7 p. 19, 18 W. (*sing.; disting.* intellectuale). *ibid.* -ia sunt ea, quae *eqs.* (*disting.* intellectualia). EVSTATH. Basil. hex. 1, 5, 2 (*Migne gr. 29, 13^{A} νοητῶν*). BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 3 p. 8, 8 (*disting.* intellegibilia *ut*: p. 9, 3). p. 9, 5. 2 *alia*: FILASTR. 150, 2 haec rationabilia sunt et -ia ... nuntiata (*de allegoria*). EVSTATH. Basil. hex. 1, 2, 13 lumen ([*Migne gr. 29, 9^{A} νοερόν*]. 1, 5, 2 [*gr. p. 13^{A} νοητόν*]). BOETH. categ. 1 p. 183^{D} substantiae (in Porph. comm. pr. 1, 3 p. 9, 2). in Porph. comm. pr. 1, 3 p. 8, 11 unam speculativae partem (p. 8, 20 *disting.* intellegibilis).

intellēctio, -ōnis *f.* *ab* intellegere. interl- *l. 38.* GLOSS. νόησις. intellectus. [*dub. trad. pro* iniectionem (*vel* interiectionem) CAEL. AVR. acut. 1, 10, 75. *e coni. pro* interiectione *vel* interfectione TERT. uxor. 2, 6 l. 14.]

i. q. actus intellegendi: 1 *de interpretatione*: RHET. Her. 4, 33, 44 -o est, cum res tota parva de parte cognoscitur *eqs.* (*i. synecdoche*). TERT. nat. 2, 12, 22 quid sibi vult -o ista? PRISC. gramm. II 408, 16 veram. 2 *de officio oratoris* (*cf.* νόησις, *v. Lausberg, Hdb. d. liter. Rhet. § 97*): SVLP. VICT. rhet. 4 p. 315, 7 *officia oratoris sunt* tria: -o, inventio, dispositio (*seq.* intellegere ..., cuiusmodi causa sit). *cf. fortasse* GLOSS. II 519, 6 interlectio ὁ στοχασμός.

intellēctīvus, -a, -um. *ab* intellegere. *i. q. in intellectu positus,* θεωρητικός: PRISC. rhet. 11, 32 p. 559, 23 nominaverunt ... quidam has *quaestiones* activas, illas inspectivas sive -as. BOETH. anal. post. 1, 1 p. 711 omnis doctrina et omnis disciplina -a (*Aristot. 71a 1 διανοητική*).

ˣ**intellēctor,** -ōris *m.* *ab* intellegere. *i. q. qui (bene) intellegit* (*pro adi. v. l. 63*): ITALA Dan. 12, 10 (Iren. 1, 19, 2. *al.*) -es intellegant (*gr. LXX οἱ διανοούμενοι, Theodot. νοήμονες, Iren. οἱ συνιέντες, Vulg.* docti. *inde* IREN. *l. c.* et seipsos esse albos et -es [*gr.* εὐσυνιέντας]). IREN. 3, 21, 2 (= 3, 24, 1 H.) perfectiores scripturarum -es et utriusque loquelae ([*gr.* ἐμπειροτάτους]. AVG. c. Adim. 15 p. 155, 12 utriusque s. venerator et -r). AVG. doctr. christ. praef. 9 -em alium non requirat, per quem sibi quod opertum est retegatur (in euang. Ioh. 24, 6. FACVND. defens. 9, 3 p. 752^{C} non ... ingeniosum -em, sed ... lectorem non fastidiosum. *cf.* AVG. in psalm. 34 serm. 1, 8 desiderant. 95, 1 quaerit [serm. 252, 1, 1 (*inde* MAX. TAVR. serm. 107 p. 743^{B}). FACVND. defens. 11, 2 p. 802^{B}]). epist. 148, 15 p. 345, 4 talis ego sum in scriptis aliorum, tales volo esse -es meorum. c. Iulian. 6, 23, 7 o acutum -em, o divinorum eloquiorum egregium tractatorem! c. Iulian. op. imperf. 1, 67 catholicos -es apostoli. in psalm. 72, 6 -es regni caelestis. 144, 10 serm. 136, 4 legis doctores, legis -es (153, 2, 3). IVLIAN. Aug. c. Iulian. 4, 16, 80 verum -em operis dei. EPIST. pontif. 611 Schwartz p. 39, 10 Nicaeni concilii ... -es expositoresque eruditiores. CASSIOD. Clem. Alex. adumbr. 3 p. 212, 3 *bis* (*gr.* γνωστικός). *al.* *pro adi.*: ITALA prov. 29, 7 (Ps. Aug. spec. 10 p. 361, 8) impius non intellegit scientiam et inopi sensus non est -r (*gr.* ἐπιγνώμων).

[**intellēctuābiliter** *v. p. 2090, 39.*]

ˣ**intellēctuālis,** -e. *ab* 1. intellectus. [*dub.*: APVL. Plat. 1, 3 (*in distinctione philosophiae naturalis, rationalis, moralis; v. Hildebrand ad l.*).]

i. q. ad intellectum pertinens: 1 *de eis, qui intellegunt, eorumque facultatibus sive actionibus* (*disting.* intellegibilis *l. 82. p. 2090, 5* [*sed v. p. 2090, 24; iuxta pos.* MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 9 p. 21, 9 W.], spiritalis *l. 81; opp.* sensualis *ex. gr. l. 76. 77; pro subst. l. 77. p. 2090, 9*): TERT. anim. 6, 4 sensus corporales et -es (CASSIAN. conl. 7, 12, 2. *cf.* RVFIN. Orig. princ. 1, 1, 9 p. 27, 10 genus *sensuum*). 18, 4 corporalium sensuum et -ium virium (18, 8 *opp.* sensualis). 18, 5 (*m. plur. pro subst.; opp.* sensualibus). 18, 8 animus (NEBRID. Aug. epist. 6, 2 *opp.* phantasticus). 24, 1 *animam* (MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 8 p. 20, 8 W. SERV. Aen. 5, 81 [*inter quattuor animas; cf. 8, 564 νοητική*]. AVG. civ. 10, 2 p. 404, 26 D. a. rationalem, sive potius -is dicenda sit. 10, 27 p. 444, 13 *disting.* spiritalem. PS. AVG. sent. 15 a. intelligibilis, quia intelligitur; -is, quia ... intelligit. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 234, 4 [*gr. I 1, 6 p. 153, 7 νοεράν, cf. I 5 p. 296, 37* intellegibilem]. *al.*). IREN. 1, 5, 2 (= 1, 1, 9 H.) caelos (*i. angelos; gr.* νοητούς). PHILIPP. in Iob 5 p. 630^{A} fame ... sive praesenti sive ... -i. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 4 p. 544^{A} oculo (VITAE patr. 5, 18, 3 p. 979^{C}. *al.*). Orig. princ. 2, 9, 1 p. 164, 11 rationabilium creaturarum vel -ium (*al.*). AVG. conf. 12, 15, 20 mens rationalis et -is (gen. ad litt. 12, 10 p. 392, 14 ut intellegibilis sit res ... quae solo intellectu percipi potest, -is autem m. quae intellegit. *al.*). HESYCH. in lev. 7, 16—20 p. 865^{C} rationalis et -is est homo. PS. SORAN. quaest. med. praef. p. 243, 16 *modus aphorismi* -is dicitur eo quod intellectu ... aegritudines ... considerat. *al.* *n. sing. pro subst.*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 13, 2 p. 446, 22 *iuxta* cogitatorium. AVG. anim. 4, 22, 36 p. 414, 14 mentem ... nisi rationale et -e nostrum dicere non solemus. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12 p. 363^{D} hoc -e hominis (*gr. p. 160^{D} νοερόν*).

2 *de eis, quae (solo) intellectu percipiuntur* (*disting.* intellectibilis *v. p. 2089, 11*): TERT. anim. 9, 2 *animam* effigians -bus formis. adv. Val. 32 p. 208, 3 spiritus (IREN. 1, 7, 1 [= 1, 1, 12 H.; *gr.* νοερά]. *al.*). HIER. epist. 124, 14, 3 -em ... rationabilemque naturam (*al.*). RVFIN. Adamant. 3, 4 p. 119, 29 (*gr.* νοητά; *opp.* sensibilia et corporalia). AVG. conf. 12, 9, 9 creatura (*al.*). MART. CAP. 2, 202 empyrio quodam -ique mundo (2, 203 *opp.* sensibilis). *al.* *n. pro subst.* (*plur. praeter l. 24. p. 2089, 19*): TERT. anim. 18, 1 *opp.* corporalibus. 18, 6 differentiam sensualium et -ium. CANDID. gen. div. verb. 7 (*cf. p. 2089, 16. 18*). RVFIN. Orig. princ. 1, 1, 5 p. 20, 20 -bus, id est incorporeis. AVG. gen. ad litt. 12, 10 p. 392, 23 -e et intellegibile sub eadem significatione appellamus. *al.* *pressius de eis, quae sensu allegorico accipienda sunt*: CASSIAN. conl. 1, 22, 2 -is ... bestia, vel leo vel draco. 5, 22 in -i Aegypto (*cf.* CASSIAN. conl. 21, 28, 3 -es Aegyptii). 12, 11, 2 -is ... Iacob, id est subplantatoris. inst. 12, 22 -bus Syris, id est nequitiis spiritalibus. VEREC. in cant. 1, 5 p. 3^{b} 38 -is ... equus (*postea*: spiritalem ... Pharaonem). 1, 11 p. 6^{b} 7 -is est profunditas carnalis conversatio. 2, 2 p. 10^{b} 11 -es pecudes, sine dubio daemones. CASSIOD. in psalm. 68, 24 p. 486^{B} utriusque legis -is epulatio. GREG. M. moral. 35, 36 p. 770^{A} -e ... animal (*postea*: in his animalibus ... fidelium universitas designatur). *al.*

adv. ˣ**intellēctuāliter.** *i. q. ratione intellectuali*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 26 p. 1059^{D} intelligibiliter ... erat et -r λόγος *ante incarnationem*; sensibiliter autem et incarnaliter tunc manifestatus est (CLAVD. MAM. anim. 2, 5 p. 117, 17 esse hos *numeros* in corpore visibiliter, in anima -r [intellectuabiliter *var. l.*]). AVG. gen. ad litt. 1, 9 p. 13, 21 -r ... inpressas ... rationes, tamquam intellegibiles locutiones. 12, 11 p. 393, 4 (*ad Matth. 22, 39*) corporaliter litterae videntur, spiritaliter proximus cogitatur, -r dilectio conspicitur. CASSIAN. conl. 6, 10, 1 virtutem ... -r possidere. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 237, 43 carnis ... animatae -r ([*gr. I 1, 6 p. 159, 14 νοερῶς, cf. I 5 p. 300, 36* anima rationali]. p. 239, 30 [*gr. I 1, 6 p. 162, 14 νοερῶς, cf. I 5 p. 302, 32* rationabiliter]). BOETH. trin. 2, 17 in naturalibus ... rationabiliter, in mathematicis disciplinaliter, in divinis -r versari oportebit. VEREC. in cant. 2, 38 p. 37a 11 apostoli sagittae -r nuncupantur. 4, 2 p. 51a 15 licet hoc de Iacob dictum sit, sed -r transfertur ad Christum (*aliter* 4, 12 p. 59b 24 hoc est 'transferre' non localiter, sed -r, mores ... commutare). CASSIOD. Didym. in Iud. 11 p. 94, 3 quia haec habeant -r falsi doctores. ISID. ord. creat. 10, 7 -r ecclesiae mysteria per haec designantur. *al.*

deriv.: intellectualitas.

intellēctuālitās, -ātis *f.* *ab* intellectualis. *i. q. facultas intellegendi, intellectus*: TERT. anim. 38, 6 animae ... habenti ... rationalitatem sensualitatem -em.

intellēctuāliter *v. l. 35.*

intellēctum, (-ī) *n. v. l. 72.*

intellēctuo, -āre. *ab* 1. intellectus. [*e coni.*: MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 7 p. 20, 1 W. ὁ νοῦς intellectualem potentiam animae inlustrat et inluminat et invultuat (-at *ed. Basil.*) ac figurat.] *i. q. intellectu instruere*: AVG. in psalm. 118 serm. 18, 4 (*ad psalm. 118, 73* da mihi intellectum, *gr.* συνέτισόν με) si quemadmodum dici potest a sanitate sanare te, ita dici posset ab intellectu -are te. *ibid.* intellectum dare homini et quasi, ut ita dicam, -are hominem.

intellēctuōsus, -a, -um. *ab* 1. intellectus. GLOSS. IV 565, 60 sententiosus, -us, integre iudicans. [*in var. l.*: ROMVL. epist. Aesop. 12 rec. gall. intellegenti (-o *M*).]

1. ˣ**intellēctus,** -ūs *m.* (intellectum *n. v. l. 72*). *ab* intellegere. *inter subst. IV^{ae} decl. affert* PS. ASPER gramm. suppl. 44, 14. *de formis*: *nom. sing. neutr.* -um ITALA IV Esdr. 10, 30 (*pars codd.*). *dat.* -ui *inde a* VITR. 2, 1, 9, -u DIDASC. apost. 6, 7. BOETH. in Porph. comm. sec. 2, 3 p. 176, 2 (*cod. G*). CASSIOD. var. 7, 28, 1 (*codd. praeter A*). *abl.* -o ITALA Luc. 2, 47 (cod. d). ORIBAS. syn. 8, 1, 3 La. *plur. saepius inde a* QVINT. inst. 3, 8, 2 (*v. maxime sub II*). *de notione*: DIFF. Suet. p. 290, 5 Reiff. sensus naturalis est, -s in rebus obscuris (*inde* DIFF. gramm. suppl. 278, 1. *cf.* ISID. diff. 1, 497 sensus ad naturam refertur, -s ad artem [*similiter* DIFF. ed. Beck p. 82, 10]). CHALC. comm. 342 *Plato* -um adpellat ... motum animi comprehendentem. AVG. in psalm. 32, 2 serm. 2, 22 occultus visus -s vocatur. GLOSS.^{L} II Philox. IN 580 -um: νοῦν, διάνοιαν. GLOSS. νόημα. νόησις. σύνεσις. αἴσθησις. *de usu vocum q. s.* -s *et* intellegentia (*priore numero notantur exempla vocis q. e.* -s, [*Lumpe*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

altero alterius): TER. *0:1*, RHET. Her. *0:1*, CIC. *1? (v. l. 4)*: *65*, VARRO *0:1*, VITR. *2:0*, VELL. *1:0*, VAL. MAX. *1:0*, SEN. *philos. 16:0*, PLIN. *21* (nat.): *1* (dub. serm.), QVINT. inst. *53:2*, decl. *8:0*, TAC. *6:0*, PLIN. epist. *0:2*, VVLG. *62:28*. [*dub.* CIC. inv. 2, 22 hoc -u (-o *J*, *Mar. Victorin., fort. recte*). NOVATIAN. cib. Iud. 3 p. 230, 10 (-o *Gelenius, fort. recte*).]

I *i. q. actus vel facultas intellegendi: opponitur perceptio sensuum e. g.* SEN. epist. 124, 1 *opp.* sensu (TERT. anim. 18, 6 *et saepius in eodem capite.* FILASTR. 100, 4 AVG. util. cred. 13, 28 p. 36, 11. *et saepe. subtilius distinguit* TERT. anim. 18, 7). QVINT. inst. 8, 2, 6 *opp.* auditu (TERT. resurr. 37 p. 79, 14. *al. cf. et p. 2092, 48*). 10, 1, 14 *opp.* visu oculorum (APVL. Socr. 1 p. 116 RVFIN. Clement. 2, 51. *al.*). HIER. hom. Orig. in Is. 6, 3 p. 273, 24 *opp.* oculos (AVG. in euang. Ioh. 47, 3. *al.*); *sed comprehenditur perceptio sensuum e. g. infra l. 22. 23. 24. 31; apud Eccl. opponitur vel distinguitur* fides *e. g.* TERT. bapt. 10 p. 209, 7 adv. Marc. 4, 19 p. 481, 21 AVG. epist. 137, 15. 194, 5, 21 in psalm. 118 serm. 18, 3 CONSVLT. Zacch. 1 praef. p. 8, 3. *al.*; *-s tribuitur bestiis e. g. infra l. 33. 35. 70 (arboribus infra l. 72), negatur e. g. infra l. 38.*

A *generatim*: 1 *exempla selecta*: a *praevalente notione actus*: VITR. 2, 1, 9 nulla materiarum genera . . . sine principiorum coetu . . . subici -ui possunt. 5, 2, 2 vox . . . -ui non poterit esse audientibus. PLIN. nat. 11, 280 neque . . . est -s ullus (*sc. veneni*) in odore vel sapore (*cf.* 31, 87 *de sapore*). QVINT. inst. 1, 1, 28 *in distinguendis litteris.* 11, 2, 37 sine manifesto -u (*cf.* GAIVS dig. 1, 2, 1 evidentiorem [PELAG. in Gal. 3, 16 p. 321, 8]. AVG. epist. 162, 2 liquidum certumque). TAC. dial. 19, 1 iudicio et -u. ann. 13, 38, 3 dissimulato . . . -u. SCAEV. dig. 17, 1, 16, 3 tacito -u (*sc. consentientium*). MIN. FEL. 18, 8 ad -um pectus angustum est. TERT. adv. Marc. 3, 6 p. 383, 31 vim -us ademptam. FAV. EVL. p. 14, 30 H. (= 21, 3 W.) quo facilior -s existat. PELAGON. 210 ventrem sine -u maiorem *iumentum* (*Hippiatr. gr. I p. 202, 7 ἀνεπαισθήτως*). EVSTATH. Basil. hex. 9, 3, 12 boves . . . perturbationem aëris naturali praesentientes -u (*gr.* αἰσθήσει). *al.*

b *praevalente notione facultatis*: SEN. epist. 121, 19 esse . . . illis *animalibus* -um (*tribuitur bestiis ut*: PLIN. nat. 9, 148 *spongeis.* 28, 19 *serpentibus.* 29, 106 *de muscis. cf.* QVINT. inst. 2, 16, 15 *loqui* magis deesse ceteris animalibus quam -um). nat. 1 praef. 10 siquis formicis det -um hominis (*negatur -s bestiarum ut*: QVINT. inst. 11, 2, 6. ITALA psalm. 31, 9 [Filastr. 100, 3, *cf.* VVLG.; *gr.* σύνεσις, *Hier. psalt. sec. Hebr.* intellegentia]. AVG. in euang. Ioh. 15, 19. *al.*). QVINT. inst. 1, 2, 28 maiora -u. TERT. paenit. 5, 5 -ui suo, id est dei dono. ITALA II par. 1, 10 (Complut.) sapientiam et prudentiam et -um ([*Vulg.* intelligentiam, *gr.* σύνεσιν *ut* 1, 11, *ubi Vulg.* scientiam]. GAVDENT. serm. 8, 34 G. VVLG. deut. 4, 6 Dan. 1, 20. BARNAB. 2, 3 [*gr.* σύνεσις]. *al. v. et p. 2092, 22*). Is. 52, 13 (Aug. cons. euang. 1, 31, 47) in -u erit puer meus (-um intellegit *var. l.*, *gr.* συνήσει, *Vulg.* intelliget). IV Esdr. 10, 29 -s meus alienatus erat. CHALC. comm. 339 -u . . . cum ratione (*cf. iuxtapos.* ratio: AVG. civ. 7, 3 p. 275, 24 D. BOETH. c. Eut. 2, 32. *al.*). AVG. epist. 149, 9 (*iuxta* memoria *ut*: serm. 52, 9, 21 trin. 4, 21, 30. *al.*). in euang. Ioh. 3, 4 in mente, in -u (15, 19. *al. cf.* in psalm. 42, 6 *mens* vocatur -s). *al.* *in serm. iur. de mente sive matura sive sana*: GAIVS inst. 3, 109 qui *pupillus* iam aliquem -um habet (PAVL. dig. 50, 17, 124 pr. *de muto*). PAVL. dig. 29, 2, 93, 1 si -u non careat *mutus* (MACER dig. 1, 18, 14 [*ex rescripto impp. Marci et Commodi*] ut continua mentis alienatione omni -u careat). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 160, 33 delirus est factus et perdidit -um.

2 *structurae et iuncturae notabiliores*: a *indicatur obi. intellegendi*: α *gen. obi.*: VELL. 1, 13, 5 manere adhuc rudem Corinthiorum *vasorum* -um (*syn.* prudentia). VAL. MAX. 5, 1, 11 humanitatis. SEN. benef. 1, 2, 5 extra -um atque aestimationem beneficii. 3, 17, 2 rei optimae ac dulcissimae (epist. 121, 19 aut salutaris aut mortiferae r. QVINT. inst. 2, 18, 1 LACT. inst. 6, 1, 10). dial. 7, 5, 1 felicitatis. 9, 3, 4 deorum (APVL. Socr. 3 p. 124 huius dei. IREN. 3, 10, 1 [= 3, 11, 1 H.] d. et domini. CYPR. epist. 63, 11 p. 710, 12. RVFIN. Orig. princ. 2, 11, 7 p. 192, 11 theoria et -s d. *al.*). epist. 53, 7 sopor . . . animum . . . altius mergit, quam ut in ullo -u sui sit (*aliter* 120, 13 fecit multis -um sui). 91, 15 sortis suae. 124, 8 boni ac mali (TAC. ann. 6, 36, 3 neque b. -s neque mali cura. TERT. paenit. 5, 5. *al.*). PLIN. nat. 2, 149 rerum naturae (PS. QVINT. decl. 8, 17 p. 161, 6). 8, 3 religionis ([*de elephantis*]. CYPR. idol. 7 p. 25, 1 verae). 8, 159 adhortationis et gloriae (10, 108 columbis inest quidam et g. -s). 10, 51 sapientiae (*de anseribus*). 11, 174 saporum. 13, 35 veneris (*de palmis*). 19, 171 acrimoniae. QVINT. inst. 1, 1, 15 disciplinarum. 2, 13, 10 artis. 11, 3, 39 spiritum . . . recipere sine -u morae. VLP. dig. 24, 2; 11, 2 vel tenuis -s . . . nolentis nuptam. APVL. apol. 66 peccatorum. TERT. bapt. 5 p. 204, 28 spiritalium. adv. Marc. 3, 16 p. 402, 9 sacramentorum. virg. vel. 11, 3 sui . . . sexus -um. ITALA Luc. 1, 77 (Iren. 3, 10, 3) salutis (*gr.* γνῶσιν, *Vulg.* scientiam). IREN. 1, 2, 1 (= 1, 1, 2 H.) in -um et desiderium exquisitionis patris sui adducere (*gr.* ἔννοιαν). RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 106, 9 -s herbarum pigmentorumque peritia. *al.*

β *praepos.*: de: ARNOB. nat. 3, 19 p. 125, 3 unus est -s de dei natura certissimus. CHIRON 132 de febricitantibus -s (*i.* διάγνωσις). PELAG. in I Cor. 14, 2 de his quae dicuntur accipit -um. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 161, 10 de his recipient -um. Orig. princ. 2, 7, 3 p. 150, 1 multi sunt -us de Christo. AVG. c. Faust. 22, 95 p. 702, 3 de his figuris . . . noster . . . -s vel ratio vel opinio. in psalm. 8, 2. BARNAB. 5, 3 de futuris non sumus sine -u (*gr.* ἀσύνετοι). CONC.^{S} II 3, 2 p. 129, 5 (*gr. II 1, 2 p. 129, 5* ἔννοιαν). CASSIOD. Didym. in I Ioh. 3, 2 p. 53, 15. 24. in: VVLG. III Esdr. 1, 33 -s eius in lege domini. AVG. catech. rud. 10, 13 -s . . . in penetralibus. NICET. spir. 18 p. 34, 3 in his plenus est sapientibus -s. γ *enunt.*: AMBR. Isaac 8, 69 p. 691, 7 qua . . . ratione . . . velit, -s manifestus est. HIER. in Is. 14, 20 p. 163^{A} difficilis -s est, quomodo . . . perdiderit. AVG. in psalm. 67, 27 de quibus dictum sit, non est facilis -s. δ *acc. c. inf.*: COD. Iust. 6, 25, 7 pr. cui . . . ferendus est -s . . . liberos . . . defraudari?

b *coniungitur c. synonymis sim. (fig. etym. infra l. 27)*: *per gen. synon.*: APVL. Plat. 1, 10 cogitationis. VVLG. Sirach 1, 4 prudentiae (*gr.* σύνεσις. 1, 24; *gr. deest*). AVG. civ. 14, 22 p. 46, 19 D. mentis (ROMVL. fab. 44 pr. rec. vet.). in euang. Ioh. 8, 2 cognoscendi . . ., dignoscendi et distinguendi. *cf. gen. hominis prudentis*: ITALA Is. 29, 14 (Wirc., *cf.* VVLG.) -um prudentium (*gr.* σύνεσιν. *inde* I Cor. 1, 19 [Hil. trin. 3, 24] -um intellegentium [*Vulg.* prudentiam prudentium]). *per gen.* -us: ITALA exod. 28, 3 (Aug. quaest. hept. 2, 114 p. 166, 17) sapientibus . . ., quos replevi spiritu -us ([*gr.* αἰσθήσεως, *Vulg.* prudentiae]. Is. 11, 2 [Tert. adv. Marc. 3, 17 p. 404, 25 = VVLG.] s. sapientiae et -us [*gr.* συνέσεως. *inde de donis spiritus sancti, cf.* VICTORIN. POETOV. fabr. mund. 7 HIER. hom. Orig. in Is. 3, 1 p. 253, 15 in Is. 11, 1/2 p. 145^{C}. *al.*]. *al.*). Is. 10, 13 (Tycon. reg. 7 p. 75, 24) sapientia -us (*gr.* συνέσεως, *Vulg.* in sapientia . . . intellexi). AVG. ord. 2, 2, 7 p. 149, 28 interiores -us oculos. *in fig. etym. sim. (cf. l. 18)*: ITALA II par. 2, 12 (Complut.) scientem prudentiam et -um ([*gr.* σύνεσιν, *Vulg. aliter*]. 2, 13 [*ibid.*; *gr. ut supra*]. *cf.* Is. 56, 11 [Lucif. non parc. 34] nescientes -um [*gr.* σύνεσιν, *Vulg.* intelligentiam]). 2, 14 (Complut.) excogitare -um omnem (*gr.* διανόησιν, *Vulg. aliter*). 30, 22 (Complut.) intellegentium -um domino bonum (*gr.* σύνεσιν, *Vulg.* qui habebant intelligentiam).

B *speciatim, t. t. rhet. i. q.* νόησις (*cf. p. 2089, 35*): SVLP. VICT. rhet. 4 p. 315, 10 de -u . . . nihil tradit *Tullius.* 16 p. 321, 26 in -u et in inventione et in dispositione.

II *metonymice*: A *de significatione sim.*: 1 *generatim*: SEN. nat. 2, 50, 1 *quaedam fulmina* significant . . . id, cuius -s ad nos non pervenit (PLIN. nat. 8, 48 precum). epist. 83, 7 pro fluctu . . . aut vento . . . et ceteris sine -u sonantibus. PLIN. nat. 31, 88 -s *vocis q. e. 'sal'.* QVINT. inst. 1, 5, 2 duplex (2, 14, 2. 3, 6, 43 PAVL. dig. 38, 10, 10, 15. *al.*). 1, 5, 71 cum alium natura -um, alium loco praebent *verba translata* (1, 7, 2. *al.*). 7, 9, 2 diversos (HIER. hom. Orig. in Ier. 3, 4 p. 313, 15 [*postea* differenti . . . notione]. *al.*). 8, 3, 44 obscenum. TERT. virg. vel. 4, 6 vocabulis . . . comprehendentibus in se specialium -um. IREN. 4, 35, 4 (= 4, 57, 4 H.) magnitudinem eius -us, qui ibidem continetur. PROB. inst. gramm. IV 120, 17 nomina positione singularia, -u pluralia (DON. gramm. IV 377, 1. *al.*). DON. gramm. IV 375, 26 sono feminina, -u masculina (CONSENT. gramm. V 345, 3. *cf.* AVG. serm. 28, 4 in eo quod loquor, duo . . . sunt: sonus et -s). PAVL. dig. 45, 1, 91, 3 expeditum -um habet constitutio. NON. p. 424, 15 'osculum' et 'savium' his -bus discernuntur (*similiter saepius*). FORTVN. in Matth. (Corp. Christ. 9, 367sqq.) 3 l. 27 spiritali (GAVDENT. serm. 8, 20 G. HIER. epist. 18^{a}, 2, 1. *al.*). GAVDENT. serm. 9, 4 G. simplicis (AMBR. Ioseph 14, 83 p. 121, 16. *al.*). SCHOL. Pers. 5, 40 simulacrorum. MAXIMIN. c. Ambr. 121 p. 86, 29 *iuxta* significantia. HIER. epist. 18^{b}, 2 (18), 2 mysticos (21, 28, 1. 30, 12. *al.*). *et saepe.* *nota de versione*: PS. CYPR. Iud. incred. 8 p. 129, 2 *Graeci sermonis* translationem in -um Latinum. MACR. somn. 2, 3, 1 Graeco -u.

2 *speciatim de notionibus mente conceptis*: a *in sermone iuris*: MAECIAN. dig. 29, 5, 14 ut rei -um capere possent (PAVL. dig. 41, 2, 1, 3). PAPIN. dig. 5, 3, 50 pr. hereditas etiam sine ullo corpore iuris -um habet (31, 66, 2). 35, 2, 11, 6 revocandi sunt ad -um institutionis. 36, 1, 57 (55), 5 tollit -um restitutionis. VLP. dig. 45, 3, 5 ut -u magis partes habeant quam corpore. PAVL. dig. 41, 2, 1, 9 ut habeat -um possidendi. b *in philosophia (cf. p. 2090, 80; de ideis* CHALC. comm. 304. 342): BOETH. herm. pr. 1, 1 p. 40, 16sqq. vox . . . et -um rei significat et ipsam rem; ut cum dico 'lapis' et -um lapidis et ipsum lapidem . . . designat, sed prius -um, secundo vero loco significat rem (in Porph. comm. sec. 1, 11 p. 167, 2 diversus. 2, 3 p. 176, 2 significatae r.). herm. sec. 1 praef. p. 7, 11 his (*sc. nomine et verbo*) . . . quidquid est in animi -bus designatur (*ibid.* p. 7, 22. 11, 21sq.). *ibid.* p. 8, 24 *agitur de decem praedicamentis.* 1, 1 p. 28. 10 primi . . . -us quid discrepabunt, ut non sint imaginationes? (*Aristot. anim. 3, 8 p. 432 a 12* νοήματα). in Porph. comm. pr. 1, 24 p. 74, 12 solitario et proprio -u. in Porph. comm. sec. 3, 5 p. 215, 8 speciei.

B *de cogitatione, sententia sim.*: ITALA sap. 4, 11 (Cypr. testim. 3, 58. *al.*, *cf.* VVLG.) ne malitia mutaret -um illius (*gr.* σύνεσιν). Luc. 3, 16 (cod. d) cognoscens -um eorum (*gr.* νοήματα). HIL. coll. antiar. p. 86, 10 auctores mali -us (*de haeresi ut*: PS. AMBR. symb. Migne suppl. 1, 608 mortiferum). VITA Anton. 88 p. 88, 3 adversus -us diaboli (*Migne gr. 26, 965^{B}* νοημάτων). HIER. hom. Orig. in Ezech. 7, 8 p. 397, 20 carnei -us (*cf.* hom. Orig. in Is. 6, 5 p. 276, 17 corporei -us et cogitationes). hom. Orig. in Is. 6, 5 p. 276, 5 cogitationes sanctae et -us divini. PASS. Macc. 5, 13 abice -um vanum (*cf. gr. 5, 11 cod. A*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

λογισμόν). RVFIN. Basil. hom. 3, 6 -bus piis et religiosis disciplinis. Orig. princ. 1, 4, 4 p. 67, 4 humanarum cogitationum atque -uum. AVG. civ. 21, 25 p. 537, 10 D. hunc -um auferunt. EPIST. pontif. 1056 Conc.[S] IV 2 p. 124, 4 bonorum ... -uum et rectorum dogmatum. EPIST. pontif. Arel. 48 p. 71, 35 ab -u ... Calchedonensis synodi. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 5, 5 apostolicum (*gr. I 1, 1 p. 11, 33 σύνεσιν*). I 5 p. 198, 14 -us sive cogitationes. EVSEB. EMES. serm. 8, 2 ventris -s, non animae sensus. CASSIOD. hist. 2, 12, 14 -uum iniquorum (*Theod. Lect. νοημάτων, Socr. 1, 59 ῥημάτων*). *al.*

C *in titulis psalmorum i. q. carmen didacticum* (*gr.* σύνεσις *sec. hebr.* maśkîl [*nos* 'Lehrstück', 'Kunstlied', *v. RGG[3] V 673*]; *Hier. psalt. sec. Hebr. vertit* eruditi *sive* eruditio[nis]; *v. etiam explicationes* HIL. in psalm. 52, 1 AMBR. in psalm. 43, 2 HIER. tract. in psalm. I p. 274, 21 II p. 51, 3 CASSIOD. in psalm. 77, 1; VVLG. *consentit c.* PSALT. Rom. *praeter l. 16, cf. et p. 2095, 20*): PSALT. Rom. 31, 1 (*genetivo ut*: 41, 1 [VVLG. in -um]. 51, 1. 52, 1 [*Vulg.* intellegentiae]. 53, 1. 54, 1. 73, 1. 77, 1. 87, 1. 88, 1. 141, 1). 43, 1 ad -um (44, 1).

D *de aeone quodam gnosticorum* (*i.* Νοῦς): FILASTR. 29, 5 -um ... alium adserit esse *Simon Magus*. 32, 2 *apud Basilidem*. 38, 3 *apud Valentinum*.

deriv.: intellectualis, intellectuo, intellectuosus.

2. intellĕctus, -a, -um *v.* intellego.

intellegēns, -entis *et* **intellegenter** *v. post* intellego.

*****intellegentia**, -ae *f. ab* intellegere. *de orig.*: SIDON. epist. (carm. 14) 4 ab eo, quod est ... intellegere. *scribitur* -lig- (*cf. p. 2096, 55*) *saepe in codd. plur. inde a* CIC. (*v. p. 2094, 46*).
de notione: CIC. inv. 2, 160 (*inter partes prudentiae*) -a est, per quam *animus* ea perspicit, quae sunt (*explicat* MAR. VICTORIN. rhet. 52 p. 301, 34sqq.). phil. frg. V 97 -am, quae est mentis acies. HIL. in psalm. 52, 7 p. 121, 22 -a humanae rationis officium est. RVFIN. Adamant. 1, 23 p. 47, 1 -am pro scientia vel agnitione scripturae ponere videntur. MACR. somn. 1, 12, 14 -am, quod ... θεωρητικόν vocant. FVLG. RVSP. c. Fastid. 15 p. 521[C] -a est, qua illa, quae memoria concepimus, cogitatione versamus. GLOSS. III 279, 31 ἐπίνοια. *in tit. libr.*: EVCHER. formulae spiritalis -ae. *legitur inde a* TER. (*de usu v. p. 2090, 84*). [*dub. trad.*: Q. CIC. pet. 1 quae consequi ingenio aut usu homines aut -a (diligentia *recc., fort. recte*) possunt.]

I *i. q. status intellegentis (de actu intellegendi e. g. p. 2094, 7 sqq.): opponitur vel distinguitur perceptio sensuum e. g.* CIC. Tim. 28 non sensu, sed -a ([*gr. 37[C] τὸ λογιστικόν*]. *cf.* CHALC. comm. 63 non visu et sensibus ..., sed ad rationis -aeque remedia). nat. deor. 2, 42 sensum ... et -am (*similiter iunguntur*: 2, 43 astrorum. AVG. de duab. anim. 2 p. 52, 9 sensu corporis aut -a. *al.*). div. 1, 70 PS. APVL. Ascl. 41. HIER. in Ier. 4, 2, 4 per ... sensus ad ... -am animi (*similiter* AVG. civ. 7, 23 p. 301, 31 D. *de gradibus animae sec. Varronem expositis*. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 25, 9 a rerum sensu ad -am). *al.*; *distinguitur sententia expressa* AVG. catech. rud. 2, 6 *opp.* sonus oris; *raro comprehenditur perceptio sensuum, nota* CIC. ac. 2, 20 *in gustatu et odoratu* -a etsi vitiosa est quaedam tamen. APVL. Plat. 1, 14 *sensus ad sensibilia* -am cognatam tenent. MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 9 p. 22, 2 in sensuali -a; *distinguitur vel coniungitur* sensus *i. q.* νοῦς *sim. e. g. l. 59. p. 2094, 28. 36; dicitur inesse bestiis* VVLG. Iob 38, 36 (*negatur e. g. infra l. 63. 81*), *mundo sim. e. g. l. 42. 65. 73. 74.*

A *exempla notabiliora selecta*: TER. Hec. 31 vostra -a ..., si erit adiutrix nostrae industriae. RHET. Her. 1, 1, 1 recta -a et definita animi moderatione. CIC. inv. 1, 56 novi vestram -am. S. Rosc. 49 *iuxta* studio. Verr. II 4, 46 in homine -am esse, non avaritiam. de orat. 1, 12 ab imperitorum -a sensuque (GELL. 10, 22, 24 sensu ... -aeque ... fide. ITALA Ier. 51, 15 [Tert. adv. Hermog. 45, 2; *gr. 28, 15 σοφίᾳ, Vulg.* sapientia]. ARNOB. nat. 5, 43 sensum atque -am. *al.*). orat. 10 ratione et -a (fin. 4, 12. Tim. 3 [*gr. 28[A] νοήσει*]. div. 1, 70. DECL. in Catil. 41 cum ... r. careant atque -a *ferae* [*de eadem re cf.* AVG. anim. 4, 23, 37 p. 415, 15 FVLG. RVSP. fid. 65 p. 700[C]]. LACT. opif. 2, 1 -a ... sensus ac r. *al.*). ac. 2, 119 *stellas sim.* deos esse, quod quaedam animalis -a per omnia ea permanet. Tusc. 5, 68 ad cognitionem -amque (*cf.* Ps. APVL. Ascl. 41 *syn.* cognitione. TERT. adv. Marc. 3, 6 p. 384, 15 agnitionis et -ae [RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 164, 28]). Tim. 19 mentem atque -am ([*gr. 34[A] φρόνησιν*]. CHALC. comm. 39 HIER. epist. 98, 6, 4. *al.*). 51 -ae sapientiaeque (ITALA prov. 4, 5 [Hier. epist. 52, 3, 1; *gr. Orig. σύνεσιν, Vulg.* prudentiam]. TERT. apol. 21, 16. Ps. PHILO antiq. 20, 3 vestimenta s. ... et zona -ae. HIER. in Ier. 4, 48, 3. *al. v. et l. 84. p. 2094, 31*). nat. deor. 2, 32 *in mundo* inesse -am. 2, 43 praestantem -am in sideribus esse. off. 1, 156 -am prudentiamque (QVINT. inst. 12, 1, 3. FRONTO p. 167, 21 v. d. H. [= p. 176 N.]. Ps. APVL. Ascl. 16 divina. VVLG. Bar. 3, 23 exquisitores p. et -ae [*gr. συνέσεως solum*]. *al. cf.* AVG. in epist. Ioh. 8, 6 habet hanc -am, qui habet prudentiam). VARRO Men. 32 animus ad -am tributus. PLIN. dub. serm. frg. Pomp. gramm. V 292, 13 quando sit schema, sola -a discernit (*cf. Pomp. l. 24* scientia). ITALA psalm. 31, 9 (Aug. spec. 6 p. 31, 16) sicut equus et mulus, in quibus non est -a (*gr. σύνεσις, Vulg.* intellectus). Is. 40, 14 (Tert. adv. Hermog. 17, 1) viam -ae et scientiae ([*gr. συνέσεως, Vulg.* prudentiae]. TERT. anim. 17, 11. VVLG. exod. 31, 3 sapientia, -a et s. VINCENT. LER. 20, 3 -a, s., sapientia). TERT. adv. Marc. 5, 8 p. 599, 15 *sermo scientiae* erit sermo -ae et consilii (VVLG. Iob 12, 13 [*Hier. interpr. Iob* intellectus]). VEG. mil. 2, 4 memoria -aque ... comprehendi (AVG. serm. 283, 3, 3. FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 18 p. 772[A] m., -a et voluntas: *al.*). CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 25, 28 errantis est secundum paganos ... -ae (*gr. I 1, 1 p. 31, 30 διανοίας*). *et saepe.*

B *structurae et iuncturae notabiliores*: **1** *indicatur obi. intellegendi*: **a** *per gen. obi.* (*aliter p. 2095, 6; v. et l. 21*): CIC. inv. 1, 91 sapientia est pecuniae quaerendae -a. Phil. 9, 10 iuris (Brut. 102. 178). de orat. 3, 195 in picturis et in signis et in aliis operibus, ad quorum -am *eqs.* fin. 2, 34 rerum (ARNOB. nat. 2, 24 *disting.* scientia. *al.*). APVL. Plat. 1, 14 eorum ..., quae ... mutantur. PS. APVL. Ascl. 6 divinae rationis. CYPR. laps. 35 p. 262, 14 delicti (FIRMIL. Cypr. epist. 75, 4 p. 812, 27). ARNOB. nat. 4, 16 p. 154, 25 obscurarum -a causarum. LACT. inst. 2, 12, 16 boni ac mali (RVFIN. Orig. princ. 3, 5, 8 p. 279, 2). HIL. in Matth. 23, 7 cognoscendi dei (trin. 5, 5 FAVSTIN. trin. 7, 2 p. 77[C]. *al. cf.* FVLG. RVSP. c. Arian. 9 p. 220[A] divinitatis [fid. 29 p. 686[A] cogitandae, cognoscendae diligendaeque d.]). myst. 1, 12, 1 veri (*cf.* PALLAD. Maximin. c. Ambr. 87 veritatis [*al.*]). *al.* **b** *per enunt. interrog.* (*simul c. gen.* Tusc.): CIC. Tusc. 1, 51 animi quid aut qualis esset -a. nat. deor. 1, 49 -am capere, quae sit ... beata natura. **c** *per praepos.*: TERT. ieiun. 9 p. 284, 22 in omni litteratura. LACT. inst. 5, 17, 34 ad bonum rectumque faciendum. SVLP. VICT. rhet. 1 p. 313, 22 de his rebus (FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 28 p. 784[C]). VVLG. II par. 30, 22 -am bonam super domino.

2 *coniungitur c. synonymis sim.*: **a** *per gen.* -ae: CIC. nat. deor. 1, 27 -ae nostrae vim et notionem. PS. APVL. Ascl. 7 illum -ae divinum ... sensum (HIL. syn. 24 trin. 1, 7. *al. aliter infra l. 75*). ITALA deut. 34, 9 (Lucif. Athan. 1, 9) spiritu -ae ([*gr. συνέσεως, Vulg.* sapientiae]. sap. 7, 22 [Ambr. incarn. 10, 116 = VVLG.; *gr.* πνεῦμα νοερόν]. Is. 11, 2 [Tert. adv. Marc. 5, 8 p. 598, 4] s. sapientiae et -ae [*gr. συνέσεως, Vulg.* intellectus, *v. p. 2092, 22*]. *al.*). HIL. trin. 8, 10 ingenio insipientis ... -ae (GREG. M. moral. 6, 12 p. 735[D]). **b** *per gen. syn.*: PS. APVL. Ascl. 29 -a mentis (PANEG. 9, 8, 2 divina -a m. aeternae. AVG. de duab. anim. 3 p. 54, 5. *al.*). 32 -a ... sensus humani (IREN. 1, 14, 3 [= 1, 8, 4 H.] sublimius allevans s. -am [*gr.* νόημα]. GREG. TVR. Mart. 1, 21 mei s. -am. *cf.* HIL. trin. 1, 7 sentiendi). RVFIN. Basil. hom. 2, 6 rationis ([*Migne gr. 31, 212[B] λογισμῷ solum*]. Orig. princ. 2, 8, 1 p. 152, 18). *cf. gen. hominis intellegentis*: HIL. in psalm. instr. 5 -a docti ad legendum. NOVELL. Valent. 23 pr. prudentium.

II *metonymice*: **A** *de notione, significatione sim.*:
1 *de notionibus rerum mente conceptis* (*in philos. praeter l. 54; addendum fortasse* CIC. fin. 3, 21 -am vel notionem potius, quam appellant ἔννοιαν *Stoici*): CIC. leg. 1, 26 *natura* rerum plurimarum obscuras nec satis ⟨inlustratas⟩ -as (intellegendas *AB*) incohavit quasi fundamenta quaedam scientiae (1, 27 ab iis, quorum ex prima et incohata -a genera cognovit. 1, 30 quae ... in animis inprimuntur ... incohatae -ae similiter in omnibus inprimuntur). 1, 59 quoniam principio rerum omnium quasi adumbratas -as animo ac mente conceperit. top. 27 quaedam conformatio insignita et impressa -a, quam notionem voco (*cf. l. 49*). MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 1 p. 14, 8 spiritus ... figurationes -arum (*i. idearum*) inscriptas ex aeterno in nostra anima movet.
in definiendo: CAEL. AVR. acut. 1 praef. 21 -am sive diffinitionem passionis *phreneticae*.

2 *de significatione verborum sim.*: **a** *usu sollemni*: ARNOB. nat. 5, 35 p. 205, 16 *res* in res alias atque -as vocare (*sc. per allegoriam*). IVL. VICT. rhet. 27 p. 448, 15 neque ... dimidiatae sententiae sit -a requirenda. DON. Ter. Andr. 45, 1 enuntiatio ... continens ... -am. HIL. c. Const. 27 p. 603[A] audi verborum ... -am (AVG. in euang. Ioh. 45, 7. *al.*). in Matth. 13, 1 sermonis capere ... -am (in psalm. 2, 2 multimodam [*antea* verborum significationibus]. *al.*). 20, 11 ratio spiritalis -ae (HIER. in Am. 2, 4—6 p. 1027[D] iuxta allegoriam, id est s. -am. RVFIN. Orig. in gen. 1, 1 p. 2, 12 *opp.* litteram. *al.*). in psalm. instr. 17 dictorum (in psalm. 1, 21 proprietatem d. et -am continet. *al.*). in psalm. 9, 1 (*syn.* sensus *ut*: HIER. in Ier. 4, 38, 9. *al.*). 67, 24 eandem -am verbis significantibus. GAVDENT. serm. 8, 19 G. caelestem ... atque arcanam (RVFIN. Orig. in gen. 15, 7 p. 135, 8). FVLG. Theb. p. 180, 16 latet sub sensu litterali mystica -a (HIER. epist. 64, 9, 2 RVFIN. Orig. in lev. 7, 1 p. 373, 5. *al.*). HIER. epist. 36, 13, 3 diversas ... et voces et -as (CHRYSOST. hom. III 834[B] AVG. epist. 205, 16. *al.*). tract. in psalm. I p. 58, 13 omne, quod scriptum est, secundum -am intellegere. RVFIN. Orig. in gen. 5, 5 p. 64, 20 allegoricam. 7, 5 p. 75, 27 historialis (patr. 1 praef. 4). *al.* *nota* sensus -ae (*fort. subaudienda notio q. e. 'locus intellegendus', v. p. 2095, 3; cf.* sensus -a HIER. tract. in psalm. II p. 83, 13 PHILIPP. in Iob 22 p. 692[A]; *aliter l. 28*): HIL. in psalm. 53, 4 proprietates ... verborum ... -ae huius exigunt s., ut *eqs.* 137, 4 duplex -ae huius ... s. est. RVFIN. patr. 1 praef. 3 s. -ae ipsius invenisse. AVELL. p. 292, 27 secundum subiectos -ae s. SEDVL. op. pasch. 2, 17 p. 224, 2 tripartitus -ae s. **b** *accedit gen. rei significatae*: HIL. trin. 4, 33 significata personarum *trinitatis* -a et distincto ... sensu (MACR. exc. gramm. V 647, 14 *si dixeris* 'contingit interfuisse ...', nulla hic -a certae p.). 5, 11 in angelo ... officii ... -a est. 7, 5 '*et patrem*' -am non admittit

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

unius (*cf.* 7, 38 cum ... dicitur 'et patrem', exclusa est singularis atque unici -a). 9, 62 professio ignorandi non habet nesciendi -am. **c** *singulariter de significatione verbis expressa* (*cf. p. 2094, 75*): HIL. trin. 12, 37 p. 456A (*ad prov. 8, 23. 25* 'terram ... montes ... colles') cum collium significatio post montes sit, montium vero -a post terram sit.

B *de cogitatione, sententia sim.*: ITALA Phil. 4, 7 (Ps. Ambr. in Phil. Migne suppl. 1, 618 = VVLG.) corda vestra et -as vestras (*gr.* νοήματα). MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 27 p. 1060D *anima* -as parit. ad Iust. 12 p. 1006D tam amentem -am confiteri. HIL. trin. 8, 2 letales doctrinas et morbidas -as. CONC. Aquil. a. 381 Ambr. epist. 8, 13 p. 920B haec fides nostra est, haec -a catholica (*cf.* LEO M. epist. 145, 2 Conc.S II 4 p. 96, 13 una fide unaque -a). RVFIN. Orig. princ. 4, 2, 2 p. 308, 26 falsae (*gr.* ψευδοδοξιῶν). LEO M. epist. 129, 1 Conc.S II 4 p. 84, 36 Christiana (serm. 15, 2). 130, 1 *ibid.* p. 83, 25 sanctorum patrum (AVELL. p. 305, 19). CONC.S II 3, 2 p. 151, 24 (*gr. II 1, 2 p. 139, 37* ἐννοίας). MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 2 p. 239/240 (*gr.* νοήματα). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 10 p. 360A -arum, quae per aures reponuntur interius (*gr. p. 152C* νοημάτων). *al.*

C *in titulis psalmorum i. q. carmen didacticum* (*gr.* σύνεσις *sec. hebr.* maśkîl, *Vulg.* intellectus *praeter l. 23, v. p. 2093, 10*): ITALA psalm. 31, 1 (Veron.; *cf.* AVG. *ad l.*). 44, 1 (Hier. epist. 65, 3, 1) in -am (*Engelbrecht*, -a *plerique codd.*). VVLG. psalm. 52, 1 -ae (*var. l.* intellectus).

deriv.: intellegentialis.

intellegentiālis, -e. *ab* intellegentia. *i. q. ad intellegentiam pertinens, intellegentia praeditus*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 32 p. 1065A anima ... definitionem ... habet: vitalem potentiam et -em (1, 39 p. 1070C activa p. ... quae ... sit -is).

deriv.: intellegentialitas.

intellegentiālitās, -ātis *f.* *ab* intellegentialis. *i. q. vis intellegentialis*: MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 7 p. 19, 12 exsistentia, vita, intellegentia et ... exsistentialitas, vitalitas, -s (*Haffter in plagulis*; intellegentitas *sive* intellegentia *trad.*). adv. Arium 1, 50 p. 1079A (*agitur de deo*) divinitas, substantialitas, beatitudo, -s, vitalitas, optimitas.

[intellegentitās *v. l. 34.*]

¤intellegibilis, -e. *ab* intellegere. -lig- *in codd. saepius* (*cf. p. 2096, 55*). -vilis BENED. reg. 63, 19 (*A*). *compar.* -ior BOETH. divis. p. 882C; *cf.* magis -s ALC. AVIT. epist. 49 p. 77, 29; *superl. deest.* *de notione*: CHALC. comm. 302 -ia ... sunt, quae intellectu comprehenduntur (*opp.* sensilia). HIER. in Is. 7, 10 p. 106B νοητά ..., quae nos possumus ... dicere ... -ia. AVG. civ. 8, 6 p. 330, 22 D. -ia, quae conspectu mentis intellegi *queunt* (*opp.* sensibilia *ut*: GRAMM. suppl. 174, 24 ISID. diff. 2, 89). gen. ad litt. 12, 10 p. 392, 11sqq. (*disting.* intellectuale, *v. p. 2089, 71*). *legitur inde a* SEN. *philos.*, APVL., TERT. [*confunditur hic illic c.* intellectibilis, *e. g.* CHALC. comm. 7 FILASTR. 155, 1.]

1 *i. qui intellegitur sive intellegi potest*: **a** *de eis, quae sola mente intelleguntur* (*abl. instr. l. 60; opp.* sensibilis *sim. e. g. l. 62. 66*, visibilis *e. g. l. 55. 57. 63*, corporalis *sim. l. 57. 74*): SEN. epist. 124, 2 quicumque voluptatem in summo ponunt, sensibile iudicant bonum, nos contra -e, qui illud animo damus (124, 12. AVG. spir. et litt. 21, 36 p. 190, 2 mentis bonum, ... hoc est -e b. *al.*). APVL. Plat. 1, 9 *naturam* cogitabilem et -em (*ibid. opp.* visibilis. CHALC. comm. 5. 9 sensilem -emque. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 159, 19 -is et incorporeae. AVG. doctr. christ. 1, 7, 7 visibilibus et corporalibus, -bus ... et spiritualibus. EVAGR. sent. mon. 133 p. 1186B [*gr.* νοεράς; *al. vers. Leclercq, Scriptorium V 2, 1951 p. 213* intellectuales]. *al.*). Ps. APVL. Ascl. 16 mente sola -is *deus* ... rector ... est sensibilis dei (19. CHALC. comm. 7 [intellectibili *var. l.*]. 255. *cf.* 105 divinitatis). 33 *rerum* (CHALC. comm. 51 *opp.* sensibiles. AVG. civ. 22, 1 p. 553, 10 D. *opp.* visibilibus. *al.*). 34 -em mundum, id est qui mentis solo obtutu dinoscitur ([*opp.* sensibilis]. CHALC. comm. 25 *opp.* sensilis. AMBR. Noe 7, 16 p. 424, 16. *al.*). CHALC. transl. p. 51C *species* ([*gr.* νοητόν]. 349 *opp.* sensiles. AVG. divers. quaest. 6 *opp.* sensibili). AVG. c. acad. 3, 11, 25 p. 65, 26 *numerorum* (doctr. christ. 2, 38, 56. epist. 3, 2 *opp.* sensibilis [*cf. Marrou, S. Aug. et la fin de la cult. ant. 1938, 254, 3*]. mor. Manich. 2, 11, 24). CONC.S I 2 p. 56, 29 (= I 5 p. 93, 20) *filium dei* terrenum et caelestem, visibilem et -em (*gr. I 1, 2 p. 43, 16* νοούμενον). CASSIOD. in psalm. 96, 4 linea ... -is est longitudo sine latitudine. *al.* *n. pro subst.* (*plur. praeter* CLAVD. MAM. anim. 1, 25 p. 91, 22): IREN. 1, 22, 1 (= 1, 15 H.) sive sensibilia sive -ia. CHALC. comm. 145 *opp.* corporea. RVFIN. Clement. 3, 6. AVG. civ. 22, 29 p. 628, 25 D. mentis aspectu -ia videri et sensu corporis sensibilia. *al.* *pressius de eis, quae sensu allegorico accipienda sunt*: AMBR. apol. Dav. I 12, 59 p. 341, 3 nix. epist. 7, 4 p. 906A non materialis ..., sed -is drachma. hex. 1, 4, 14 p. 12, 16 *Pharao* (VEREC. in cant. 1, 10 p. 6 a 8). in psalm. 45, 12, 1 *paradisus* (AVG. civ. 13, 20 p. 585, 5 D. in spiritali, hoc est -i, p.). HIER. tract. in psalm. I p. 194, 7 oleum. AVG. civ. 17, 16 p. 238, 19 D. spiritali atque -i chrismate (*opp.* visibili). CONC.S I 3 vers. Tur. p. 145, 15 *et* 18 cervorum (*gr. I 1, 2 p. 98, 16 et 19* νοητῶν). ORIG. in Matth. 14, 7 p. 291, 7 pecuniis (*gr.* λογικοῖς). *al.*

b *vario usu* (*accedit ex l. 2, abl. instr. l. 4. 13, dat. l. 12; adv. l. 6. 10. 11. 13*): TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 504, 13 ex ... operibus ... -em deum. adv. Prax. 7 p. 236, 22 quid est ... sermo nisi ... aer offensus -is auditu ...? ([*inde similiter* Ps. PHOEBAD. fid. prol. p. 32A]. *spectat ad perceptionem sensuum ut*: SERV. georg. 3, 395 salis occultum, id est vix -em, ... saporem. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 6 verbi -i prolatione). CHALC. comm. 267 oratio (*cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 4, 16 *vox*. DIOM. gramm. I 462, 19 *aenigma est* dictio obscuritate allegoriae non -is. AVG. serm. 164, 5 sermo avaritiae). AVG. trin. 10, 11, 18 (*n. plur. pro subst.*). EVAGR. sent. mon. 132 difficile[s] -es ... visiones (*gr.* δυσνόητοι, *al. vers.* p. 1186B vix -es). CAEL. AVR. acut. 3, 6, 64 manifesta et omnibus -ia (*sc. signa morbi*). salut. praec. 8 sensibus -em ... esse sanum. BOETH. in top. Cic. 4 p. 334, 16 facile -es comprehensibilesque partes. *al.*

2 *i. qui intellegit sive intellegere potest* (*iuxta* intellectualis *l. 21. v. etiam p. 2089, 71*): ITALA sap. 7, 23 (Fulg. Rusp. c. Fab. frg. 28 p. 786D) qui capiat per omnes *spiritus* -es, mundos, subtiles ([*gr.* νοερῶν, VVLG. q. c. o. s. -is, mundus, subtilis]. *inde* AMBR. incarn. 10, 116 per omnia penetrans s. -ium). Sirach 3, 32 (Aug. spec. 23 p. 120, 6 = VVLG.) sapiens cor et -e (*gr. deest*). MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 60 p. 1085D -is et intellectualis *animae* (AMBR. Noe 25, 92 p. 478, 9 *opp.* sensibilis. HIER. epist. 98, 6, 4 rationalis et -is et mentem habens. DIONYS. EXIG. Conc.S I 5 p. 296, 37 [*gr. I 1, 6 p. 153, 7* νοεράν]). AMBR. hex. 2, 4, 17 p. 56, 12 -es virtutes (*i. contemplativas*). Ps. AVG. quaest. test. I 123, 2 *homo est* animal -e. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 3 p. 8, 9 ([*v. p. 2089, 28*]. *n. plur. pro subst. ut*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 8 p. 357A [*gr. p. 145B* νοερᾶς. *opp.* sensibilia]. LICINIAN. epist. 2 p. 696B *opp.* non intelligentibus). CASSIOD. hist. 8, 8, 2 deus pro visibilibus oculis -es condonavit *Didymo* (*Socr. 4, 25 p. 525B* νοητούς). EVANG. de nativ. Mar. 4, 1 -es annos. BENED. reg. 63, 19 aetatem (VITA Maxent. [BHL 5804] 1). *al.*

B *binas res, quae ab invicem separantur* (*de incorp. l. 34. 38; i. q. findere l. 40; cf. et p. 2162, 66*): HIRT. Gall. 8, 14, 4 iugum . . . valle a castris . . . -sum. PS. AGENN. grom. p. 59, 25 Th. *conportionales terminos* antiqui -endis portiunculis inter filios suos defigebant. TERT. adv. Marc. 4, 34 p. 536, 25 magnum ait -ere regiones istas profundum (-cedere *Rhenanus*, -scindere *Corssen*). adv. Val. 35 p. 210, 9 ut singula binis locis et quidem tam -sis nascantur *sc. elementa ogdoadis Valentinianorum*. PROB. Verg. georg. 1, 233 duae *zonae* temperatae . . . cingentes eam *sc. zonam mediam adustam* et -entes frigidis *zonis extremis*. RVFIN. Orig. in num. 27, 12 p. 274, 3 iudicium . . ., quo sciat a temporalibus aeterna -ere et a perpetuis caduca separare. CONC.^S II 3, 3 p. 10, 17 quae ambigebantur . . . consentaneo -antur proposito. EVSTATH. Basil. hex. 9, 4, 12 multipliciter -sas semitas (*gr.* σχιζόμενον).

II *i. q. e medio excidere* (*c. abl. instr. passim, e. g. l. 46, c. dat. incomm. l. 47; syn.* eradere *l. 47*, exstirpare *l. 54; de hominibus l. 53*): VLP. dig. 9, 2, 49, 1 incendii arcendi gratia vicinas aedes -it (*ibid.* metu ductus, ne ad se ignis perveniret, v. a. -it. 43, 24, 7, 4. *cf.* HEGES. 5, 38, 1 -unt porticum . . . et proxima quaeque demetunt). CHIRON 538 si recens claucoma . . . non revolverit, -ito. 645 mirmices scarpello -ito ab osso, eas eradas. 687 scalpello eidem cancer et totum latus -ito (*Buecheler*, inter digitos *trad.*) . . ., quod cum bene -eris *eqs.* (*cf.* 707 scalpello -es eam *sc. pispasam* directis plagis. CAES. AREL. serm. 57, 1 *medici* asperrimis vel acutissimis ferramentis . . . vulnera . . . -unt [incidunt *Morin*]). VEG. mil. 4, 8 -si ex validissimis arboribus cylindri. GENNAD. vir. ill. 40 positionem orbis Oceani interfusione et Tanais limitibus -sam. *in imagine*: COD. Theod. 16, 6, 4 pr. -endam . . . eam sectam (*antea*: exstirpare).

p. p. p. ᵃ**intercīsus,** -a, -um *pro adi.* (*v. etiam e. g. l. 4. 34. p. 2162, 42*). -us dies (*ad rem v. Mommsen, CIL I² p. 290. 295. Wissowa, Herm. 58, 1923, 381 sq. Latte, Röm. Rel.-gesch. 1960, 2, 4*): *definitur*: VARRO ling. 6, 31 -i d. sunt, per quos mane et vesperi est nefas, medio tempore inter hostiam caesam et exta porrecta fas; a quo quod fas tum intercedit aut eo -um nefas, -i. MACR. Sat. 1, 16, 2 *d.* -i deorum hominumque communes sunt. 1, 16, 3 -i in se, non in alia dividuntur *eqs.* *notatur* EN (*cf.* FAST. ann. Iul. Praen. Ian. 10 haec nota signif⟨icat diem -um, nam endo [*an* en?] olim⟩ pro in ponebatur; *legunt vulgo* en⟨dotercisus⟩, *sed sufficit* en⟨tercisus⟩): FAST. ann. Num. Antiat. Ian. 14 (NSc. 1921 p. 83 sqq.). *ibid.* Sext. 22 Oct. 14. 16 Dec. 15. 17. FAST. ann. Iul. Verul. Ian. 14 (NSc. 1923 p. 196). *ibid.* Febr. 16. 26 Mart. 13. *v. praeterea in laterculo notarum CIL I² p. 290 sqq. ad dies p. 295 enumeratos.* *notatur* E: FAST. ann. Iul. Antiat. Oct. 14 (CIL I² p. 249 = Inscr. Ital. XIII 1 p. 328; *Degrassi legit* F). *ibid.* Dec. 12 (*Degrassi mutat in* F, *nescio qua ratione*).

adv. **intercīsē.** *i. q. per modum intercisionis*: CIC. part. 7, 24 triplex . . . commutatio . . . ordinis *verborum*, ut cum semel dictum sit directe . . ., idem quasi sursum versus retroque dicatur, deinde idem -e atque permixte (GELL. 15, 3, 4 verbum autumo compositum ex ab praepositione et verbo aestumo dictumque -e autumo [*similiter*: MACR. exc. gramm. V 632, 7. 637, 29]). GELL. 11, 2, 5 ex eodem libro . . . haec . . . sparsim et -e commeminimus. BOETH. categ. 3 p. 243^A qui . . . litteras discens nondum soluto cursu sermonis sed syllabatim quodammodo atque -e . . . legerit.

deriv.: intercisamen (-simen), intercisio, intercisivus.

Hermans.

intercilium, (-ī) *n.* *ab* inter *et* cilium, *cf.* supercilium. GLOSS. μεσόφρυον. *i. q. pars superciliis interposita*: PS. SORAN. quaest. med. p. 366, 19 supercilia et, quod inter ipsa est, plerumque sine pilis, -um. ISID. orig. 11, 1, 42 -um . . . est medium illud inter supercilia, quod sine pilis est.

intercino, -ere. *ab* inter *et* canere. *i. q. canendo intericere*: HOR. ars 194 neu quid medios -at actus *chorus* (SCHOL.: inter m. a. aliquam rem cantet). PORPH. Hor. ars 202 tibia, qua -itur.

intercio *v.* intertio. *W.*

ᵃ**intercipio,** -cēpī, -ceptum, -ere. *ab* inter *et* capere. *inter verba act. III^{ae} coniug. affert* CHAR. gramm. p. 477, 17 B. *scribitur* -cap- (*v. et p. 2152, 62*): FRONTIN. aq. 87 COD. Iust. 4, 59, 2 (1), 1 (*a. 483*); *praes.* -cep- IORD. Get. 217 (*v. et l. 17*); *perf.* -coep- *e. g.* PASS. Iulian. 1 p. 879, 22 (*v. etiam l. 19*). *indic. imperf. non nisi* HIRT. Gall. 8, 47, 2. NOT. Tir. 10, 61. 10, 72. *de notione*: PAVL. FEST. p. 112 infindere -ere, interponere. SYNON. Cic. p. 444, 10 subripuit . . . furatus est. -epit. intervertit. GLOSS. Suet. Iul. 20 -isse: occidisse. GLOSS. περιλαμβάνω. ὑφαιροῦμαι. GLOSS.^L I Ansil. IN 1761 -it: -i . . . proprie dicitur quod interdum (*i.* inter duos?) de medio tollitur (*cf. p. 2157, 83*). 1762 -itur: decipitur. II Philox. IN 602 -ptus: ἀποθανών. 607 -epit: ὑφαιρεῖται [ἀπαγορεύει]. 614 ἰδιοπαθεῖ (-ποιεῖται?). III Abol. IN 207 -coepit: interea cognoscit. *ad singulos locos v. infra.* *inde a* PLAVTO, CIC., VARRONE. [*confunditur in codd. c.* interficere *saepe, e. g.* CAES. Gall. 7, 38, 9 *rec.* β, *e coni. dub.* SALL. (?) rep. 1, 4, 1 illa . . . oblivio -epit (*Gronovius*, interfecit *trad.*; *cf. p. 2166, 4*); *c.* interdicere GLOSS. V 304, 51 -it prohibet, vetat (*cf. l. 18*).]

I *praeverbium* 'inter' *respondet interrogationi* **'ubi'** *vel* **'unde'**:

A *i. q. eximere, auferre sim.* (*c. dat. nonnisi p. 2165, 74; indicatur, ubi vel unde, per praepos.* inter *p. 2165, 55. 2166, 2*, ab *l. 54. p. 2165, 12*, ex *p. 2165, 26. 31. 32. 36*, de *p. 2165, 34. 61, cf. locutiones* in [ex] medio *sim. e. g. l. 76. 81. p. 2165, 14. 16. 58. 2166, 37; vis localis [mera e. g. l. 77. 82. p. 2165, 54] a temporali [mera e. g. p. 2165, 16. 43. 79] plerumque secerni non potest; absolute vel obi. suppl. l. 53 p. 2165, 35; p. p. p.* -ptum *pro subst. p. 2165, 40. 2166, 18*): **1** *e motu quodam* (*imagine motus obscurata ex. gr. l. 53. 56 et sub b*): **a** *-untur, qui (quae) eunt, mittuntur sim.*: **α** *homines* (*res pro hominibus l. 57. 60*): ① *proprie*: PLAVT. Asin. 106 si . . . in insidias devenero . . ., si me hostes -erint (*cf.* LIV. 21, 59, 10 per insidias -pti [CVRT. 10, 2, 3]. 29, 18, 13 insidiis . . . -ptus [*de eadem re paulo aliter ut vid. l. 54*]. *v. et l. 66. p. 2165, 76*). PLANC. Cic. fam. 10, 23, 3 non miles . . ., non eques, non quicquam impedimentorum amitteretur aut ab illis . . . latronibus -retur (CAES. Gall. 5, 39, 2 ut . . . m., qui . . . discessissent, . . . -rentur [interficerentur β]. BELL. Hisp. 27, 6). CAES. Gall. 3, 8, 2 si quos -ere potuerunt. 5, 40, 1 obsessis . . . viis missi -untur. HIRT. Gall. 8, 48, 7 partim in fuga proteruntur, partim -untur. BELL. Alex. 38, 1 -ptis tabellariis. CIL III 14147⁵, 4 (*a. 29 a.*) ducibus . . . defectionum inter⟨ce⟩ptis (*gr. l. 13* ἑλεῖν). LIV. 7, 6, 9 ut . . . consul circumventus ab insciis, quem -issent (*Madvig*, interfecissent *codd.*), occideretur. 21, 48, 6 paucos moratorum occiderunt citra flumen -ptos. VAL. MAX. 2, 10, 2 filium eius (*Scipionis*) a militibus suis (*Antiochi*) -ptum. 3, 8, 7 excubans Scipionis praesidio -ptus. MELA 1, 114 laqueis. TAC. Germ. 10, 3 captivum quoquo modo -ptum. hist. 4, 75, 2 discretos. ann. 2, 78, 2 vexillum tironum in Suriam euntium. SVET. Aug. 14. CALL. dig. 48, 15, 6 pr. (*ex rescr. Hadriani*) servos alienos. IVST. 36, 2, 6 fratres . . . clam -ptum *Ioseph* . . . vendiderunt. SIDON. epist. 8, 6, 14 *Saxo* si sequatur, -it. *pressius i. q. intercludere* (*huc vergunt etiam l. 45. 47*): LIV. 29, 9, 7 ipsum ab suis -ptum et seclusum. CVRT. 9, 6, 12 nisi te -ptum . . . fortuna servasset (*sc. Alexandrum in urbe hostium*). ⓘⓘ *in imagine et translate*: *i. q. irretire*: *pelliciendo*: HIL. coll. antiar. p. 148, 1 indoctorum simplicitas . . . mollibus . . . -pta principiis. EPIST. pontif. 701 Schwartz p. 14, 17 superbiā. CASSIOD. in psalm. 140, 11 per insidias *malorum* (*cf. supra l. 35*). GREG. M. in Ezech. 2, 7, 18 *abundantiam* cupiditas -epit. *prohibendo*: LEO M. epist. 108, 3 si . . . aliquis . . . quocumque -ptus obstaculo a munere indulgentiae . . . exciderit. *i. q. deprehendere*: COD. Theod. 8, 5, 4 pr. si quis in hoc genere criminis possit -i.

β *animalia* (*ad p. 2166, 35 vergunt e. g. l. 65. 70*): VARRO rust. 3, 7, 6 *columbae* a corvo occisae aut ab accipitre -ptae (COLVM. 8, 8, 2 variis aucupum insidiis). MELA 3, 43 -ptos earum (*tigrium*) catulos. FRONTIN. strat. 3, 2, 9 iumenta frumentatum egressa (AMM. 24, 5, 5). PLIN. paneg. 52, 7 hostiarum greges per Capitolinum iter magna sui parte velut -pti devertere via cogebantur. SVLP. SEV. chron. 1, 18, 6 commendatum pecus a bestia -ptum non restituetur.

γ *res*: PLAVT. Pseud. 716 epistulam (CAES. Gall. 5, 48, 4 FRONTIN. strat. 1, 4, 13 TAC. hist. 1, 67, 2. *al. cf.* CIC. ad Q. fr. 3, 7 [9], 3 litterae -ptae [CASS. Cic. fam. 12, 12, 1 LIV. 24, 31, 6. *al.*]. Att. 1, 13, 2 res . . . ut aut interire aut aperiri aut -i possint [10, 8, 1]. APVL. apol. 85 tabulas). CAES. Gall. 2, 27, 4 ut . . . pila . . . -pta remitterent (*cf.* DICT. 6, 15 ictum. *aliter* VERG. Aen. 10, 402 *hastam* medius Rhoeteus -it *transfixus* [SERV. auct.: -i aliena dicuntur. *huc spectare vid. l. 15*]). HIRT. Gall. 8, 47, 2 commeatus (BELL. Alex. 25, 1 LIV. 30, 3, 4. *al.*). CAES. civ. 3, 24, 2 naves audacius progressas (FLOR. epit. 3, 7, 3. *al. cf.* IVST. 4, 1, 16 coeuntibus in se promuntoriis . . . -i absumique navigia. VIR. ill. 76, 5 classem). MANIL. 4, 843 medius Phoebi radios -it orbis. PLIN. nat. 29, 52 *globum* in sublime iactari sagoque . . . -i, ne tellurem attingat. *de liquore excepto vel derivato* (*hic illic accedit notio intervertendi*): VAL. MAX. 9, 1, 1 aestuariis -endo

[*Nielsen*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fluctus. SEN. epist. 74, 25 an aqua decurrens -atur atque abeat (FRONTIN. aq. 18 ne facile ab hostibus -rentur *aquae. al.* TAC. ann. 15, 43, 4 privatorum licentiā). COLVM. 3, 10, 3 transcurrit hinc parte aliqua -ptus ... umor. FRONTIN. aq. 7 cum Appiae Anionisque ductus ... privatorum ... fraudibus -rentur. 9 Tepulae rivum -epit Agrippa *aquā Iuliā* (*cf.* 19 Tepula ... -pta ... rivo Iuliae accesserat). *al.* RVT. NAM. 1, 101 -pta ... flumina. *al.*

b *-untur, quae dantur vel danda sunt* (*sive praeripiendo sive detinendo; accipiendo l. 11*): **α** *generatim*: TER. Eun. 80 quod nos capere oportet, haec -it (DON.: quasi totum capit. SCHOL. Bemb.: consumit). CIC. Cluent. 166 -isse *venenum errore.* LIV. 3, 71, 7 *agrum* a populo Romano (*aliter l. 24*). 39, 27, 1 nec suum munus -i ab alio patiantur (*cf.* SEN. benef. 2, 4, 3 nemo illa *beneficia* -at, nemo detineat [3, 17, 3. AVG. serm. 266, 1 non -it medius minister b.]. CYPR. GALL. gen. 894 -pta dona). SEN. dial. 2, 7, 6 iniurias ... potest aliqua res repellere et in medio -ere, ut et factae sint nec acceptae. CYPR. epist. 11, 7 p. 500, 20 -ere ... quibus nos dominus admonere ... dignatur. *verba dicentis*: QVINT. inst. 1 prooem. 7 alterum sermonem ... pueri ... exceperant, alterum ..., quantum notando consequi poterant, -ptum ... iuvenes ... vulgaverant.

β *speciatim*: ① *de interversione pecuniae, bonorum sim.* (*cf. p. 2164, 84*): OV. met. 9, 122 nec res -e nostras ([*syn. v. 120* depositum fallere]. COD. Iust. 9, 9, 18, 2 matrimonii simulatione). LIV. 3, 72, 2 agro -endo (4, 11, 4. *aliter l. 11*). VAL. MAX. 5, 1, 11 paludamentum. IVV. 13, 71 -pta decem ... sestertia fraude. TAC. ann. 4, 45, 3 pecunias e publico -ptas (SVET. Dom. 17, 1. POMPON. dig. 40, 12, 43 [*ex rescr. Hadriani*] hereditariam. VLP. dig. 27, 3, 1, 22 pupillarem. PS. AVR. VICT. epit. 11, 11 ob fraudem -ptae p. *al.*). FLOR. epit. 3, 17, 3 -ptis vectigalibus. POMPON. dig. 40, 12, 43 bona. AFRIC. dig. 46, 3, 38, 1 nummos (VLP. dig. 9, 4, 38, 3. 47, 2, 43, 1). VLP. dig. 26, 10, 3, 5 aliquid -epit ex rebus pupillaribus (SCHOL. Cic. Bob. p. 103, 19 spoliat et -it a. ex aerario. *cf.* PAVL. sent. 5, 25, 11 quo quid alienum -ret, caperet, possideret [COD. Theod. 13, 11, 5 = Iust. 11, 58, 5 pr. fraude]. AMM. 15, 5, 36 quaedam . ⌐. de ... thesauris. 29, 1, 5 quae de aerario -erant). 41, 1, 44 *syn.* supprimere (*absol. ut*: 47, 2, 33 -endi ... potestas ... non datur. 48, 13, 1 [*e lege Iul. pecul.?*] ne quis ex pecunia sacra ... auferat neve -at. PAVL. dig. 47, 2, 1, 2 si id *depositum* -endi causa occultaverit). LACT. inst. 5, 5, 8 avaritia -ens beneficia divina (*aliter l. 13*). FIRM. math. 8, 11, 5 annonam. *al.* *part. perf. n. pro subst.*: NOVELL. Theod. 6, 3 (= COD. Iust. 6, 62, 5) pro -pto respondere. ② *de vindicatione falsa*: CIC. leg. agr. 2, 3 honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienae petitionis occasionem -ptus (SEN. contr. 1, 8, 10. *cf.* LIV. perioch. 117 p. 111, 18 pontificatum [*v. app. crit.*]. VAL. MAX. 7, 3 ext. 2 imperium ... parvo -ptum ... vaframento. VIR. ill. 6, 5 tutor ... regnum -epit). OV. met. 8, 433 nec titulos -e ... nostros (*cf.* CVRT. 8, 1, 29 alieno ... sanguine partam gloriam -i. TAC. Agr. 22, 4 per alios gesta. VIR. ill. 60, 1 victoriam alieno labore quaesitam. *aliter p. 2166, 1*). SVET. gramm. 3, 2 cum librum ... nondum editum fraude -isset (*cf.* 5, 1 *commentariorum* pars maxima -pta dicitur. *aliter l. 70. p. 2164, 75*). FLOR. epit. 2, 4, 4 -epit Iuppiter votum *Marti factum.* DICT. 5, 12 matrimonium (*cf.* PRVD. c. Symm. 1, 472 foedera pactae. *aliter p. 2167, 14*).

2 *e spatio quodam* (*sc. -untur quaedam interposita sim.*): OV. met. 6, 379 terga caput tangunt, colla -pta videntur. LIV. 9, 43, 3 omnia opportuna loca hostes inter consulum castra -erunt. PLIN. paneg. 16, 5 ut subsidisse montes, ... -ptum mare (*sc. inter se et Romanos*) ... arbitretur *barbarus.* MACR. exc. gramm. V 643, 13 'vi' ex medio -pta ..., ut ... amassem (*cf.* PRISC. gramm. II 463, 13 -pta 'u' consonante *in 'ii' ex 'ivi'*). EVSEB. EMES. serm. 2, 36 adde, aufer, -e, ... comple (*sc. in contextu*). *inde ex summa, copia sim.* (*cf. l. 26. 31. 32. 34. 36*): ANON. de mach. bell. 5, 5 deserta militia de summa integritatis -it. CANON. Turner I 2, 1 p. 32x, 14 *episcopum e bonis ecclesiae* -ere ... quae ad usum sunt necessariā (*gr.* μεταλαμβάνειν, *Canon. Dionys. Exig. p. 9, 23* percipiat).

3 *usu laxiore de quolibet modo auferendi, tollendi sim.*: **a** *generatim, -untur*: **α** *res corporeae et homines* (*quasi pro rebus*): OV. hal. 48 *piscis* lina secat fixumque -it hamum. COLVM. 9, 8, 14 *vasa.* 12, 18, 4 nec furi locus detur partem fructuum -endi. PLIN. nat. 9, 28 ad -endos ... quaestus. PLIN. epist. 6, 22, 4 corrupto ... servo -erat commentarios (*cf.* GAIVS dig. 2, 13, 10, 3 -pta cautione. VLP. dig. 37, 10, 5, 4 *instrumenta. aliter supra l. 49*). GAIVS inst. 3, 195 (*cf.* INST. Iust. 4, 1, 6) furtum ... fit ... cum quis -endi causa rem alienam amovet. APVL. apol. 53 l. 38 sudariolum. SOL. 15, 23 lapides *grypum.* *c. dat.*: OV. met. 10, 477 Myrrha ... caecae munere noctis -pta neci est. Pont. 4, 7, 25 *urbem* regi ... -erat. VAL. MAX. 9, 10 ext. 1 Laodices insidiis (*aliter p. 2164, 36*) -ptum sibi filium graviter ferens *Berenice.* **β** *res incorporeae* (*vergunt quaedam ad p. 2166, 29. 78, quia in incorporeis demendi, delendi, interrumpendi idem effectus est*): PROP. 3, 5, 23 ubi ... venerem gravis -erit aetas. OV. met. 15, 113 semina ... eruerat ... spemque -erat anni (SEN. dial. 5, 6, 4 alius s. nostram fefellit, alius distulit, alius -epit. QVINT. decl. 344 p. 358, 18 CLAVD. DON. Aen. 1, 555 p. 111, 1. *al.*). LIV. 35, 36, 7 libertatem, cum restitui videretur, -ptam repetendam (AVELL. p. 107, 20 ut diu -ptam redderet l. [*potius ad p. 2167, 7?*]). SEN. contr. exc. 4, 7, 2 nec

gloriam virtutis -it fortuita felicitas (CVRT. 8, 8, 17. *cf.* PHAEDR. 4, 12, 2 dives arca veram laudem -it). SEN. dial. 12 (11), 3, 1 -ptam inter prima incrementa indolem. PLIN. paneg. 75, 1 quae ..., ne qua -ret oblivio, ... incidenda ... censuistis (EVCHER. pass. Acaun. 1 rei gestae memoriam. PASS. Iulian. 1 p. 879, 22 passionem. *v. et p. 2164, 22. cf.* CLAVD. DON. Aen. 9, 75 p. 196, 28 vitio vetustatis -i. MACR. somn. 2, 10, 15 *cultūs* memoriam -epit interitus [*aliter l. 20*]). FLOR. epit. 2, 2, 32 -ptam victoriam et triumphum perisse naufragio. DECL. in Catil. 4 -ptus locus ... sermonis (*iuxta* sublata). 79 caelites ... cladem ac conatus perditos ... -erunt. CALP. decl. 6 p. 6, 21 indicium (*cf.* GREG. M. moral. 26, 60 p. 384C humana de se iudicia). MAECIAN. dig. 35, 3, 9 usu fructu -pto. FRG. Vat. 37 (= COD. Theod. 10, 17, 1 = Iust. 10, 3, 5, 1) repetitionis facultas ... -atur. TERT. nat. 2, 6, 1 divinitatem ... integre stare neque minui neque -i neque corrumpi (*cf.* FAVSTIN. trin. 4, 2 p. 68B non ... -ptum est verbum demutatione. PS. PHOEBAD. fid. 8 p. 47D deum ... non -epit, sed abscondit *in Christo dominus* [EVSEB. EMES. serm. 3, 3 p. 81, 4]). resurr. 42 p. 87, 20 devoratum non aliud existimas quam -ptum, quam abolitum. CYPR. epist. 55, 29 p. 647, 7 *syn.* tollatur. SOL. 1, 110 nil ... in homine ... facilius -i *quam memoriam* (*cf.* 32, 36 *palma matura* sensum -it [PS. RVFIN. praef. in proph. p. 961A]. PHYSIOGN. 12 p. 21, 2 intellectus ... acumen constringit et hebetat atque -it). CASSIOD. in psalm. 106, 34 *humor salsus* gratiam fecunditatis -it. THEOD. MOPS. in Gal. 3, 2 p. 50, 11 -ere ... promissionem poterat lex (*gr.* ἀναιρετικὸς ἦν τῆς ἐπαγγελίας). *al.* *pressius, sc. negando, praetermittendo sim.*: EVSEB. EMES. serm. 1, 39 p. 42, 12 si ... filium -eperis, patrem quomodo confiteris? 2, 43 p. 76, 9 deitatem (*cf.* PS. IGNAT. Antioch. 5, 1 Christi divinitatem). 18, 2 p. 8, 1 resurrectionem (*opp.* suscepere).

b *speciatim*: **α** *interimendo, delendo*: ① *res*: OV. met. 8, 292 Cererem in spicis -it. ARNOB. nat. 2, 49 p. 87, 10 quod per omnia diffusum perit et in magni corporis -itur vastitate *ut guttae in mari* (*vergit ad p. 2167, 26*). 3, 7 p. 116, 16 -ere scripta (*antea*: aboleantur). AVG. in psalm. 76, 5 vindemia a pluvia -pta est. RVT. NAM. 1, 411 -ptis ... muris. EVCHER. epist. ad Val. p. 716C saepe censum heres -it opesque ... absumit. ② *animalia* (*cf. p. 2164, 64*): COLVM. 9, 3, 4 saepe morbis -untur *apes* (9, 14, 10 ne a. -antur violentia crabronum). PALLAD. 5, 7, 7 *papiliones.* AVSON. Mos. 130 medio, sario, -pte sub aevo. ③ *homines* (*cf. et p. 2165, 76*): LVCAN. 1, 114 Parcarum Iulia ... -pta manu. QVINT. inst. 6 prooem. 1 si me ... fata -issent (*cf.* CIL VI 20679, 12 celeri fato -pta). FRONTIN. strat. 2, 4, 16 Crassus ... prope cum omnibus copiis -ptus est (= 4, 7, 41, *ubi var. l.* interfectus). TAC. Agr. 5, 2 -pti (intersepti *trad.*) exercitus. 43, 2 veneno -ptum (SVET. Iul. 20, 5 APVL. met. 10, 5, 3. *al.*). ann. 2, 71, 1 scelere (SCAEV. dig. 34, 4, 31, 2). 14, 3, 3 naufragio -pta *Agrippina.* PLIN. epist. 6, 25, 4 -ptusne sit a suis an cum suis, dubium. GAIVS inst. 2, 156 morte -ptus (IVST. 37, 1, 6 repentina [*al.*]. MACR. Sat. 1, 17, 24 subita. CIL X 1784, 1, 13 [*a. 187*] inmatura et acerba. XIII 2548, 3 misera). AVR. VICT. Caes. 3, 3 quos vario Tiberius exitio -erat. PACIAN. paraen. 4 p. 107, 3 non ... vitiare animam, sed -ere (*cf.* QVODV. [?] Aug. serm. cod. Guelf. app. 9, 6 p. 205, 166 melior pars in homine -pta). AMM. 14, 7, 8 Theophilum ... atrox -erat casus. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 21 p. 382A *venenum* sumentes -it atque corrumpit (*Migne gr. 44, 200D* φθείρει). *al.* *passive i. q. mori*: PLIN. nat. praef. 26 si non esset -ptus. QVINT. inst. 10, 1, 121 -ptus *Iulius Secundus.* SVET. Tib. 7, 3 -pto communis fili pignore. TERT. apol. 25, 5 Marci ... -pti (*antea*: interempto). CIL XII 2246, 4 -ptus an. XXXX. XIII 2199, 8 fatum malum *fuit,* ut -retur. *al.* *sensu attenuato i. q. debilitare sim.*: AVR. VICT. epit. 15, 5 degustans panis aliquantulum, ne ... viribus excsis -retur. HIER. epist. 39, 3, 6 -eris et moreris (*sc. ieiunando*).

β *occupando* (*in bello; cf. et p. 2165, 55*): LIV. 21, 1, 5 Sardiniam ... fraude Romanorum ... -ptam. 26, 51, 12 necopinato adventu ac prope furto unius diei urbem ... -ptam (*cf.* 33, 39, 5 *civitates* per occasionem. VAL. MAX. 7, 4, 2 oppidum). 36, 31, 10 -pta per fraudem insula. *al.* AMM. 20, 7, 17 -ptis castellis. 20, 10, 3 locis ... recuperatis, quae ... barbari -pta retinebant ut propria. *al.*

γ *abscondendo sim.* (*sc. adempto conspectu*): SEN. suas. 1, 1 -ptus tenebris dies. SEN. nat. 1, 12, 1 defectio *solis,* quae stellas ... ostendit et -it lucem (CLAVD. DON. Aen. 10, 215 p. 320, 18 recessisse ... diem et -ptam ipsius l. venientibus tenebris). SIL. 3, 486 erigitur tellus *Alpina* et caelum -it umbra. TERT. carn. 3 l. 58 eadem ratione -ptum est, qua et editum fuerat *corpus columbae* (*sc. Iesu baptizato*). PS. AVR. VICT. orig. 14, 2 in ... tempestatis ... confusione -ptum Aeneam nusquam deinde comparuisse.

? **δ** *convertendo* (*fortasse sec. gr.* μεταλαμβάνειν): EVSEB. EMES. serm. 7, 9 p. 181, 26 iterum quadragesima maximam partem -it ad bonum: est enim et ieiunium.

B *i. q. interrumpere, abrumpere sim.* (*v. et p. 2165, 77*): **1** *vi locali* (*in imag. p. 2167, 5*): LIV. 25, 39, 2 medio itinere -pto (CVRT. 4, 2, 9 murus ... -erat i. STAT. Theb. 7, 361 vocis ... singultus apertum -epit i. *cf.* LVCAN. 3, 641 discursus ... animae diversa in membra meantis -tus aquis. TAC. ann. 15, 3, 2 hostiles ingressus praesidiis -it. PRVD. psych. 594 aditu spiraminis -pto. CASSIOD. in psalm. 118, 139 viam salutis). GERM. 354 qua debet reddere proram *Argo sidus,*

[Nielsen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-pta perit . . . forma. STAT. Theb. 2, 626 -pta . . . lingua. 7, 749 medios -it amnes (*cf.* AVSON. Mos. 37 extantes medio non aequore terras -ptus habes, *sc. Mosella amnis*). TERT. pall. 2, 3 l. 36 Italiae . . . latus . . . medio tenus -ptum reliquias Siciliam facit. PACIAN. epist. 3, 4 p. 53, 2 haereticus . . . vestem domini, ecclesiam . . ., scindit, -it, vitiat, irrugat. PRVD. psych. 34 -pti . . . gutturis.

2 *vi temporali*: PAVL. FEST. p. 111 intercapedo tempus -ptum. (*v. p. 2152, 66*). SEN. contr. 7, 1 (16), 17 -pto spiritu (PRISCILL. tract. 1, 39 p. 32, 15 nullius *loquentis* prohibens aut -ens s. *deus*). CVRT. 4, 13, 38 usum aurium -ente fremitu (HEGES. 3, 20, 1 p. 222, 23 ut . . . navigandi u. -retur). QVINT. inst. 6, 4, 11 ut . . . medios sermones -ant (RVSTIC. c. aceph. p. 1240^{A} importune. *cf.* HEGES. 1, 44, 8 p. 116, 24 -pta vox est). PS. QVINT. decl. 9, 8 longa . . . fides -pta (*cf.* TERT. castit. 1 l. 21 post matrimonium unum -ptum [*aliter p. 2165, 51*]. COD. Theod. 13, 6, 7 pr. [= Iust. 11, 3, 2 pr.] contractum. *an potius de scissione?*). APVL. met. 9, 26, 3 -pta cena. TERT. paenit. 3, 12 difficultas perpetrationem eius *voluntatis* -it. AMM. 28, 2, 14 rapiendi dulcedinem . . . -ptam imperiali motu. CLAVD. 26, 265 -pto . . . volatu. COD. Theod. 13, 11, 5 nullis -pta metis actio. LEO M. epist. 156, 5 Conc.^{S} II 4 p. 103, 28 -pta est sacrificii oblatio, defecit chrismatis sanctificatio. GREG. M. moral. 17, 10 p. 15^{D} carnalis gloria . . . repentino -pta fine terminatur. *al.* *obi. sunt res intercapedine separatae*: GERM. 288 brevis occasus ortusque -it hora. *absolute*: STAT. Ach. 1, 737 medio sermone -it ille: '. . .'.

II *praeverbium 'inter' respondet interrogationi* **'quo'**, *fere i. q. intro recipere*: A *devorando sim.* (*fort. huc vergit etiam p. 2166, 31*): AETNA 138 iugera pessum -pta (*terra hiante ut*: APVL. mund. 34 dissiluisse humum et -ptas urbes . . . cognovimus [ARNOB. nat. 1, 3 p. 6, 29 hiatibus]. SCHOL. Cic. Bob. p. 95, 26 hiatu . . . -ptam *Tantalidem*). 337 nec ullo -it aestu *Aetna nubem*. CVRT. 8, 9, 8 *Acesinen* decursurum in mare ⟨Indus⟩ -it (*cf. p. 2165, 5*). LVCAN. 9, 344 *ratium* partem -it aequor (*cf.* SIL. 11, 508 Aufidus . . . stagnis -it arva refusis. STAT. Theb. 9, 509 -ptus aquis. TERT. bapt. 12 p. 212, 2 -i violentia maris *Petrum*. MART. CAP. 6, 687 *Hylas lacu*. CE 1178, 32 mea *bona* naufragio tamquam -pta ia⟨cebant⟩). PETRON. 105, 11 quod ergastulum -isset errantes. B *occultando, includendo*: PROB. Verg. ecl. 6, 42 ignem ferula -ptum. PRVD. apoth. 589 utero puer -ptus. psych. 742 pars mentis . . . quae corporis ullo -pta sinu . . . sese . . . tegat. C *assumendo* (*cf.* accipio *vol. I 317, 46 sqq.*): PRISC. gramm. II 29, 21 'am' . . . praepositio . . . vocali sequente -it 'b' (incipit *var. l.*). *Nielsen.*

intercīsāmen, (-inis) *n.* *ab* intercīdere. GLOSS. II 583, 34 -n (-ciss-): media intercisio. III 483, 67 (= 452, 56 -simen): διακοπή.

intercīsē *v. p. 2163, 71.*

intercīsimen *v. l. 43.*

intercīsio, -ōnis *f.* *ab* intercīdere. *de notione*: RVFIN. Orig. in num. 27, 12 'Remmon Phares' quod in nostra lingua excelsa -o dicitur, hoc est, ubi . . . caelestium rerum a terrenis . . . separatio sit et discretio. [*e coni.*: MARCELL. med. 14, 46 vocis intercessionem *codd.*, interceptionem *ed. pr.*, -em *Heraeus*, *cf. l. 65*. LEO M. serm. 68, 2 quae . . . vitae intercessio (-o *Quesnellus*) sentienda est, ubi anima et potestate est emissa et potestate revocata ?]

i. q. actio intercidendi (*i. q. status rei intercisae l. 65; fortasse i. q. res intercidens vel pars e medio secta l. 61. 64*): HYG. grom. p. 110, 11 (= PS. AGENN. grom. p. 2, 4) quae -es *agri intercisivis limitibus distributi* per trifinia . . . sive . . . interpositorum ratione signorum cernuntur esse dispositae. SACERD. gramm. VI 449, 7 tmesis, hoc est -o, sic fit, cum in medio unius verbi alterum interponitur. CHIRON 104 cura -is venarum. AVG. civ. 6, 9 p. 264, 2 D. Intercidonam a securis -e *nuncupatam esse*. CASSIAN. inst. 2, 11, 1 *psalmos* duabus vel tribus -bus cum orationum interiectione divisos distinctim particulatimque consummant ([intercessionibus, incisionibus *var. ll.*]. *cf.* GREG. M. moral. 10, 55 p. 952^{C} quatenus lector tanto ferventior ad legendi studium redeat, quanto ex lectionis quoque -e respirat [incisione, intercessione *var. ll.*]). ORIBAS. syn. 3 add. 71 p. 923 -em vocis (*v. et supra l. 50*). PASS. Quirin. 4 ad illam vitam . . . quae post mortem mortis iam -e non clauditur.

⁎**intercīsīvus,** -a, -um. *ab* intercīdere. [*var. ll. e. g.* LIB. col. I p. 225, 15 inter subsicivos *E*. p. 236, 5 -os *E*, itercivos *A*, intersicivis *P*.] *i. q. ad intercisionem pertinens* (*? i. q. intercisus de agris l. 75*): HYG. grom. p. 110, 9 *ager qui* -is limitibus ⟨est⟩ distributus (LIB. col. I p. 217, 7. 223, 11. 227, 4. 234, 20. 237, 9. 240, 11. 248, 5. *ibid.* II p. 259, 20. *al.*). LIB. col. I p. 236, 5 ager . . . -is mensuris colonis et familiae est adiudicatus. PS. BOETH. grom. p. 397, 5 agros convallium iure ordinario disposuimus, quos -os nominavimus; in planitia vero limites recte cultellavimus.

adv. **intercīsīvē.** *i. q. intercise*: SCHOL. Pers. 1, 3 -e dixit 'vel', non addens 'unus' vel 'tres'. *Hermans.*

[**intercissus** *v.* interscissus. **intercīsus,** -a, -um *v. p. 2163, 55.*]

interclāmo, -āre. *ab* inter *et* clamare. *i. q. clamando intercedere*: AMM. 31, 13, 1 cedentes nostri multis -antibus restiterunt.

interclaudo *v.* intercludo.

interclāvium, (-ī) *n.* *ab* inter *et* clavus, *cf.* praeclavium. GLOSS. III 323, 52 παρυφή -um. 323, 57 παράσημα -a. *W.*

⁎**interclūdo,** -ūsī, -ūsum, -ere. *ab* inter *et* claudere. *scribitur* -clau-: PANEG. 4, 32, 9 (-u- *X ut ceterum*). THEOD. PRISC. eup. faen. 19 p. 21, 11 (*r*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 43, 19. LEX Burg. Rom. 17, 1 (-u- *codd. minus vett.*). NOT. Tir. 50, 73 -it. 50, 74 -sit. *legitur in poesi singulis locis ap.* PLAVT. (*falsa var. l.* TER. Eun. 164, *v. vol. III 1311, 13*), LVCR., VERG. Aen., VEREC., *ter ap.* STAT., *bis ap.* ARATOREM; *in sermone pedestri inde a* RHET. Her. (*semel*), CIC., VARRONE (*semel*), CAES. *et Caesarianis*, LIV. [*in codd. confunditur c.* incl- *infra l. 28. 43. 53. al.* *dub.*: IVL. HON. cosmogr. B 47 fluvius Malva . . . includit omnem partem Mauritaniae Caesariensis, -ens per angulationem (*inde vix recte conicitur* A 47 *pro* interdicens). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 6 p. 783 neque fores habebat *porta prima templi*; caeli enim secreta, quod -sa erat, significabat (*gr. 5, 208* τοῦ γὰρ οὐρανοῦ τὸ ἀφανὲς καὶ ἀδιάκλειστον [διάκλειστον *P*] ἐνέφαινε [*sc.* πύλη], *quod interpres male intellexisse videtur*).]

I *i. q. interponendo, obstruendo, impediendo prohibendo sim. claudere, praecludere* (*res praeter l. 56; n. pl.* -sa *pro subst. l. 77; opp.* claudere *l. 83. p. 2169, 35*): A *proprie et in imagine*:

1 *strictius*: a *viam, iter sim.*: PLAVT. Mil. 223 -e inimicis commeatum (*i. commercium, ut vid.; aliter vol. III 1824, 23*), tibi muni viam, qua cibatus commeatusque (*i. victus*) ad te . . . tuto possit pervenire (*cf. infra l. 61*). CIC. S. Rosc. 110 aditus ad Sullam (Verr. II 1, 136 arduos ac potius -sos. Sull. 4. fin. 2, 118 virtus voluptatis aditus -at. Tusc. 5, 27 [*bis*]. fam. 15, 4, 4 praesidiis. LIV. 22, 22, 10. 44, 6, 11 -so per Tempe simul aditu commeatibus, simul reditu ipsi⟨s⟩. *al. cf. infra l. 83*). Rab. perd. 3 -ere . . . seditionum vias, munire praesidia rei publicae (Cael. 42 deserta via [*i. ratio vivendi*] et inculta atque -sa . . . relinquatur. Scaur. 40 coniuratio⟨ni⟩ vi⟨a⟩ -atur. LIV. 27, 27, 4 [incl- *P al.*]. 44, 11, 4. SCRIB. LARG. 184 spiritus. *al.*). p. red. in sen. 6 *inimici* meum reditum . . . flumine sanguinis -endum putaverunt (p. red. ad Quir. 14. IVST. 2, 5, 10 interrupto ponte [2, 13, 5]. *cf. l. 25*). parad. 12 adventum corporibus. Att. 7, 20, 1 fugam (CAES. Gall. 7, 11, 8 pontis atque itinerum angustiae multitudini fugam -erant. LIV. 25, 39, 3 PANEG. 4, 28, 1. *cf. p. 2169, 17*). 8, 11^{d}, 2 non modo iter meum -sum, sed me ipsum plane exceptum putabam (8, 11^{d}, 4. 9, 3, 1. CAES. Gall. 3, 3, 2 cum . . . neque commeatus supportari -sis itineribus possent. 7, 65, 4 civ. 1, 72, 5. LIV. 33, 6, 7 coartata itinera maceriis et quibusdam locis -sa. *al.* TAC. hist. 3, 68, 3 FLOR. epit. 3, 10, 22. *et saepius*). LIV. 22, 13, 5 exitum (30, 36, 8 exitu . . . fugae -so . . . circumdatis equitibus). *al.*

b *ea, quae feruntur vel ingredi videntur*: α *res animantium*: (I) *vocem sim.*: CIC. Rab. Post. 48 me dolor debilitat -itque (incl- *codd., v. p. 952, 55*) vocem (LIV. 40, 16, 1 dicenti . . . lacrimae simul spiritum et vocem -erunt. SEN. dial. 11 [12], 1, 3 IVST. 11, 8, 4. RVFIN. hist. 3, 6, 26 vox faucibus -sa est [*om. gr.*]. VEREC. satisfact. 122 [*antea*: inclusis . . . faucibus]. *al.*). PANEG. 4, 32, 9 vota hominum metu -sa (*antea*: fistulae intersaeptae). MAXIMIN. c. Ambr. 118 p. 86, 7 dominatione inimica -sus ⟨est⟩ sermo probatus. VITA Caes. Arel. 2, 47 psalmorum . . . sono lacrimis -so. *cf. p. 2170, 14.* (II) *spiritum sim.*: LVCR. 6, 1265 corpora . . . strata iacebant -sa anima nimia ab dulcedine aquarum (VARRO rust. 1, 63, 1 LIV. 23, 7, 3 TAC. ann. 6, 50, 4 GELL. 3, 15 tit.). LIV. 22, 51, 8 spiritum (40, 16, 1 [*v. l. 44*]. 40, 24, 7. CELS. 4, 7, 1 [incl- *codd.*]. CVRT. 3, 6, 13. 7, 5, 15 APVL. met. 9, 24, 3. *al. cf. p 2169, 72*). ARNOB. nat. 7, 28 p. 261, 30 -sis . . . spiraminibus. VVLG. Dan. 10, 17 halitus meus -itur. *vulgariter ipsum animal -i dicitur*: CHIRON 251 ne -atur *equus* (*cf.* VEG. mulom. 2, 6, 4 ne -so spiritu pereat). (III) *alia*: SEN. nat. 3, 15, 5 venae scissura subsedit atque -sit . . . sanguinem (*cf.* DIOSC. 2, 29 p. 193, 7 fluxum sanguinis). AVG. gen. ad litt. 12, 19 p. 408, 13 mala valetudine sensibus perturbatis . . . aut penitus -sis.

β *res varias*: CIC. Att. 9, 9, 2 classis . . . ad -endos commeatus (*i. victum, aliter supra l. 20*) . . . comparatur (CAES. Gall. 3, 24, 2 obsessis viis commeatu -so. LIV. 26, 7, 2. 26, 39, 10 hostibus. 40, 41, 2 premendo praesidiis angustos saltus eorum commeatus -sit. SVET. Aug. 16, 1. OROS. hist. 7, 43, 1 interdicto . . . atque -so). PS. CIC. exil. 10 cum a civibus -sum sit praesidium (LIV. 35, 26, 2 si praesidia maritima -isset [*1* prohibenda]). CAES. AREL. serm. 59, 2 p. 250, 25 non ut tolleretur peccatum, . . . sed ut -retur medicina peccati (*antea*: excludis indulgentiam peccati).

2 *sensu dilatato fere i. q. impermeabilem, inaccessum reddere*: a *generatim*: BELL. Alex. 43, 1 neque navibus -so mari tempestatibus commeatus supportare poterat *Labienus* (LIV. 44, 14, 10 [incl- *V*]. *cf.* STAT. silv. 4, 3, 57 pelagus . . . -ere ponte). BELL. Hisp. 23, 7 spatio -so. LIV. 28, 5, 8 saltum . . . fossa valloque -i. 31, 33, 3 faucibus ad Pelagoniam . . . -sis. VITR. 4, 4, 1 intercolumnia . . . pluteis . . . -antur, ita uti fores habeant. SEN. benef. 7, 3, 3 *animo* etiam remota et solitudinibus -sa penetrantur (*cf.* nat. 2, 9, 4 [*de aëre permeante*] interponas licet muros . . .; id . . . -itur tantum, per quod illum nos sequi possumus [*antea*: abdita et inclusa]). IVST. 11, 14, 4 ut pons . . . ad iter hostium impediendum -retur. OBSEQ. 70 locus . . . -sus interius ducto vallo (CONSVLT. Zacch. 1, 19 p. 24, 20 ut nocturnae largitatis infusio . . . querelae . . . -ret locum). QVEROL. p. 46, 17 R. claudi, non -i potest *aditus* ([*antea*: pseudothyrum. *aliter supra l. 22*]. *cf.* CONC. Aug. in psalm. 36 serm. 2, 20 cum basilicarum fores ne in-

[Voß]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

grederemur multitudine ... -erit *Primianus*. Greg. M. in euang. 12, 5 p. 1121B -sa regni ianua). Ambr. Abr. 2, 7, 40 p. 595, 9 terram ... Persarum -sam imperiis ... non potuit perambulare. in psalm. 45, 21, 3 -sa barbaricis montibus regna patuerunt (Avg. pecc. mer. 2, 25, 41 caelorum. in psalm. 17, 35 caelestia). Ps. Ambr. serm. Sess. 2, 2 dei servulis ... paradisum -is. Heges. 4, 8 p. 255, 16 patere ... omnibus hominibus ista civitas solet ..., nobis solis -itur. Theod. Prisc. eup. faen. 19 si de umore ... aures fuerint -sae (*ibid.* ventositas ... si -erit aures). Leo M. serm. 68, 3 p. 374C velum illud mysticum, quod templi penetralia sanctumque secretum suo -bat obiectu. Pallad. hist. mon. I 28 p. 314B -sit ... parietibus porticus (*gr. p. 127, 4 B.* διαφράξας τοὺς ἐμβόλους). *audacius* (*accedit* quasi) ab *aliqua re* (*cf. p. 2170, 3*): Serv. auct. Aen. 12, 408 obducto semel caelo et quasi ab oculis -so. **b** *poetice c. vi tegendi* (*cf.* claudo *vol. III 1308, 36 sqq.*): Stat. silv. 5, 1, 131 latus -ere pelta.

B *translate*: **1** *generatim* (*c. respectu -si spiritus l. 19, loci l. 36. 38. 40*): Cic. Verr. II 5, 132 num -ere perfugia fortunae ... videor? (*cf. p. 2168, 32*). Cluent. 183 depressa veritas emergit et ... defensio -sa respirat (*cf.* Phoebad. c. Arrian. 1 ut ... mendacio detecto veritas -sa respiret). leg. agr. 2, 75 vestram libertatem suis praesidiis et coloniis -sam tenebunt (Consvlt. Zacch. 2, 7 p. 61, 29 Cod. Theod. 16, 8, 24. *cf.* Edict. imp. Constant. de accus. [CIL III 12043] 24 quod ... -sa sit facultas [Arator act. 2, 704]. Ambr. hex. 5, 10, 26 p. 160, 23 copia. Avg. gen. ad litt. 5, 1 p. 137, 20 licentiam [Cod. Theod. 12, 1, 167 Rvstic. Conc.S I 4 p. 43, 19. *aliter l. 27*]. Clavd. Mam. epist. 1 p. 198, 7 potestas). Marcell. 2 vitae consuetudinem ... -sam aperuisti. Bell. Alex. 56, 2 confectum bellum licentiam (*i. intemperantiam, aliter l. 24*) ... -bat. Sen. benef. 4, 11, 5 ubi mors -sit omnia (dial. 9, 4, 8). Vlp. dig. 8, 4, 13, 1 (*interpol.?*) ut neque usus ... -atur ... neque commoditas rei ... adimatur. Amm. 26, 9, 8 salutis -so suffragio (suffugio *V. cf.* Heges. 4, 15 p. 263, 14 -so fugae subsidio). Ambr. hex. 5, 10, 28 p. 162, 4 audaciam. Heges. 2, 9, 1 p. 150, 26 spem victis (Avg. in psalm. 50, 5 si tibi non potuit -i peccatum, spes veniae non -atur. Favst. Rei. grat. 1, 3 p. 15, 9). Pavl. Nol. epist. 17, 1 p. 125, 14 aestatem ... ita clausimus, donec hiems -ret, ut *eqs.* Avg. conf. 2, 3, 8 caligo -ens mihi ... serenitatem veritatis (*cf.* Theod. Mops. in psalm. 1 praef. p. 3, 5 velut quibusdam tenebris conversationis sincerum eius *cognitionis* -itur et puritas inpeditur). Physiogn. 12 p. 21, 5 *sanguis tenuis* acumen animi excitat nec -it mobilitatem eius ac motum. Arator act. 1, 17 ut ab exule limo -sa diu patriae repetatur origo. *al.* **2** *c. colore vetandi*: Cod. Theod. 7, 4, 30, 1 (= Iust. 12, 37, 13) si quis -sam specierum exactionem refricare temptaverit, ... condemnationis summa quatiatur.

II *i. q. arcere, prohibere*: **A** *nude*: **1** *aliquem*: Rhet. Her. 1, 14, 24 ille qui ad diem commeatus non venit, quod eum aquae (*sic E, prob. Kroll, Philol. 89, 1934, 66 coll.* Qvint. *l. 55*) -issent. Cic. prov. 6 *cum Byzantii* Pontum ... ore repulsum et cervicibus -sum suis sustinerent. Mil. 56 dux cum a tergo hostem -sum reliquisset (Bell. Afr. 39, 5 Flor. epit. 1, 5, 8. 4, 2, 42 -sum undique inopia commeatuum terere. *al.*). Att. 7, 23, 1. 9, 6, 2 -si captique. 11, 15, 2 alii capti, alii -si. 16, 12. fam. 14, 14, 1 metuo, ne iam -amur, ut, cum velitis exire, non liceat. Caes. Gall. 4, 12, 5. civ. 1, 17, 1 Caesarem duobus exercitibus et locorum angustiis ... -i posse frumentoque prohiberi (3, 69, 4). 1, 40, 3. 1, 48, 4 -si fluminibus (Bell. Hisp. 9, 1 Liv. 21, 56, 3. Qvint. inst. 7, 4, 14 miles ad commeatus diem non adfuit et dicit se fluminibus -sum aut valetudine). 1, 70, 2 impedimentis cohortibusque -sis ... auxilium ferri nulla ratione poterat. Bell. Afr. 40, 1. Bell. Alex. 3, 4 *Caesarem* -sum tempestatibus ... recipere transmarina auxilia non posse. 53, 2 Bell. Hisp. 23, 6. 41, 1. Verg. Aen. 2, 111 saepe illos aspera ponti -sit hiemps et terruit auster euntis. Liv. 4, 39, 2 (*1* excludantur). 9, 37, 11 -sus exercitus tam infesto saltu (9, 38, 4 -sum ... obsideri). 23, 24, 10 *Romani* pontem fluminis petentes obsesso ante ab hostibus ponte -si sunt. 24, 1, 7 extra urbem (*cf.* Amm. 21, 1, 1 trans flumen). *al.* Vitr. 3, 3, 9 si ... aquae vis occupaverit et -erit hominum multitudinem (*in aede*). Frontin. strat. 1, 5, 8 Paneg. 8, 12, 1 Ivst. 2, 13, 6. Ambr. (?) sacr. 4, 4, 18 -sus erat mari *populus Iudaeorum* (*cf. 1, 6, 20* claudebantur). Avg. pecc. mer. 1, 28, 56 nec separari quemquam *a deo* nisi peccatis -entibus posse. Svlp. Sev. Mart. 9, 5. *?* in *aliqua re* (*c. respectu circumcludendi, includendi*): Cic. Caecin. 84 in is ipsis -ere (*i.* -eris; incl- *V*) insidiis, quas mihi conaris opponere. **2** *aliquid*: Sen. nat. 6, 13, 1 (*ex Aristotele et Theophrasto*) rixa spiritus reciprocantis iactat obstantia et, sive -sus sive per angusta enisus est, motum ... ciet (Hyg. astr. 2, 15 p. 53, 12 ne spiritus -sus vaporis extingueret in angustia *ferulae* lumen. *cf. p. 2168, 52*). Sol. 38, 11 *mons Taurus* modo -itur Phoenicio, modo Pontico sinu *eqs.* (*sc. ne terras continuet*).

B *c. structuris* (*obi. res p. 2170, 2. 13. 14. 17*): **1** *sollemnibus*: **a** *abl. separ.*: Cic. Att. 7, 9, 2 *Caesar* commeatu et reliquis copiis -endus (Caes. Gall. 1, 48, 2 frumento commeatuque. 3, 23, 6 Qvint. decl. 317 p. 247, 19 Flor. epit. 3, 19, 11 Ivst. 4, 4, 5). fam. 15, 4, 8 fuga. Caes. Gall. 1, 23, 3 re frumentaria (civ. 1, 72, 1. *cf.* 1, 61, 2 frumento pabuloque [*v. l. 79*]). 4, 30, 2 reditu (Bell. Alex. 20, 5). 7, 44, 4 omni exitu et pabulatione. 7, 59, 1 itinere et Ligeri (civ. 2, 20, 1 aut traiectu. 2, 20, 7). civ. 1, 68, 3 si hostem Hibero -ere et frumento prohibere potuissent. 3, 42, 1 Dyrrachio. Bell. Alex. 5, 3 aqua. Stat. Theb. 6, 205 *Danai* optentis ... armis prospectu visus -sere nefasto. **b** ab: Cael. Cic. fam. 8, 1, 3 *Caesarem* circumsederi -sum ab reliquo exercitu (Caes. Gall. 7, 1, 6). Caes. Gall. 7, 59, 5 a praesidio atque impedimentis. civ. 1, 43, 2 ab oppido et ponte et commeatu (Liv. 1, 27, 10 Flor. epit. 4, 2, 26. *cf.* Caes. civ. 3, 41, 3 Liv. 25, 28, 8. 26, 40, 4). Bell. Alex. 27, 3 a Caesare. Liv. 3, 70, 5 circumventos -sosque ab suis (22, 18, 2. 26, 5, 11 [incl- *P*]. 26, 5, 14. 34, 39, 12. Frontin. strat. 3, 10, 4 interposito ... exercitu). 4, 41, 4 ab acie. *et saepius ap.* Liv.; *aliter p. 2169, 12.*

2 *rarioribus*: **a** *enunt.*: Cic. Att. 8, 8, 2 -or dolore, quo⟨minus⟩ ad te plura scribam. fam. 16, 12, 4 ut eum -amus, ne ad urbem possit accedere (Liv. 37, 15, 8 *posse* classem ... -i, ne Polyxenidae coniungatur. Avg. in psalm. 129, 1 orationem, ne perveniret ad deum. Cassiod. Ios. antiq. 16, 6 p. 466 [*gr. 204* καθειργοῦνται]). **b** inde: Plin. epist. 10, 61, 3 lacus ... in contrariam partem flumen emittit, quod -sum inde et, quo volumus, aversum ... effundet *aquam*.

III *recentiora*: **A** *peculiariter* (*accedit* velut) *fere i. q. separare*: Rvfin. Clement. 1, 27 firmamento velut -untur media coeli et terrae spatia.

B *technice*: **1** *de opere inclusoris* (*v. p. 954, 37 sqq.*): Lib. pontif. p. 53, 25 scifum singularem ... auro -sum. p. 54, 10. **2** *in arte dialectica* non (*sim.*) -ere *i. q. admittere*: Boeth. herm. pr. 1, 9 p. 106, 18 cum non sit adfirmatio necessaria, non -sum est contingere negationem. herm. sec. 3, 9 p. 188, 13 non ... -sum est, ut non canescat *homo* (3, 9 p. 248, 16. *al.* in Porph. comm. sec. 1, 11 p. 166, 23). 5, 12 p. 384, 5 nulla ... -sum esse necessitate, ne non sint. 5, 13 p. 418, 15 possibiles ... propositiones ... possibilitatem aliquam monstrant, altera parte non -sa, ut quae dicit possibile esse aliquid esse, ab hac non -itur *altera*.

deriv.: interclusio, interclusor.

interclūsio, -ōnis *f.* *ab* intercludere. Rvfin. Orig. in num. 13, 3 p. 111, 6 'Og' ... -o interpretatur.

1 *i. q. actus intercludendi*: Cic. de orat. 3, 181 clausulas ... et interpuncta verborum animae -o atque angustiae spiritus attulerunt. Veg. mulom. 1, 40, 2 -e sua cibum non patitur ... descendere *humor coagulatus* (*cf. Chiron 210* obstat ... spurcities et praecludit [per- *cod.*] partes intestinorum). Avg. bapt. 3, 19, 27 p. 220, 2 passi difficultates et angustias et -es in vanis ratiocinationibus. Possid. vita Aug. 28 urbem ... conclusam obsederunt, nam et littus illi marinum -e abstulerunt. Theod. Prisc. log. 28 scybalorum -e nimia conligantur *ilea*. 42 subita vocis -e periclitantur *aegroti*. Ennod. opusc. 2, 81 p. 312, 23 callis ante pervius dumetis novella -e vestitur. *sensu dilatato de tempore praeciso*: Consvlt. Zacch. 1, 21 p. 27, 32 necessarium ... vides fuisse, ut -e (in concl- *BV*) saeculorum nec periclitari fidem sineret propinquitas adventus alterius *Christi* (*antea*: brevitate salutari atque ipsis temporum artamur angustiis). **2** *i. q. res intercludens*: Avg. pecc. mer. 1, 39, 70 soluto ... vinculo, quo ... diabolus animam retinebat, et -e destructa, qua hominem a suo creatore separabat. *?* **3** *t. t. rhet. i. q. interpositio*: Qvint. inst. 9, 3, 23 quod interpositionem vel -em dicimus, Graeci παρένθεσιν παρέμπτωσιν vocant (*παρέμπτωσιν om. PV et Radermacher*, et *vel* sive *π. alii; vocem defendit Schwyzer, Parenthese, Abh. Berlin 1939, 5, 1 pro* -em *coniciens* intercasionem).

interclūsor, -ōris *m.* *ab* intercludere. *i. qui intercludit*: Avg. trin. 4, 15, 20 ille superbissimus spiritus, ad ima mediator, ad summa -r. *Voß.*

***intercolumnium**, -ī *n.* *ab* inter columnas. *dat. pl.* -nis Cod. Theod. 15, 1, 45 (-niis *l. 68. al.*). *de notione*: Gramm. suppl. 230, 1 diastole est -um i. spatium, quod fit inter columnas. Gloss. II 368, 23 μεσόστυλον. 582, 41 intercapido columnarum. *legitur in sermone pedestri inde a* Rhet. Her., Cic.; *afferuntur omnia exempla praeter* Vitr.

1 *i. q. spatium inter columnas situm*: **a** *in architectura*: Rhet. Her. 3, 16, 29 *locos* ⟨ut⟩ aedes, -um, angulum, fornicem. 3, 19, 31 si qui multa -a *memoria* sumpserit, conturbabitur similitudine. Cic. Verr. II 1, 51 *signa disposita* ad omnis columnas, omnibus etiam ⟨in⟩ -is. ad Q. fr. 3, 1, 5 *topiarius* omnia convestivit hedera, qua basim villae, qua -a ambulationis. Vitr. 3, 2, 5 -i latitudinis intervallum. 3, 2, 6 duorum -orum et imae crassitudinis columnae spatium. 3, 3, 2 pycnostylos est cuius -o unius et dimidiatae columnae crassitudo interponi potest. 3, 3, 6 medium ... -um ... trium columnarum crassitudine (4, 3, 8 latius m. -um ... habeat laxamentum). 3, 3, 9 aspectus propter asperitatem -orum habeat auctoritatem. 3, 3, 11 per latitudinem -orum aer consumit et imminuit aspectu scaporum crassitudinem. 4, 4, 1 -a tria quae erunt inter antas et columnas. 5, 1, 2 circum spectacula spatiosiora -a distribuantur. 5, 1, 7 reliqua spatia inter parastaticarum et columnarum trabes per -a luminibus sunt relicta. *al.* Inscr. Journ. Hell. Stud. 50, 1930 p. 274 (*ca. Augusti aetatem*) ⟨interco⟩lumnium cum gradibus v datum est. Val. Max. 9, 15, 1 cum C. Caesar ... populum in hortis suis admisisset, proximo -o paene pari studio frequentiae salutatus est *Herophilus*. Serv. georg. 2, 389 membra virilia de floribus facta ... suspendebantur per -a. Hier. in Ezech. 12, 40 p. 382D intuitus est triginta thalamos ... et pavimentum vivis stratum lapidibus sive -a ut

[Kühnen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ostendatur interius atrium vel exterius habere ante fores ordinem columnarum (*fort. de ipso ordine columnarum ut*: p. 383^{C} -a erant ante thalamorum fores, quae impositum desuper aedificium sustentarent). COD. Theod. 15, 1, 45 *tabulata* -is adfixa sunt. **b** *in supellectili, instrumento*: VVLG. III reg. 7, 31 in angulis *basium* ... columnarum variae celaturae erant et media -a quadrata non rotunda (*gr. Orig. διάπηγα, deest in LXX*).

? 2 *i. q. locus columnis terminatus* (*huc spectant fortasse iam p. 2170, 69. 81*): CIL VI 33860 (*s. II*) in his horreis ... loc⟨antur⟩ ... ⟨h⟩orrea apothecae compendiaria armaria -a et loca armaris.

cf. antecolumnium. *Kühnen.*

[intercòncilio *edd. vet. pro* conc- QVINT. inst. 12, 10, 59.**]**

interconcurro *v.* intercurro *l. 72.*

intercreātus, -a, -um. *ab* inter *et* creatus. *i. q. intus creatus*: CAEL. AVR. chron. 5, 1, 5 -us humor et frequenti dolore corruptus in saniem transiens.

interculco *v.* intercalco.

[intercultus *edd. vet. pro* inter culta SIC. FLACC. grom. p. 107, 25.**]** *W.*

intercurro, -cursum, -ere. *ab* inter *et* currere. *in tmesi* LVCR. 5, 1374 (*cf. p. 2172, 6*). *scribitur* -corr- *l. 62. 75.* *legitur inde a* RHET. Her., CIC., LVCR. [*confunditur hic illic c.* incurro, *e. g. l. 40. 42.* intercurso *p. 2172, 16.*]

I *intransitive*: **A** *i. q. in medio vel per medium currere* (*accedit dat. l. 44. 54. 56. 72. 77, praepos.* inter *l. 49. 55,* ab ... ad *l. 40,* in *c. abl. l. 42. 79; nota adv.* interdum *l. 57* [*cf.* interim *l. 83*] *et pleonasmum* -entibus ... interrupta temporibus *l. 59; part. praes.* -ens *pro subst. l. 68*): **1** *interpositione minus definita*: RHET. Her. 1, 8, 12 alterum genus est narrationis, quod -it nonnumquam. VITR. 5, 6, 7 pulpita, tribunalia et si qua alia -unt. AVG. loc. hept. 6, 31 p. 620, 15 istae locutiones nec tam crebro notandae quam crebro -unt.

2 *interpositione certa*: **a** *generatim*: *α de ipsa distantia*: LVCR. 2, 373 frumentum non ... omne ... inter se simile esse videbis, quin -at quaedam distantia formis. *β vi locali*: ① *de rebus*: LVCR. 5, 1374 *ut* olearum caerula distinguens inter plaga currere posset (*sc. inter segetes, vineta sim.; tmesin non agnovit Hofmann vol. IV 1516, 76, sed cf.* COLVM. 8, 11, 3 ea septa distinguuntur velut clatris -entibus [-cerr- *A*] calamis). VITR. 6, 3, 1 collicias ab angulis parietum ad angulos tignorum -entes. SEN. nat. 7, 13, 1 -unt (in- *V*) quaedam stellae (PS. QVINT. decl. exc. Paris. 4 p. 394, 30 quaedam *stellae* in tanto aëris spatio -ere [in- *R*, incon- *VB*] possunt). PLIN. nat. 3, 100 latitudine -entis freti. 12, 15 folium eius (*i. mali Assyriae*) est unedonis -entibus spinis. 37, 67 quibusdam *sc. smaragdis* -it umbra (*cf. etiam de gemmis* 37, 162 -entibus sanguineis aut candidis venis. SOL. 52, 63 eos *sc. beryllos*, qui crystallis similes capillamentis -entibus obscurantur). ALC. AVIT. hom. 24 p. 142, 30 facta est -entibus ... fulmentis. ⓘⓘ *de deo, hominibus*: SERV. auct. Aen. 8, 138 Mercurium quasi Medicurrium ... dictum ..., quod inter caelum et inferos semper -at ([in- *Daniel*]. *cf. de nuntiis*: SIDON. epist. 9, 4, 1 cum reliquis commeantibus tum praecipue Amantio -ente. SIGISM. Alc. Avit. epist. 78 p. 93, 15 hoc -endi commercio. GREG. TVR. Franc. 4, 42 p. 176, 7 *Saxones* -entibus nuntiis pacem fecerunt). AVG. doctr. christ. 2, 20, 31 innocentem puerum colapho percutiunt, si pariter (*i. iunctim*) ambulantibus -it. in psalm. 38, 4 (*in imag.*) inter divitem deum et inopem quaerentem ... -is transiliens. *γ vi temporali*: CIC. Tusc. 2, 36 his laboriosis exercitationibus et dolor -it non numquam. SCRIB. LARG. 66 interdum febriculis ... -entibus (in- *M*). AVG. civ. 16, 1 p. 120, 32 D. sanctae vestigia civitatis utrum continuata sint an -entibus impietatis interrupta temporibus. conf. 6, 1, 1 p. 99, 18 -ente artiore periculo. retract. 2, 43, 1 quod opus per aliquot annos me tenuit eo, quod alia multa -bant (-corr- D^{1}). VEN. FORT. vita Germ. 60, 161 faucium meatus ... spiritu -ente reducitur.

b *speciatim*: *α respicitur relatio*: ① *de hominibus intercessoribus* (*cf. et supra l. 52*): CIC. Phil. 8, 17 qui -rent, misimus tris principes civitatis. GREG. TVR. Franc. 9, 42 p. 473, 19 vobis -entibus. -ens *i. q. intercessor, fautor*: LEX Burg. Rom. 9, 1 una cum facinoris ipsius -entibus vel admissoribus puniantur. ⓘⓘ *de ratione interposita*: FAVST. REI. epist. 10 p. 215, 23 (= RVRIC. epist. 2, 10 p. 386, 1) *dominus largitus est, ut* per cordis intuitum inde se invicem cari gratia -ente conspicerent. GREG. TVR. Franc. 7, 29 p. 348, 6 sibi invicem fidem ac caritatem sacramentis -entibus (inter concurr- *D 2. 3*) promittentes. EPIST. Austras. 48 ut ... de reliquis capitulis, utriusque partibus oportunis -entibus, in posterum terminetur. LEX Burg. Rom. 37, 1 -ente (-corr- *A 5*) nuptiali donatione.

-ire facere *i. q. perdere, interficere sim.* (*praetereo astrologorum illud* 'facit -ire', *quod extat apud* FIRM. math.): PALLAD. 11, 5, 1 *radices supervacuae* si convaluerint, inferiores radices faciunt -ire. VVLG. Is. 14, 30 et -ire faciam in fame radicem tuam et reliquias tuas interficiam (*gr.* ἀνελεῖ *utroque loco*). PASS. Andr. long. 9 crucis te faciam -ire patibulo (*gr.* ποιήσομαι ἀπόλλυσθαι).

part. praes. **interiēns**, -euntis *pro adi.*: HIL. trin. 8, 42 ut escam non -em, sed permanentem in aeternum operaremur (*i. interibilem; pendet ex Itala Ioh. 6, 27* [*ibid.*] quae interit, *gr.* ἀπολλυμένην, *Vulg.* perit). CAEL. AVR. acut. 2, 4, 20 defectionibus ... animi densus atque parvus et coacervatim -s (*i. deficiens*) pulsus efficitur.

p. p. p. **interitus**, -a, -um. PRISC. gramm. II 483, 26 multa ... a vetustissimis similiter (*ac 'pransus' al.*) sunt prolata participia praeteriti a neutralibus verbis, ut a ... 'discedo' 'discessus' ὁ ἀναχωρήσας, 'intereo' '-us' ὁ ἀναιρεθείς, 'obeo' 'obitus' ὁ τεθνεώς *eqs.* (*cf.* 512, 20. 566, 20). [*dub.*: SIDON. epist. 2, 10, 1 *linguam* abolitam ... -amque (interim tamque *L* [*sim.* N^1, *ut vid.*], interemptamque *Wouweren, Luetjohann, Mohr; vix recte defendit Mossberg, Stud. Sidon. 15sq.*).] *de eo, qui interiit, fere i. q. perditus, interemptus*: QVADRIG. hist. 96 pugna acriter commissa multis utrimque -is.

deriv.: interibilis, interitio, interitus (-ūs). Voß.

interequito, -āre. *ab* inter *et* equitare. *i. q. equitando per-*

[Centlivres]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

currere (l. 2. 6) sive per medium equitare (nonnisi part. praes.): Liv. 6, 7, 3 Camillus in equum insilit et ... ordines -ans ait eqs. (interequitat sunt, interequitas var. ll.). 34, 15, 4 si quis militum extra ordinem avidius procurrit, ... ipse Cato -ans sparo percutit. 35, 5, 10 -antes alarii non patiebantur in ordines redire hostes. Cvrt. 4, 13, 1 sollicitudo praetorum agmina sua -antium. 4, 13, 38 duces et proximum quemque -ans adloquebatur. Heges. 4, 15, 2 p. 263, 17 milites -antes dissicere hostium cuneum eqs.

intererro, -āre. ab inter et errare (fort. sec. Hor. carm. 3, 27, 51 inter errem ... leones). 1 intransitive i. q. in medio errare (in imag. l. 13): Min. Fel. 10, 5 deus locis omnibus -at. Ivl. Val. 1, 24 his ... sessibulis flumina ... -bant. Prvd. cath. 6, 43 nunc splendor -at (sc. in somniis), qui dat futura nosse. 2 transitive i.q. errando percurrere, pervagari: Avien. ora 219 hic capellae et ... caper dumosa ... -ant caespitum. 486 Bebryces illic, gens agrestis et ferox pecorum frequentis -bat greges. 627 Rhodanus ... scrupeam molem imminentis montis -at aequore.

interest v. intersum. **interfacio** v. interficio.

interfātio, -ōnis f. ab interfari. 1 i. q. interpellatio, interlocutio sim.: Cic. Sest. 79 Sestius fretus sanctitate tribunatus, cum se ... contra verba atque -em (interfectionem G) legibus sacratis esse armatum putaret eqs. (ad rem cf. Dionys. ant. 7, 17, 5 μηδὲ μεσωλαβείτω τὸν λόγον et v. Mommsen, Staatsr. II³ 289, 1). 2 i. q. sententia inter partes orationis interposita· Qvint. inst. 4, 2, 50 expositionem brevi -e distinguere.

interfātus, -ūs m. ab interfari. i.q. interlocutio, interpellatio sim.: Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 18^{D} quicquid ... a partibus peroratum est et quicquid -bus iudicantis utrobique signatum est. ibid. 58^{C} ut -bus meis me primitus per omnia subscribente, etiam omnes disputantes episcopi suis in scheda prosecutionibus universi ... subscribant. Vigil. Thaps. c. Arian. 3, 4 p. 231^{D} Photini errore meis -bus abdicato.

interfectibilis, -e. ab interficere. i. q. mortifer: Ps. Apvl. herb. 90 l. 48 (interpol. ex Diosc.) rutam memorant ... in Macedonia... appellari viperalem, eo quod -is esse comprobetur (v. app. crit.; cf. Diosc. 3, 45, 5 inferet mortem, gr. ἀναιρεῖν φασι).

***interfectio**, -ōnis f. ab interficere. plur.: Synod. Hil. coll. antiar. p. 61, 27 Avg. c. Adim. 12 p. 140, 2 civ. 1, 21 tit. c. Faust. 22, 14 p. 602, 23 urb. exc. 2, 3 Prosp. in psalm. 134, 10. de notione: Pavl. Fest. p. 110 internecio vitae privatio, -o. Ps. Cypr. mont. 5 p. 109, 9 Abel ... nomen accepit Hebreicum, designans fratris -em. Gloss. ἀναίρεσις. legitur apud Brvtvm (l. 50), Pavl. Fest., Ascon. et inde ab Itala. [dub.: Itala act. 8, 1 (cod. d) consentiens interfecti (cod. g -i [cf. etiam var. l. 54], gr. ἀναιρέσει, Vulg. neci); Bulhart in schedis nostris substituit vocem q. e. interfectus (-us) alioqui non repertam.]

i.q. actio interficiendi: I de occisione, nece, caede, morte (v. p. 2190, 13), sc. animantium: A generatim: 1 c. gen.: a obi. (v. et p. 2190, 16; cf. pron. poss. pro gen. p. 2190, 12 et Vvlg. Iob 21, 20 -em suam [Hier. interpr. Iob necem]): Brvt. Cic. ad Brut. 2, 3 (= 9, 3, 5 Sj.) Asiam sic vexari a Dolabella ..., ut iam non videatur crudelissimum eius facinus -o Trebonii. Ascon. Mil. p. 32, 13 incendium curiae maiorem ... indignationem ... moveret, quam -o (interfecti SM) Clodi. Iren. 4, 20, 10 (= 4, 34, 9 H.) prophetarum (5, 29, 2. Orig. in Matth. ser. 25 p. 41, 26 subplentes -em p. atque iustorum -e Christi. 28 p. 50, 5). Lampr. Comm. 4, 1 ad eius Commodi -em consilia inire. Hil. in Matth. 1, 6 Herodis ... furor et infantium -o (Ps. Avg. serm. 133, 1 = Leo M. serm. 38, 1. cf. Favst. Rei. grat. 2, 3 p. 65, 6 parvulorum). Gavdent. serm. 7, 1 G. de -e primitivorum Aegypti. Hier. in Ier. 3, 3, 3 hereticorum. 4, 9, 2 trucidati sunt ob -em filii dei. Vvlg. iud. 21, 15 Israhel ... egit paenitudinem super -e unius tribus. Esth. 8, 6 necem et -em populi mei (Orig. in Matth. 22, 15 p. 630, 4; gr. ἀναίρεσις). Avg. civ. 3, 15 p. 118, 7 D. Tarquinium nefarium parricidam soceri -e regnantem. Mart. Cap. 5, 445 nescias ... quid neget, qui ita negat 'non feci homicidium', utrum quia nullum hominem iugularit an quia tyranni -o homicidium non vocetur. et saepius. de morte animae: Avg. agon. 23, 25 p. 126, 21 martyres passos et mortuos dicimus in corporibus ... sine animarum -e vel morte. de caede bestiarum: Pavl. Fest. p. 119 ob luporum -em. Hier. in Am. 1, 1 p. 993^{B} in eremo versatur leonum feritas et -o pecorum. Avg. c. Adim. 12 p. 139, 26 peduculorum et pulicum. gen. c. Manich. 1, 20, 31 leones et accipitres et milvos et aquilas non pasci nisi carnibus et -e aliorum animalium. serm. coll. Morin p. 261, 29 debebatur -o vituli saginati ei, qui longe abierat. b subi. (cf. pron. poss. pro gen. p. 2190, 9): Itala iud. 15, 17 (Lugd.) vocavit locum illum -o maxillae (gr. ἀναίρεσις, Vulg. elevatio; cf. num. 21, 24 Lugd. occisione gladii).

2 sine gen.: Itala Ezech. 26, 15 (Wirc.) non a voce ruinae tuae, in gemitu vulneratorum tuorum -e in medio tui commovebuntur insulae? (gr. ἐν τῷ σπάσαι μάχαιραν [var. l. ἀναιρεθῆναι], Vulg. cum occisi fuerint; Hier. ad l. in gemitu vulneratorum sive interfectorum, qui occisi fuerint in medio tui). Vvlg. I reg. 5, 9 fiebat manus dei ... -is magnae nimis. II reg. 24, 21 cesset -o, quae grassatur in populo. Esth. 9, 1 Iudaeis -o parabatur. Is. 34, 6 -o magna in terra Edom. Abd. 10 propter -em. Avg. in euang. Ioh. 114, 5 dominus ... mortem suam ... -em vocat. Fort. Aug. c. Fort. 17 p. 95, 26 nec -o diceretur aut fieret, ubi erat vita. Oros. hist. 1, 10, 16 hac postrema -e vacuata est Aegyptus. Evcher. instr. 1, 5 occisionem -emque. Sacr. Leon. 823 haec -o gloriosa (sc. Christi). pendet gen. -is (-um l. 11) ex nominibus: Hier. epist. 36, 16, 5 tempus (cf. Vvlg. Esth. 9, 17 dies [Is. 22, 5. 30, 25 Ier. 46, 21]). in Matth. 27, 37 causam. Vvlg. iud. 9, 24 scelus (cf. Rvstic. $Conc.^{S}$ I 4 p. 91, 10 dolus. Op. imperf. in Matth. 2 p. 640 malitiam). Is. 34, 5 super populum -is meae. Ier. 7, 32 vallis -is (19, 6 et Hier. ad l. occisionis). Ezech. 9, 1 vas. Avg. c. Adim. 12 p. 140, 2 multarum -um rei. Orig. in Matth. 17, 10 p. 172, 9 participes (gr. ἀναιρεθῆναι). Pass. Paul. 15 ministri -is meae.

B speciatim apud medicos i. q. mors aegrotantis: Cael. Avr. acut. 1 praef. 4 phrenitim esse in -em celerem. 3, 17, 164 medicamina acervatim exclusa ... -em faciunt. chron. 4, 8, 112 significare ... lumbricos -em aegrotantis.

II de abolitione, eradicatione, destructione sim., sc. rerum: Hil. syn. 48 p. 516^{B} si quis ... dealitatem eius (i. Christi) corruptionem ... vel deminutionem vel -em sustinuisse dicat eqs. Leo M. epist. 16, 3 in baptismatis regula ... mors intervenit -e peccati. serm. 61, 4 p. 348^{B} sanctorum poena membrorum inimicarum fuit -o potestatum. 72, 5 p. 393^{A} susceptio ... crucis est -o cupiditatum, occisio vitiorum. Greg. M. past. 3, 25 gladium a sanguine prohibere est praedicationis verbum a carnalis vitae -e retinere.

interfectīvus, -a, -um. ab interficere. i.q. interficiens, mortifer: Cael. Avr. acut. 1 praef. 12 animalia ex communi causa facilibus morbis et -is adficiuntur. 2, 39, 226 clyster in diaphoreticis ... -us (Bendz, interfici livor G, interficiens Haller) esse probatur. chron. 5, 10, 114 vomicas pessimas ... aut difficillimas aut ... -as esse (-a ferri edd. vet.).

***interfector**, -ōris m. ab interficere. Gloss. φονεύς. legitur nonnisi in sermone pedestri inde a Cic., Nep., Liv. [confunditur c. interfectorium p. 2191, 22. falso trad. pro inter fictores Plin. nat. 34, 76.]

i. qui interficit (de hominibus praeter l. 50. 51. 67. 73; ? adhibetur pro adi. l. 70): 1 de necantibus: a respicitur mors corporis: α accedit gen. (cf. etiam pron. poss. l. 71): Cic. Mil. 72 quorum -es implerunt orbem ... gloriā. 79 huius i. Clodii. Brut. 128 Gracchi. Ps. Brvt. Cic. ad Brut. 1, 16, 5 Caesaris -es (Nep. Att. 8, 3 Liv. frg. 59. al.). Liv. 24, 22, 16 tyranni (25, 25, 3). Pavl. Fest. p. 55 Remi. Sen. contr. 7, 2, 8 Ciceronis. Val. Max. 9, 8, 1 -r an captivus Scipionis. Sen. apocol. 13, 6 amicorum (al.). Cvrt. 6, 3, 17 domini sui (al.). Plin. nat. 7, 109 Archilochi. Tac. hist. 2, 23, 5 Galbae. 4, 49, 4 ex -bus Clodii Macri (antea: percussorem). Itala act. 7, 52 (Lucif. non parc. 20 p. 252, 18) cuius Christi ... proditores et -es ([gr. φονεῖς, Vulg. homicidae]. Iren. 4, 28, 3 [= 4, 44, 3 H.] domini [al.]. Avg. civ. 17, 20 p. 247, 18 D. epist. 149, 9 negatores, persecutores, -es. $Conc.^{S}$ I 2 p. 57, 16 dei -bus [gr. I 1, 2 p. 44, 3 θεοκτόνων]. al.). Cypr. patient. 6 p. 402, 5 prophetarum (al.). Firm. math. 3, 11, 18 tortores, carnifices, -es, delatores suorum. Hier. hom. Orig. in cant. 2, 11 p. 56, 20 cervus -r serpentum est (v. et infra l. 82). Avg. serm. 334, 1 mundus -r est corporis mei (Petr. Chrys. serm. 101 p. 481^{B}. v. praeterea l. 83). al.

β sine gen.: Cic. Phil. 1, 35 ut ... cum summa -is gloria interfici possit. Liv. 24, 7, 7 -es ... in forum ... pergunt. 24, 24, 7 bona ... eorum praedae futura -bus. 44, 40, 9 ad persequendos -es. Sen. contr. 10, 1, 12 (antea: percussor). contr. exc. 8, 4, 2 irascere -i, sed miserere interfecti. Val. Max. 3, 2, 11 quantum -e fortior interfectus. Sen. epist. 7, 4 -es interfecturis iubent obici (de gladiatoribus). Cvrt. 6, 11, 29 (antea: esse occisuros). Plin. nat. 8, 86 aspidum alterutra interempta ... ultionis alteri cura: persequitur -em. Tac. hist. 4, 49, 1 occiso Pisone plerique ad gratiam -is inclinavere. ann. 2, 70, 1 praemia caedis apud -em mansura. Itala Ios. 20, 3 (Lugd.) refugium -i, qui animam percussit nolens (gr. φονευτῇ, in Vulg. deest; sim. 21, 13 [Lugd., gr. φονεύσαντι]). Lvcif. Athan. 1, 19 p. 99, 20 deum ... mortem eius de manibus -um exquisivisse. Hier. epist. 36, 2, 4 -r occidens eum, qui eqs. Vvlg. Is. 54, 16 creavi -em ad disperdendum. Os. 9, 13 Ephraim educet ad -em filios (cf. Hier. ad l.: hoc est ad diabolum). Avg. in epist. Ioh. 5, 10 p. 2018 qui odit, non movet manus ad occidendum hominem, homicida iam tenetur a domino; ... et iste iam -r iudicatur (sim. Epist. pontif. 360 Migne 20, 790). al. ? pro adi.: Vvlg. Ier. 50, 9 sagitta eius quasi viri fortis -is. c. pron. poss.: Cic. fam. 12, 23, 2 -es suos (Sen. suas. 6, 19 Cypr. patient. 8 p. 403, 1. Lact. inst. 5, 20, 1 deos latrones et -es s. al.). Philo antiq. 61, 8 -em tuum.

b -r animarum: Lact. inst. 5, 19, 1 et suarum et alienarum -es a. Avg. c. Parm. 1, 8, 14 p. 35, 7 (antea: corporis persecutores).

2 transfertur ad eos, qui delent aliquam rem (fere incorpoream): Cic. p. red. in sen. 4 hostes atque -es rei publicae. Tert. carn. 5 l. 12 -r veritatis Marcion. Cypr. epist. 60, 3 p. 694, 4 misericordiae hostis, -r (interceptor var. l.) poenitentiae ..., veritatis corruptor, perditor caritatis. Avg. in psalm. 51, 1 Christus mortuus ... mortis -r fuit (serm. 296, 1, 2 mori timens m. -em). Bachiar. repar. laps. 8 p. 1045^{B} serpentium, hoc est adversariarum virtutum -r. Pallad. hist. mon. II 20, 4 p. 378^{D} non ... corporum ... -es, sed passionum.

f. **interfectrīx**, -īcis. i. quae interficit: 1 pro subst.:

[Centlivres]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

a *de mulieribus:* TAC. ann. 3, 17, 2 -em nepotis. SCHOL. Verg. Bern. ecl. 6, 79 Progne -x est, Philomela causa. HYG. fab. 122, 2 Iphigeniam fratris -em esse. VVLG. Tob. 3, 9 -x virorum tuorum. AVG. civ. 1, 19 p. 32, 10 D. -em innocentis et castae. ORIG. in Matth. 19, 3—12 p. 342, 28 mulier . . . venefica . . . aut -x communis infantis (*gr.* ἐπὶ . . . ἀναιρέσει). DRAC. Orest. 201 Lacaenam -em tot regum, tot populorum. b *de rebus (ut feminis):* PS. CYPR. mont. 3 p. 106, 7 civitas illa (*i. Hierusalem*) -x prophetarum (HIL. in psalm. 56, 3. ORIG. in Matth. ser. 28 p. 53, 6 -em et lapidatricem). SYNOD. Migne 13, 567^{A} *doctrina Nicaena* hostis et -x Arianae haereseos (*gr. CSEL 65, 4 p. 80, 11* ὀλετήρ). AVG. in psalm. 72, 4 synagogam . . . quasi -em domini (*ibid. iterum*).

2 *pro adi.* (*c. gen. l. 17*): HIER. in Gal. 5, 3 p. 397^{A} concisionem et -em . . . litteram. CAEL. AVR. acut. 2, 39, 227 in phreniticis tamquam -em metuit *Asclepiades* ventris turbatam solutionem. 3, 8, 95 immodica atque -x tanta abstinentia iudicatur. PS. IGNAT. Philad. 3, 1 abstinete . . . vos ab herbis malis, quas . . . seminavit . . . hominum -x bestia (*gr.* ὁ ἀνθρωποκτόνος θήρ).

deriv.: interfectorius.

? **interfectōrium,** -ī *n. v. l. 22.*

interfectōrius, -a, -um. *ab* interfector. *i. q. mortifer* (*c. gen.* AMBR.): AMBR. Hel. 10, 37 ieiunium . . . culpae -um est (interfector *var. l.; an pro subst.?*). AVG. lib. arb. 3, 264 ut poena hominem susciperet emendatoria potius quam -a. ISID. orig. 17, 7, 7 fructum . . . -um.

adv. **interfectōriē.** *i. q. letaliter*: AVG. c. Parm. 3, 2, 14 p. 116, 5 non -e percutitur, sed medicinaliter uritur.

interfectrix *v. p. 2190, 84.* ? **interfectus,** -ūs *v. p. 2189, 45.*

interfeminium, -ī *n. ab* inter femina. *i. q. pudenda muliebria*: NOVIVS Atell. 41 cum natust artivit matri -a fortiter (inter femina *trad.*). APVL. apol. 33 -um tegat et femoris obiectu et palmae velamento. 34 si ego de Veneris statua nihil dixissem neque -um (-neum, interfeminam [*suprascr.* i *super* a] *var. ll.*, -a *Hildebrand*) nominassem.

interfemus, -oris *n. ab* inter femora. GLOSS. -s: μεσομήριον. -a: μεσομήρια. [*in var. l. pro* femora: SORAN. p. 66, 6 venter . . . et -a . . . excrescunt (*gr. aliter*).]

***interficio,** -fēcī, -fectum, -ere. *ab* inter *et* facere; *ad vim praeverbii cf. sanscr.* antar-hita- *'abditus'* (*v. Hirt, IF 37, 1916/17, 231*).

de origine: CHAR. gramm. p. 393, 13 B. -ere et perimere prisca sunt . . ., -ere a facto *dictum est.* *de scriptura et formis*: intir- CIL III 11045b, 5; -fac- TAC. hist. 5, 21, 1 (*falso trad.* LIV. 25, 11, 8); -fic- *in stirpe perf.* ITALA Ioh. 16, 2 (cod. l). GREG. TVR. Franc. 5 capit. 17 (*unus cod.*). *supin.* -ctum GELL. 12, 1, 9, *cf. inf. fut. pass.* -ctu iri IVL. VAL. 1, 8 (*Hist. Alex. M. I p. 16, 2 K.* ἀναιρεθῆναι). *pass.* -fio *v. p. 2195, 12.* NOT. Tir. 22, 40^{d} -it. 22, 48 -ecit. *de notione*: PAVL. FEST. p. 45 quod apud illos *Graecos* καίνειν significet -ere. p. 248 peremptus -ctus. NON. p. 330, 22 -ere occidere (*affert* LVCIL. *p. 2192, 76*). p. 330, 25 -ere perdere, concremare (*affert* VERG. *infra l. 81*). p. 330, 28 -ere consumere, finire (*affert* LVCIL. *p. 2192, 30*). DON. Ter. Andr. 663, 3 (*tribuit praeverbio vim auctivam ut*: SCHOL. Ter. Bemb. Haut. 448). CHAR. gramm. p. 393, 12 B. occidere et -ere et perimere et iugulare et necare (*eadem cum aliis iuxta ponuntur* SYNON. Cic. p. 431, 10). GLOSS. διακόπτω. κατασφάζω. ἀναιρῶ. -ito: interrumpe. -ctus: occisus, extinctus. $GLOSS.^{L}$ I Ansil. ME 100 medio sermone: -cta oratione (interfata *var. l.*, infecta *Lindsay-Mountford*, imperfecta *Löfstedt, Verm. Stud. 102; cf. p. 2192, 32*). *legitur in poesi vetustiore apud* NAEVIVM (*com. 4; contextu mutilo*), PLAVTVM, TER., PACVV., TVRPIL., LVCIL., ACC.; *ceterum vitant poetae praeter* CATVLL. (*l. 80*), LVCR. (*p. 2193, 27, cf. etiam p. 2195, 14*), VERG. georg. (*l. 81*), PHAEDR. (*p. 2193, 33. 53*), LVCAN. (*p. 2193, 59*), PETRON. (*p. 2193, 60*), PRVD. (*quater*), CLAVD. (*p. 2193, 20*). *in sermone pedestri inde a* CATONE, GRACCH. or., COEL., SISENNA, RHET. Her., CIC., VARRONE. *v. et Axelson, Unpoet. Wörter 65 sqq.* [*confunditur in codd. e. g.* -ctus *c.* infectus CAES. civ. 2, 14, 6 (*e coni.* VVLG. II Macc. 12, 16; *cf.* SEN. epist. 94, 31 -ecit *pro* infecit *Buecheler*); *c.* interimere *e. g.* LIV. perioch. 106 p. 103, 23, *c.* intercipere FRONTIN. (?) strat. 4, 7, 41 (*v. et p. 2164, 20*), *c.* intericere PLIN. nat. 8, 79.]

i. q. **perdere,** *delere, tollere sim.*: **I quolibet modo: A** *aliquid* (*alicui l. 72 [aliter p. 2192, 38]; cf.* NON. p. 449, 19 -i et occidi et inanimalia posse): **1** *mera vi adimendi*: PLAVT. Merc. 833 usus, fructus, victus, cultus iam mihi harunc aedium interemptust, -ctust, alienatust.

2 *praevalente vi consumendi, dissolvendi sim.* (*v. iuxta pos. l. 80. 83 sqq.; apud recentiores subaudiri potest imago necandi, cf. p. 2194, 43*): a *generatim*: α *-untur res corporeae* (*in imag. p. 2192, 8. 10*): CATO mor. frg. 3 *ferrum* si exerceas, conteritur; si non exerceas, tamen rubigo -it. ACC. trag. 452 fatis internecionem fore Meleagro, ubi torrus esset -ctus flammeus. CIC. phil. frg. I 12 herbas arescere et -i. CATVLL. 69, 9 crudelem nasorum -e pestem. VERG. georg. 4, 330 fer stabulis . . . ignem atque -e messes, ure sata. VITR. 1, 4, 6 in . . . corporibus, cum exsuperat e principiis calor, tunc -it dissolvitque cetera fervore. TERT. apol. 48, 8 lux cottidie -cta resplendet . . ., sidera defuncta vivescunt, . . . fructus consumantur et redeunt, . . . semina non nisi corrupta et dissoluta . . . surgunt: omnia pereundo servantur (*v. et p. 2194, 36*). ITALA psalm. 71, 7 (Aug. epist. 55, 10) orietur . . . iustitia et abundantia pacis, quoad usque -atur luna (tollatur *R, Aug. in psalm. ad l., gr.* ἀνταναιρεθῇ, *Vulg.* auferatur). Is. 24, 5 (Gild. Brit. 44 chron. III p. 53, 6 *et* Hier. *ad l.*) terra -cta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges (*gr. LXX aliter, Euseb.* ἐφονοκτονήθη, *Vulg.* infecta; *aliter p. 2193, 22*). VVLG. Nah. 1, 14 de domo dei tui -am sculptile et conflatile. PRVD. c. Symm. 2, 1075 non totum spes salva -it ignem (*sc. amoris*). MARCELL. med. 32, 52 porriginem intertriginum -es hoc medicamine. AVELL. p. 580, 3 venena *haereseos.* β *-untur res incorporeae* (*dub.* SALL. [?] rep. 1, 4, 1; *v. p. 2164, 21*): APVL. met. 5, 4, 4 novam nuptam -ctae virginitatis curant. TERT. carn. 3 l. 55 *spiritus sanctus* tam vere erat columba quam et spiritus, nec -erat substantiam propriam adsumpta substantia extranea. resurr. 12 p. 41, 1 *lux* revivescit, -ens mortem suam, noctem, rescindens sepulturam suam, tenebras (AVG. c. Fel. 11 p. 840, 19 *syn.* solvit). ITALA Eph. 2, 16 (Tert. adv. Marc. 5, 17 p. 637, 15 = VVLG.) cum -isset *Christus* inimicitiam ([*gr.* ἀποκτείνας]. AVG. pecc. mer. 2, 28, 45 FORT. Aug. c. Fort. 17 p. 95, 18). AMBR. spir. 1, 11, 119 *spiritus sanctus* omnes -it opiniones (*cf.* HIER. epist. 22, 6, 6 -it cogitatus *malos* et elidit eos ad petram. in Is. 5, 11—12 p. 82^{D} cogitationes). AVG. gen. ad litt. 12, 5 p. 400, 26 *animae adfectio bona* multas -it cupiditates (*cf.* GREG. M. in euang. 16, 5 p. 1137^{C} concupiscentias turpes). in Iob p. 621, 24 *martyr* -it praesentem iniquitatem (*cf.* CHROMAT. in Matth. 7, 3, 7 excludere iracundiam . . ., -ere malitiam). c. Petil. 2, 14, 32 p. 38, 24 *testimonia* contradicendo -ere et exstinguere. OROS. hist. 4, 21, 9 pro -enda cordis sui virtute (*cf.* PS. ORIG. hom. in Matth. 2, 5 p. 252, 12 fortitudinem animae meae). ORIG. in Matth. ser. 27 p. 49, 10 ab impiis memoria -itur dei, quando et templum dei a lascivis corrumpitur.

b *speciatim, -untur*: α *cibi* (*sc. devorando sim.*): LVCIL. 770 piscium magnam atque altilium vim -isti. 1157 durum molle voras, fragmenta -is (*Bentinus*, -it *codd.*) panis. β *actiones, sermones sim.* (*sc. interrumpendo, abrumpendo; v. et p. 2191, 55*): APVL. met. 11, 24, 7 singultu crebro sermonem -ens et verba devorans aio *eqs.* Socr. 17 p. 157 -ctis (intersectis *G; v. app. crit.*) sapientiae officiis. COD. Theod. 4, 23 (22), 2, 1 reparationem -cti hoc pacto semel negotii . . . postulare. γ *spolia* (*sc. vovendo, sacrificando*): VVLG. Mich. 4, 13 comminues populos multos et -es domino rapinas eorum.

? **B** *aliquem aliqua re* (*cf. p. 2207, 24*): PLAVT. Truc. 518 salve, qui me -isti paene vita (*Camerarius*, ut ulta *codd.*) et lumine.

II necando: *accedunt syn.*: CIC. Catil. 4, 12 liberis . . . -ctis, uxore occisa (SEN. benef. 5, 14, 2. *al.*). Mil. 17 nisi forte magis erit parricida, si qui consularem . . . necarit, aut eo mors atrocior erit P. Clodi, quod is in monumentis maiorum . . . sit -ctus (CAES. Gall. 5, 6, 5. *al.*). 29 quod hunc iam -ctum putarent, caedere incipiunt . . . servos (ITALA Marc. 12, 5 [cod. q; *gr.* ἀποκτέννοντες, *Vulg.* occidentes]. *v. et l. 55*). Tusc. 5, 60 utrumque iussit -i, alterum quia viam demonstravisset interimendi sui *eqs.* (SCHOL. Cic. Bob. p. 93, 14. *aliter p. 2191, 40*). VVLG. psalm. 100, 8 -bam . . . ut disperdam (*gr.* ἀπέκτεννον . . . τοῦ ἐξολεθρεῦσαι, HIER. psalt. sec. Hebr. perdam . . . ut -am. *cf. p. 2194, 36*). Is. 14, 30 interire faciam . . . et . . . -am. -ere morte *sim.* (*cf. p. 2193, 63*): ITALA deut. 13, 15 (Cypr. Fort. 5 p. 325, 25. *al.*) -ens necabis . . . caede gladii (*gr.* ἀναιρῶν ἀνελεῖς, *Vulg. aliter*). apoc. 2, 23 (cod. g) morte ([*gr.* ἀποκτενῶ ἐν θανάτῳ, VVLG. *in m.*]. VVLG. Ier. 18, 21). PANEG. 10, 5, 4 internecione caesi -ctique. *cf.* FIRM. math. 7, 14, 1 -cti . . . interibunt (*sim.*: 7, 17, 1 -cta morietur. *al.*). VVLG. Is. 51, 14 usque ad internecionem (Ezech. 9, 6). *opponitur* perficere: PETR. CHRYS. serm. 114 p. 515^{A} non -it hominem finis iste (*sc. Christi*), sed perficit. vivificare *v. p. 2193, 17. 2194, 36.* *cf. lusum verb. c.* inficere AVG. *p. 2194, 71.* *saepius subaudienda est vis causativa* (*e. g.* VELL. 2, 18, 6 per emissarios. *v. et p. 2193, 46*), *quae exprimitur e. g.* CIC. Cluent. 23 tollendum -endumque curavit (NEP. Dion 7, 1 PAVL. FEST. p. 332 VAL. MAX. 9, 2, 1. *et saepe*). Catil. 1, 5 si *te* -i iussero (Tusc. 5, 60 CAES. Gall. 5, 7, 7. civ. 1, 81, 5 iumenta. 3, 109, 5 SALL. Iug. 54, 6 LIV. 40, 58, 8. *et persaepe*). *accedunt adv. e. g.* crudelissime CAES. civ. 3, 28, 4; foede LIV. 30, 20, 6. 31, 31, 12; cruciabiliter *p. 2193, 52*; mordicus *l. 84.*

A *vi plena*: **1** *proprie*: **a** *de animantibus*: α *generatim*: ① *varia exempla selecta*: Ⓐ *-untur homines sim.* (*obi. suppl. e. g.* HIRT. Gall. 8, 29, 3): PLAVT. Poen. 476 *homines volaticos* ego -eci. 524 in re populi placida atque -ctis hostibus non decet tumultuari (CIC. Catil. 3, 27 aut -ctos aut oppressos. CAES. Gall. 7, 50, 5. *et passim*). CATO or. frg. 8, 1 succidias humanas facis, tantam trucidationem facis, decem capita libera -is, decem hominibus vitam eripis. 37, 3 homines defoderunt in terram dimidiatos ignemque circumposuerunt, ita -erunt (LVCIL. 809 h. ipsum. CIC. Brut. 85 CAES. Gall. 5, 7, 9. PLIN. nat. 11, 73 *crabronum* ter novenis punctis -i h. *al.*). TER. Eun. 551 -i perpeti me possum. GRACCH. or. frg. Char. gramm. p. 313, 19 B. fratrem meum . . . -erunt (*al.*). COEL. hist. 32 multi -untur (CAES. Gall. 7, 42, 6 utrimque. *al.*). SISENNA hist. 73 inermos armati, impeditos expediti sine ullo suorum vulnere cunctos -unt. CIC. S. Rosc. 91 testis (Verr. II 5, 113). Pis. 15 voluit . . . *Catilina* senatum -ere (CAES. Gall. 3, 17, 3 *Gallorum. al.*). VARRO rust. 2, 7, 9 *equus* impetum fecit in *aurigam* . . . ac mordicus -ecit. CAES. civ. 2, 13, 3

[*Centlivres*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

omnes puberes (SALL. Iug. 91, 6 LIV. 9, 31, 3. *et saepe*). BELL. Afr. 77, 1 -cto regio praesidio (NEP. Milt. 4, 1 LIV. 9, 13, 3. *al.*). LIV. 3, 15, 3 -ctorum tribunorum, trucidandae plebis. R. GEST. div. Aug. 27 -cto rege Artaxe (*gr.* ἀναιρεθέντος). CVRT. 9, 7, 21 Macedo, haud dubius eminus -i posse, lanceam emisit. TAC. ann. 3, 30, 3 -endi Postumi Agrippae conscius. 14, 44, 1 -endi domini animum. IVLIAN. dig. 9, 2, 51 pr. *si quis* mortiferum vulnus inflixerit, eundemque alius ... ita percusserit, ut maturius -retur, quam ex priore vulnere moriturus fuerat *eqs.* ITALA Luc. 19, 27 (cod. aur. *al.* = VVLG.) inimicos meos ... -ite ante me (*gr.* κατασφάξατε, occidite *codd. d s*, iugulate *cod. a*). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 43, 13 domus ... signantes a foris, ubi manifesti essent, quos oporteret -i (*gr. I 1, 5 p. 129, 13* πολιορκηθῆναι, *quod exaggerasse videtur interpres*). CIL III 4850 in canapa leg. -cto a barbaris. 14587 a latronibus -ctus. *et passim.* *-itur hominis corpus, membra sim. vel anima* (*i. vita*): SEN. contr. 1, 4 thema corpus (9, 1 thema. *al.*). TERT. resurr. 35 p. 76, 21 caro ... sicut occidetur in gehennam, si non magis a deo timuerit occidi, ita et vivificabitur ... si maluerit ab hominibus ... -i (VVLG. gen. 6, 17. 9, 11). LACT. inst. 6, 20, 11 animas hominum (VVLG. gen. 37, 22 non -amus a. eius nec effundamus sanguinem [*Itala Lugd.* feriamus eum in animam]. CLAVD. carm. min. 53, 82 uno ternas a. -it ictu). PRVD. perist. 5, 156 membra morti obnoxia dilancinata -is. *-itur* terra (*pro hominibus; aliter p. 2192, 5*): ITALA psalm. 105, 38 (Aug. *ad l.* = VVLG.) et -cta est t. in sanguinibus (*gr.* ἐφονοκτονήθη, *aliae verss.* infecta, *Hier. psalt. sec. Hebr.* polluta. AVG. *ad l.*: nisi ... referatur ad homines, qui habitabant in terra, tropica locutione). VVLG. Ier. 50, 26. Ⓑ *-untur bestiae* (*v. etiam p. 2194, 34. 44. 77. 78*): LVCR. 5, 1249 feras. CIC. nat. deor. 1, 101 *ibes* volucris anguis ... -unt atque consumunt (*cf.* COLVM. 8, 2, 11 *mares gallinacei* debent ... serpentem vel aliud noxium animal -ere. GELL. 7, 3, 1 *serpentis* -cti corium. TERT. coron. 7 l. 36 -cto ... dracone. *al.*). VARRO rust. 1, 2, 25 cimices. 3, 16, 18 nigrum *regulum apium* (*cf.* COLVM. 9, 9, 7 duces seditionum). SALL. Iug. 53, 5 elephanti ... reliqui omnes ... -cti (LIV. 27, 49, 1. *al.*). PHAEDR. 1, 9, 7 *passerem* accipiter. CVRT. 8, 1, 14 leonem (SPART. Hadr. 19, 7 in circo. PS. PHILO antiq. 43, 3. VVLG. I reg. 17, 35 *l. vel ursum* percutiebam ... et suffocabam -bamque eos. *al.*). PLIN. nat. 11, 57 ab apibus fucos -i. APVL. met. 8, 4, 5 canum procaciores ... genis hac illac iactatis consectas -it *aper*. ITALA num. 11, 22 (Lugd., Monac.) oves et boves (*gr.* σφαγήσονται, *Vulg.* caedetur). PS. AVR. VICT. epit. 41, 2 iumenta publica. *al.*

Ⓘ *indicatur*: Ⓐ *instrumentum, modus sim.* (*cf. p. 2194, 33*): PLAVT. Most. 192 sq. di deaeque me omnes pessumis exemplis -ant, nisi ego illam anum -ero siti fameque atque algu (LIV. 21, 41, 11. PAVL. FEST. p. 162 veneno aut f. *al.*). CIC. Font. 41 manus, a qua -ctus est *parens* (Mil. 37 m. servorum. SALL. Iug. 101, 6 LIV. 26, 15, 14. *et saepius. cf.* VVLG. Iudith 13, 18 -ecit deus in manu mea hostem ..., per manum feminae percussit illum). Cluent. 31 veneno (SALL. hist. frg. 2, 75. CALP. decl. 40 p. 32, 6 cruditate an v. *cf. l. 44*). Manil. 11 supplicio (EVTR. 3, 11, 2 variis. NOVELL. Maior. 7, 4 fustuario). dom. 59 per insidias (SPART. Hadr. 23, 8 vel aperte vel p. i. *cf.* CIC. Att. 13, 10, 3 insidiis). Phil. 9, 3 ferro (LIV. 40, 13, 2 PLIN. nat. 28, 34). CAES. Gall. 2, 31, 6 per cruciatum (*cf.* BELL. Afr. 46, 2 cruciabiliter [AMM. 26, 6, 3]). NEP. Alc. 10, 6 telis (LIV. 10, 28, 17 infestis. PHAEDR. 4, 4, 6 iactis hunc *aprum* t. *al.*). Dion 9, 6 gladium ... quo Dion -ctus est (ITALA Ios. 10, 11 [Lugd.] gladiis [*gr.* ἀπέκτειναν, *Vulg.* percusserant]. *saepius. cf.* ITALA gen. 34, 26 [Aug. loc. hept. 1, 129 p. 526, 14] in ore gladii [*gr.* ἀπέκτειναν, *Vulg.* necaverunt]. II par. 36, 17 [Complut. = VVLG.] in gladio [*gr.* ἀπέκτεινεν]. *v. etiam l. 61. 67. p. 2192, 53. 2195, 7*). LVCAN. 4, 547 grato ... ictu (PLIN. nat. 30, 65 si capite percusso uno i. -atur *irenaceus. v. et supra l. 21*). PETRON. 123, 228 absentem votis -it hostem (HIER. epist. 141, 2 ut, quos gladiis nequeant, voto -ant). VLP. dig. 29, 5, 1, 17 occisorum appellatione eorum contineri Labeo scribit, qui per vim aut caedem sunt -cti, ut puta iugulatum, strangulatum *eqs.* (PAVL. sent. 3, 5, 2. *cf.* AMM. 28, 1, 54 qua vi -ret). HIER. epist. 39, 6, 2 filiam ieiuniis -ctam. VVLG. iud. 15, 15 *Samson* maxillam ... asini ... arripiens -ecit in ea mille viros. EVSEB. EMES. serm. 9, 19 *Iudaei* per omnes plagas, per terram, per ignem, per gladium, per serpentes, per feras, per inimicos, per legem puniti, -cti, concisi, consumpti sunt et manu sacerdotum occisi. *similia saepe.* Ⓑ *qua de causa, quam ob rem -atur*: PACVV. trag. 237 qua super re (*cf.* RHET. Her. 2, 19, 28 causam ... quare). CIC. Catil. 1, 4 propter quasdam seditionum suspiciones (off. 2, 25). Sest. 83 ob rem publicam (fin. 2, 63. *al.*). de orat. 2, 134 qui civem ex senatus consulto patriae conservandae causa -erit (interemerit *var. l.*). SALL. Iug. 15, 1 ob saevitiam suam. LIV. 21, 2, 6 ob iram -cti ab eo domini. 31, 14, 8 tamquam ob infandum scelus (TAC. ann. 16, 12, 2). AVG. lib. arb. 1, 32 sive pro vita, sive pro libertate, sive pro pudicitia. Ⓒ *quo auctore, secundum sive contra quod ius vel quam legem -atur*: CIC. Cluent. 38 consilio (Phil. 2, 21 meo. CAES. Gall. 5, 54, 2 publico. *al.*). Catil. 1, 4 ex senatus consulto (*cf.* dom. 102 ex s. sententia). 4, 13 iussu consulis (VELL. 2, 22, 2 Cinnae. LAMPR. Heliog. 7, 10 principis. HIER. epist. 29, 2, 4 regis. *al.*). har. resp. 34 oratores contra ius fasque -ctos (LIV. 4, 32, 5 gentium. VIR. ill. 23, 6. *cf.* CIC. Mil. 11 iure. CAES. Gall. 7, 41, 1 latronis magis quam patris iure. *et saepius*). Deiot. 25 belli lege (*cf.* QVINT. decl. 296 p. 169, 8 ex lege). PAVL. coll. Mos. 4, 3, 6 adulterum inlicite. AMM. 28, 1, 29 pronuntiante Maximino.

β *speciatim*: ① *de supplicio capitis*: CIC. Catil. 2, 3 -ctum esse ... et gravissimo supplicio adfectum. *al.* LIV. 26, 16, 6 ad septuaginta principes senatus -cti, trecenti ferme nobiles Campani in carcerem conditi. *saepius.* CVRT. 10, 3, 4 non sunt accensi supplicio commilitonum, cum ... -ctos esse cognossent. TAC. ann. 6, 18, 1 damnatus -ctusque. *al.* PLIN. epist. 2, 11, 2 innocentes condemnandos, -endos. *al.* CALP. decl. 24 p. 22, 3 -endum ... carnifici tradidit. ITALA deut. 13, 9 (Firm. err. 29, 1, *cf.* VVLG.) *idololatram* (*gr.* ἀποκτεῖναι. *inde* CYPR. Fort. praef. 5 p. 320, 5). CYPR. Demetr. 13 p. 360, 18 quid non -is confitentem? AMM. 28, 1, 56 *Aginatius* occiditur, pari sententia Anepsia -cta. VVLG. num. 35, 19 homicidam. PRVD. perist. 10, 89 reos. SALV. gub. 8, 24 indemnatum. COD. Iust. 1, 3, 53, 1 convicti -antur. *et saepe.* *apud ecclesiasticos, -untur Christus, prophetae sim.*: ITALA II Esdr. 9, 26 (Cypr. testim. 1, 2) prophetas ([*gr.* ἀπέκτειναν, *Vulg.* occiderunt]. Matth. 23, 37 [codd. d e *al.*; *gr. et Vulg. item*]. *al.*). Matth. 26, 59 (codd. a n) *Christum* ([*gr.* θανατώσωσιν, *Vulg.* morti traderent]. act. 2, 23 [Iren. 3, 12, 2 = 3, 12, 15 H.; *gr.* ἀνείλατε, *Vulg.* interemistis. *et saepe*). TERT. scorp. 12 p. 173, 13 martyre -cto. IREN. 3, 12, 10 (= 3, 12, 13 H.) Stephanus ... -ctus. LACT. mort. pers. 2, 6 *Nero* Petrum cruci adfixit, Paulum -ecit. *al.* ② *de morte voluntaria*: SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 12, 2 se ipsum (CAES. Gall. 5, 37, 6. LIV. 31, 18, 7 *Abydeni* per omnes vias laeti. *et saepius*). QVINT. inst. 11, 1, 35 Cato. *al.* MARCIAN. dig. 48, 21, 3 pr. IREN. 5, 12, 3 'exspoliantes ... veterem hominem' ... dicebat *apostolus*, non veterem amovens plasmationem; alioquin oportebat nosmetipsos -entes separari ab ea *eqs.* (*cf. p. 2195, 3*). HIER. chron. a. Abr. 1924 (= SVET. frg. 20 p. 39) Lucretius ... propria se manu -ecit (1990 = SVET. frg. 31 p. 42. *et passim*). *per ironiam*: TERT. adv. Marc. 2, 28 p. 375, 23 *deus Marcionis* semetipsum voluit -i, non minus homicida in semetipsum quam in eo, a quo vellet occidi.

b *de rebus* (*v. et p. 2193, 41; obi. suppl. l. 36. 38. 40*): COLVM. 8, 5, 16 *pituita pullos* teneros -it. MARCIAN. dig. 48, 19, 11, 12 telum in feram missum hominem -ecit. TERT. resurr. 12 *terra* ut reddat, intercipit; ut custodiat, perdit; -it, ut vivificet (*restituit Borleffs ex cod. T*); ut integret vitiat ..., siquidem et uberiora et cultiora restituit quam exterminavit. VEG. mil. 1, 12 caesa ... non frequenter -it. VVLG. num. 16, 35 ignis egressus a domino -ecit ... viros (Dan. 3, 22 flamma ignis). CAEL. AVR. acut. 1 praef. 5 cito -entem esse passionem vel in sanitatem celerem.

2 *in imaginibus vel translationibus* (*apud ecclesiasticos*): **a** *de morte rerum ut animantium* (*Musarum l. 48; cf. p. 2192, 10 et* IREN. 1, 31, 4 [= 1, 29 H.] iaculari ... et vulnerare et -ere vastatricem illam bestiam [*i. doctrinam haereticam*]): IREN. 2, 7, 3 (= 2, 6, 1 H.) repugnantia invicem et -entia alia alia. 3, 18, 7 (= 3, 17, 6 H.) ut peccatum ab homine -retur. ARNOB. nat. 3, 38 ille primus *scriptor* eradit atque -it sex divas [Musas], si esse illas constat novem. AVG. de duab. anim. 17 p. 73, 19 haeresim suam uno ictu -ent. *al.*

b *de morte spiritali sc. animae*: α *-it homo, diabolus sim.*: ITALA Matth. 10, 28 (Tert. scorp. 9 p. 163, 29) non timendos, qui ... corpus occidant, animam autem -ere non valeant ([*gr.* ἀποκτεῖναι, *Vulg.* occidere]. AVG. in psalm. 105, 31 -bant animas suas immolando filios. PELAG. in Rom. 3, 13 adulando. *cf.* GREG. M. moral. 1, 49 p. 549[C] ad -endum animum malignis spiritibus iter pandit). prov. 7, 26 (Didasc. apost. 6, 4; *cf.* VVLG.) multos ... plagans *mulier inverecunda* occidit et sine numero sunt, quos -ecit (*gr.* πεφόνευκεν). IREN. 3, 17, 4 (= 3, 18, 3 H.) *haeretici* per quae (*sc. verba falsa*) -unt eos (*i. fideles*). HIER. hom. Orig. in Luc. 31 p. 176, 3 legisti, *diabole*, ... ut de simplici littera eos, qui amici sunt litterae, -as. VVLG. (= ITALA) psalm. 9, 29 sedet insidians ... in absconditis, ut -at innocentem (*gr.* ἀποκτεῖναι). β *-unt res*: CYPR. laps. 34 p. 262, 6 noxia et venenata persuasio persecutione ipsa peius -it. LACT. inst. 6, 6, 4 *quae a diabolo veniunt*, id habent officium, ut a caelestibus avocatum terrenisque demersum ad poenam -ant (-at *B*) sempiternam. HIER. psalt. sec. Hebr. 34, 22 -et impium malitia (*Vulg. et Psalt. Rom.* mors peccatorum pessima). VVLG. Sirach 21, 3 dentes leonis, dentes eius -entes (*gr.* ἀναιροῦντες) animas hominum (AVG. soliloq. 2, 20, 36 mors humana, etiamsi non -at animam *eqs. al.*). AVG. nupt. et concup. 2, 18, 33 catholici videant, qualis et quantus eum (*i. possessum Pelagiana impietate*) error non infecerit, sed plane -erit. APON. 8 p. 143 de quorum *haereticorum* mente ... amara et venenosa fluenta egressa sunt ..., quae ... -unt ignorantes.

c *de morte diaboli sive Antichristi* (*bestiae ut diaboli* [*v. l. 78*]: ITALA Is. 27, 1 [Tert. adv. Marc. 4, 24 p. 502, 27] superducet ... deus machaeram sanctam ... in draconem illum, colubrum magnum et tortuosum, et -et illum [*gr.* ἀνελεῖ, *Vulg.* occidet]. VVLG. Dan. 14, 25. 27): TERT. idol. 5 p. 35, 13 diabolum, id est serpentem, -ctum. ITALA II Thess. 2, 8 (Tert. resurr. 24 p. 60, 26; *cf.* Tycon. reg. 2 p. 31, 2 = VVLG.) iniquus, quem dominus Iesus -et spiritu oris sui (*gr.* ἀνελεῖ. *inde* AVG. civ. 20, 12 p. 436, 8 D. Antichristum. *passim*).

B *usu hyperbolico*: 1 *i. q. taedio vel dolore afficere*: TVRPIL. com. 109 intercapedine -or, desiderio differor. HIER. psalt. sec. Hebr. 42, 11 cum me -rent in ossibus meis, exprobraverunt mihi hostes

[*Centlivres*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*Vulg.* confringuntur ossa mea). GREG. M. moral. 10,12 p. 927^{B} *qui nimis dure corripit,* auditorem suum prolata contumelia ab spiritu dilectionis -it. 2 *apud ecclesiasticos fere i. q. mortificare sim.*: ITALA Rom. 8, 36 (Cypr. epist. 31, 4) sicut scriptum est (*psalm. 43, 22*): . . . propter te -imur tota die (*gr.* ϑανατούμεϑα, *Vulg. utrubique* mortificamur, *aliae verss.* morte afficimur, occidimur). GREG. M. moral. 24, 48 p. 314^{D} hoc nimirum disciplinae gladio semetipsum Ieremias -erat. PALLAD. hist. mon. I 1 p. 253^{A} quid facis . . . -ens corpusculum tuum saevis ardoribus? (*in responso*: occidit me, occido illud). 3 *fere i. q. conficere, vincere*: SORT. Sangall. 15, 9 si adire volueris iudicia, . . . -es inimicum.

pass. **interfīo,** -erī. *i. q. interimi, deleri, eradi sim.*: PLAVT. Trin. 532 istic oportet opseri mores malos, si in opserendo possint -i. LVCR. 3, 872 ubi se videas hominem indignarier ipsum, post mortem fore ut . . . flammis -at malisve ferarum (*inde* GLOSS. V 78, 23 -at interfici⟨a⟩t⟨ur⟩).

p. p. p. ᴮ**interfectus,** -ī *m.* (*f.* -a, -ae *l. 22*) *pro subst., saepe plur. i. q. mortuus, defunctus, occisus* (*exempla certiora; syn.* mortuus *l. 31. 32, opp.* vivens *l. 28*): PS. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16 (= 9, 24 Sj.), 3 -i locum occupare. LIV. 38, 23, 6 numerus -orum. VAL. MAX. 3, 2, 11 interfectore fortior -us. QVINT. inst. 9, 2, 62 iurando per -os in Marathone et Salamine. SVET. Nero 34, 4 ad visendum -ae cadaver (*cf.* IVST. 6, 6, 9 -orum corpora). ITALA I Macc. 5, 51 (rec. L = VVLG.) transiit *Iudas* per portam super -os (*gr.* τῶν ἀπεκταμμένων, *rec. B* trucidatos). COD. Iust. 4, 34, 1 (*a. 293*) si . . . ornamenta deposita apud -um perierunt *eqs.* AVSON. 427 p. 383, 10 P. -orum humatio procuratur. AMM. 14, 11, 17 -orum catervae . . . correptum eum (*i. Gallum*) . . . uncis furialibus obiectabant. HEGES. 2, 6, 3 p. 142, 23 gravior erat metus viventium quam aerumna -orum. HIER. chron. a. Abr. 821 -orum posteri qui vocabantur Epigoni *eqs.* psalt. sec. Hebr. 88, 6 factus sum quasi homo invalidus inter mortuos liber, sicut -i et dormientes in sepulchro . . . qui a manu tua abscisi sunt. *al.* VVLG. Is. 22, 2 vivent mortui tui, -i mei resurgent. *et saepe.* RVFIN. Clement. 2, 13 cur . . . -orum animae non ulciscuntur interfectores suos?

deriv.: interfectibilis, interfectio, interfectivus, interfector (-trix), ? interfectus (-ūs).

[interfindo *falso intellexerunt quidam*: ORIBAS. eup. 4, 71 add. p. 592, 18 inter fissum (*ex Cels. 6, 13, 4* id per fissum).**]**

GLOSS.^{L} II Philox. IN 641 **interfīnēs** μεϑόρια. *cf.* interfinium.

interfīnium, -ī *n.* *ab* inter *et* finis; *cf.* interfines. *i. q. media finitio naribus interposita*: PS. SORAN. quaest. med. p. 366, 27 *nasi partes,* quae . . . dextra laevaque sunt, pinnulae vocantur, medium autem -um (*inde* ISID. orig. 11, 1, 48).

interfīo *v. l. 12.*

[interflecto *falso trad.* ROMVL. fab. 47, 6 rec. gall. *pro* iter flectit.**]**

? **interfīlo,** -āre. *ab* inter *et* flare. *i. q. flando intercurrere*: APVL. mund. 11 hos quattuor ventos alii plures -ant (interfluant *vel* interfluunt *trad.*). *Centlivres.*

ᴮ**interfluo,** -fluxī, -ere. *ab* inter *et* fluere. *inde a* LIV.; *dubitari potest de tmesi* LVCR. 4, 227 (= 6, 931) nec requies inter datur ulla fluendi. [*confunditur c.* influere FLOR. epit. 1, 4, 2; *c.* interfuit LIV. 41, 23, 16 CVRT. 5, 1, 28 ITIN. Alex. 37; *c.* interflare APVL. mund. 11.]

1 *intransitive i. q. fluendo se interserere* (*accedit dat. l. 58. 59. 63, praepos.* inter *l. 64. 66*): **a** *de aquis*: LIV. 33, 18, 12 steterunt . . . acies utraque super ripam, qui . . . -bat, torrentis. 41, 23, 16 fretum (PLIN. nat. 6, 110 iuxta . . . eam *insulam.* SOL. 27, 7 Hipponem alterum de -enti f. Diarrhyton nuncupatum. *al.*). SEN. benef. 6, 7, 3 quamvis . . . arvis -ant *flumina* (*cf.* MART. CAP. 6, 696 *Taprobane* scinditur fluvio -ente [*v. p. 2196, 4*]). epist. 100, 6 aquarum cubiculis -entium (MELA 3, 31). CVRT. 5, 5, 2 amnis (PLIN. nat. 6, 144. FRONTIN. strat. 2, 5, 23 medio a. -ente. *al.*). PLIN. nat. 4, 63 -ente Euripo (9, 51 medii -entis e.). TAC. hist. 3, 17, 1 -entis rivi. FLOR. epit. 1, 4, 2 -entem urbi Tiberinum. MYTHOGR. 1, 28 -entis maris (AVG. c. adv. leg. 1, 13, 17 qua m. -ret et circumflueret. MART. CAP. 6, 661 inter Europam et Asiam). *al.* **b** *de rebus, quae undis agitantur*: SEN. dial. 6, 18, 6 inter . . . torrentium aurum harenas -ens. TAC. ann. 1, 70, 3 iumenta, sarcinae, corpora exanima -unt occursant (*sc. militibus*). **c** *de tempore*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 1, 8 p. 332, 23 quinque anni . . . -xerunt, ex quo . . . serviunt. **d** *de igne*: EVCHER. laud. her. 13 montem . . . -enti igne fumantem.

2 *transitive*: **a** *i. q. fluendo (interiacendo) dividere* (*sc. binas res*): LIV. 27, 29, 9 fretum quod Naupactum et Patras -it (33, 15, 1 CVRT. 6, 2, 14. 7, 7, 2 MELA 2, 24. *cf.* TAC. hist. 3, 5, 2 Raetos Noricosque [ann. 2, 9, 1 GELL. 10, 26, 6]). CVRT. 3, 8, 28 duo agmina (SOL. 16, 2 d. orbes [*Plin. nat. 4, 90* interveniente]. *cf.* AVIEN. ora 335 locos utrosque. 506 geminos . . . vertices [CLAVD. 1, 227 medius g. -it alveus urbes]). AVIEN. orb. terr. 234 arces. SCHOL. Stat. Theb. 7, 184 vicinas terras. *passive*: APVL. mund. 4 insulae -untur (*postea*: fretis . . . ambiuntur). **b** *i. q. fluendo percurrere* (*sc. singulas res*): SEN. contr. 2, 1, 13 *quos campos.* VAL. MAX. 3, 8 ext. 6 Tarson. CVRT. 3, 1, 2 media . . . moenia. 3, 1, 5 mediam urbem (PORPH. Hor. carm. 1, 31, 7 ITIN. Alex. 37. *cf.* PLIN. nat. 36, 94 medium oppidum). 4, 3, 6 saxa . . . -ens unda medium opus rupit. OROS. hist. 2, 6, 5 mediam Babyloniam. *al.*

deriv.: interfluus.

interfluus, -a, -um. *ab* interfluere. *i. q. interfluens*: PLIN. nat. 6, 121 -o Euphrate. STAT. Theb. 4, 524 Styx discretis -a manibus obstat. SOL. 53, 3 *Taprobane* scinditur amni -o (*cf. p. 2195, 59 et Plin. nat. 6, 81* flumine dividi). ITIN. Alex. 49 *India* Oceano munitur, -o mari Hippalio. PALLAD. 10, 10, 4 ne . . . cratem minus solidam vis -i corrumpat umoris. AVIEN. ora 281 Iuba -o . . . separatus aequore. 312 -o . . . scinditur . . . modo Erythia ab arce. 325 est Herma porro caespitum munitio -um quae altrinsecus munit lacum. *pro subst.*: AVIEN. orb. terr. 404 una parumper ut credatur humus mediique -a ponti subtrahat. *Gruber.*

interfodio, -fossum, -ere. *ab* inter *et* fodere. [*francog. vet.* entrefouir, *dial.* trefouire, *prov.* entrefoïr. *R.*] *i. q. perfodere*: 1 *pungendo*: LVCR. 4, 716 sunt gallorum in corpore quaedam semina, quae cum sunt oculis inmissa leonum, pupillas -unt acremque dolorem praebent. 2 *findendo*: PALLAD. 11, 12, 2 si aegra est arbor, . . . oportet . . . cuneum salicis -ssis radicibus premi (*cf. Plin. nat. 17, 253* fissa radice).

interpolatus **interfoedātus** varieque maculatus sive per intervalla fuscatus GLOSS.^{L} III Abstr. IN 258 (*sim.* GLOSS. V 602, 3). *ab* inter *et* foedare.

interfor, -fātus sum, -fārī. *ab* inter *et* fari. *maxime perf.; praeterea adhibentur* -atur *l. 32,* -ans *l. 33. 37. 49,* -ari *l. 35. 36. 39. 52* (-or, -bor GLOSS.). *passive l. 52.* GLOSS. -or: διαλαλῶ. -atur: interloquitur. -bor: interlocor (-quar). -tus (-ta, -tos): interlocutus (-ta, -tos). *v. et p. 2191, 56. legitur c. notione interrumpendi apud* VERG., LIV., VAL. MAX., STAT., PLIN. epist., CAPITOL.; *ceterum inde ab* AMBROSIASTRO.

1 *i. q. fando interrumpere, interpellare sim.*: VERG. Aen. 1, 386 nec plura querentem passa Venus medio sic -ta dolore est *eqs.* LIV. 3, 47, 4 priusquam aut ille postulatum perageret aut Verginio respondendi daretur locus, Appius -atur. 7, 36, 9 *consul* orsus . . . laudes, -ante . . . Decio, distulit contionem. 32, 34, 2 orsum eum . . . dicere . . . violenter Phaeneas -tus . . . ait *eqs.* (*c. acc. pers. ut*: 36, 27, 3 dicere exorsos. 36, 28, 4 prope dicentem. VAL. MAX. 9, 5, 2 -ari se contionantem ausus [*tribunum ut*: PLIN. epist. 1, 23, 2 quem -ari nefas esset. *cf. p. 2189, 21*]). 33, 12, 12 -anti . . . Phaeneae . . . testificantique. CAPITOL. Max. Balb. 2, 1 cum Maximus . . . dicere sententiam coepisset, . . . Vectius Sabinus . . ., rogato consule, ut sibi dicere atque -ari liceret, sic exorsus est *eqs.* *paulo pressius, ut vid., inter binos aliorum sermones*: STAT. Theb. 2, 188 sic (hic *Lachmann*) -tus et alter subicit *eqs.* (*v. Mulder ad l.*). 7, 290 dixerat *Phorbas* et paulum virgo -ta loquenti.

2 *i. q. interveniendo, colloquendo sim. fari*: **a** *c. adv.*: AMBROSIAST. in I Cor. 3, 2 cum constet . . . Christum aliter populis, aliter discipulis -tum *eqs.* CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 67^{C} sicut superius -tus sum (*ibid.* 69^{B}. *cf.* CONC.^{S} II 3, 1 p. 40, 14 ut iam -ti sumus [*gr. II 1, 1 p. 65, 28* τὰ ἤδη διαλαληϑέντα]. PAP. Marini 119, 66 ut). **b** *c. acc.*: PRVD. c. Symm. 2, 67 talia principibus dicta -antibus. PS. AVG. quaest. test. I 93, 1 p. 163, 19 hoc, tempore quo ascendere ad patrem disposuit, -tus videtur (CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 30^{D}. 200^{D} -ari). *passive*: RVSTIC. Conc.^{S} I 3 p. 109, 7 secundum quae iam prius . . . -ta sunt (*Schwartz,* -facta *trad.*; disposita *vers. Tur., gr. I 1, 3 p. 25, 35* διαλαληϑέντα). **c** *c. acc. c. inf.*: CONC.^{S} II 2, 1 p. 77, 32 universis . . . episcopis -tis, post lectionem oportere prius de pia fide haberi tractatum. II 3, 1 p. 138, 28 propria conscientia fisus *episcopus* -tus est religiosissimos notarios gesta proferre et docere de omnibus veritatem (*gr. II 1, 1 p. 155, 1* ἀπεφήνατο). VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 47 iam superius -tus sum . . . non oportere *eqs.*

deriv.: interfatio, interfatus (-ūs).

interfrīgēsco, -ere. *ab* inter *et* frigescere. *i. q. (frigescendo) interire, hebescere, cessare sim.*: VLP. frg. Vat. 155 *nec* in infinitum captiosi silentii tempus, per quod res -at, concessum sibi credant.

interfringo, -ēgī, -ere. *ab* inter *et* frangere. *i. q. frangendo intercidere sim.*: CATO agr. 44 *olivetum* hoc modo putato: qua locus recte ferax erit, quae arida erunt, et siquid ventus -erit, ea omnia eximito.

? **interfugio,** -ere. *ab* inter *et* fugere, *si recte tmesis intellegitur. i. q. fugiendo se intericere, inserere sim.*: LVCR. 6, 332 *fulmen* e parvis et levibus est elementis, nec facilest tali naturae opsistere quicquam; inter enim fugit ac penetrat per rara viarum.

interfulgeo, -ēre. *ab* inter *et* fulgere. -ens *i. q. praefulgens* (*sc. inter cetera*): LIV. 28, 23, 4 aurum argentumque cumulo rerum aliarum -ens. *Centlivres.*

ᴮ**interfundo,** -fūsum, -ere. *ab* inter *et* fundere. *p. p. p. praeter* AVIEN. *l. 84. p. 2197, 1. 16. 20; maxime mediopass.* GLOSS. V 78, 25 -sa: frequentius recurrens. [*dub.*: MANIL. 1, 305 has inter fusus . . . dividit; *seiungunt edd. post Bentleium, cf. Arat. 45* τὰς δὲ δι᾽ ἀμφοτέρας . . . εἰλεῖται.]

1 *i. q. fundendo interponere sim.*: **a** *c. solo obi.*: **α** *de aquis, liquore*: VERG. georg. 4, 480 (= Aen. 6, 439) noviens Styx -sa (CLAVD. rapt. Pros. 1, 23). SEN. dial. 6, 25, 3 non illos -sa maria discludunt (PLIN. nat. 3, 86 PLIN. paneg. 16, 5. *al.*). PLIN. nat. 2, 173 -sus *oceanus* (HEGES. 2, 9, 1 p. 150, 16). PANEG. 2, 22, 2 gentes . . . -sis aequoribus abiunctas. AVIEN. ora 370 quidquid -itur undae. orb. terr. [*Gruber*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1100 sinus ... -itur (*cf. Dionys. periheg. 924 μεσηγὺ εἰλεῖται*). OROS. hist. 6, 8, 10 aestuaria. *in imag.*: AMBR. in Luc. 7, 214 -so luxuriae saecularis aestu. *de rebus liquefactis*: OROS. hist. 2, 6, 9 murus ... -so bitumine conpactus. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 38 manipulos ... cum parvo plumbo -so *dare*. GREG. M. moral. 32, 48 *lapides*, quos -sum aurum ... ligat. *β de rebus variis*: PLIN. nat. 6, 93 multa ... -sa opacitate (*cf.* STAT. Theb. 3, 677 nox [PAVL. PETRIC. Mart. 5, 115]). MART. CAP. 2, 156 ab orbe lunari -sa medietas disparatur. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 130 longarum spatia -sa viarum. *translate*: PS. PHOEBAD. fid. 8 *invisibilitatem*, quam a conspectu omnium maiestas -sa seposuit. *γ de hominibus* (*translate de diabolo*): FRONTIN. strat. 2, 3, 14 acies ... hostes inopinato -sa proelio cecidit. PRVD. ham. 390 praedo ..., tacitis quem viribus -sum corda bibunt hominum.

b *c. structuris*: *α acc.* (*v. et p. 2196, 76*): HOR. carm. 1, 14, 19 -sa ... aequora Cycladas. AVIEN. orb. terr. 255 moles pelagi -itur oras. *β dat. vel abl.*: STAT. Theb. 1, 63 stagna ... bicorni -sa iugo. IVL. VAL. 3, 56 nebula ... -sa omni aëri. AVIEN. Arat. 711 omnia, quae soli et rigido -sa aquiloni (*cf. gr. 320 μεσσηγὺς κέχυται*). ora 582 saxis ... pelagus -itur. HYG. astr. 1, 7 mare quibus locis -sum videatur. PRVD. apoth. 817 animam ... membris tabentibus -sam. c. Symm. 2, 380 animas ... venis vitalibus intus ... -sas.

2 *i. q. intermiscendo afficere, implere sim.* ('-sus *aliquid*' VERG.): **a** *homines* (*oculos l. 26 sq., per prosopop.* PRVD.): VERG. Aen. 4, 644 *Dido* maculis ... -sa genas (AMM. 30, 6, 6). PRVD. psych. 245 sanguine vix tenui Pudor -sus. GREG. TVR. Mart. 4, 5 oculis ... caligine -sis. **b** *res*: AMM. 16, 12, 59 lacunam ... aquis -sam. SALV. gub. 7, 8 -sa fluminibus *regio*.

deriv.: interfusio. *Gruber.*

interfuro, -ere. *ab* inter *et* furere. *i. q. cum furore peragrare sim.*: STAT. Ach. 1, 395 dum ... arma parantur Dorica et alternum Mavors -it (interserit *Q*) orbem.

interfusco, -āre. *ab* inter *et* fuscare. -tus *i. q. per intervalla fuscatus, obscuratus, maculatus sim.*: AVELL. p. 99, 12 orandum, ut ... pax ex hoc fonte in totum orbem fidei et catholicae sanctitatis nullis nebulis -ta mittatur. *Centlivres.*

adv. ˣ**interius.** CHAR. gramm. p. 148, 8 B. intus -s intime. -s magis: CHIRON 196. GLOSS. introrsus. *legitur in poesi inde a* VERG. georg., *in serm. ped. vix ante* VELL., CELS., SEN. *philos.* (*dub.* CIC. *p. 2215, 1*). [*in codd. saepe confunditur c.* inferius (*emend. l. 24; cf. Svennung, Unters. Pallad. 367*), *c.* integrius *p. 2081, 76.*]

fere i. q. in parte interiore:

I *mera vi adverbii*: A *praevalente notione relativa*: 1 *generatim*: a *quaeritur 'ubi?'*: α *proprie spectat ad*: (I) *interiora corporis vel animam*: VERG. georg. 3, 137 *ut bos femina vel equa* rapiat ... Venerem -sque recondat (*inde* PS. APVL. Ascl. 21 VINC. VICT. Aug. anim. 4, 20, 33). CVLEX 386 -s graviter regementem *pastorem*. OV. met. 6, 306 -s ... lingua ... congelat (*309* intra ... viscera). CELS. 5, 28, 1^{A} ab his *vulneribus*, quae extrinsecus incidunt, ad ea veniendum, quae -s ... nascuntur (ORIBAS. syn. 3, 136 in oculis [*infra*: intrinsicus]). SEN. epist. 3, 4 -s premunt omne secretum. SCRIB. LARG. 8. 227. MART. 9, 28, 8 -s mentes inspicit ille deus *sc. princeps*. PRVD. perist. 13, 14 deus -s sentitur et inditur medullis. *al.* *c. adi.*: AVG. civ. 7, 12 p. 290, 9 D. *divites* -s (*i. animi*) egeni, si cupidi; ... *pauperes* -s divites, si sapientes. MARCELL. med. 8, 135 oculis -s cruentis. (II) *interiora rerum variarum*: AETNA 531 (530) *in monte* -s furere accensos *lapides*. SEN. benef. 7, 10, 4 quod aurum ... non -s absconderit *rerum natura* (*cf.* OCTAVIA 416 fruges suas -s [interior *A*, *corr.* ψ] alte condidit sacro sinu *terra*). STAT. Theb. 10, 104 -s tecti in penetralibus ... iacet *Somnus* (DRAC. Orest. 829 repperit -s [*Mähly*, inf- *codd.*] matrem in p. aulae). PALLAD. 6, 12 *lateres* in summa cute siccantur -s umore servato. 9, 8, 5 vas ... -s unctum (*6* intrinsecus *ut Cet. Fav. 3 p. 288, 1*). QVEROL. p. 25, 27 R. -s mihi aurum olet. CLAVD. DON. Aen. 2, 450 p. 210, 24 fores -s obsederant. HEGES. 5, 5, 1 -s armati reiectis exuviis gladios adtollunt. SVLP. SEV. dial. 2, 1, 7 extrinsecus indutum amphibalo, veste nudum -s (*cf.* VEN. FORT. Mart. 3, 41 tunicae -s non inspiciebat amictum). *al.* *de scriptis* (*cf. p. 2208, 77*): MART. CAP. 5, 549 sicut -s demonstrationem formet primae vocis ingestio. 7, 743 *regulas* -s (inf- *bMv*) memorabo (8, 858). 9, 936 quae -s (inf- *vulgo*) rerum ordo disponet. (III) *societatem humanam*: SEN. dial. 7, 13, 3 -s admissus *in secta Epicuri*. AVG. bapt. 6, 1, 1 sicut multae oves errant exterius, sic multi lupi insidiantur -s (*de ecclesia ut*: GREG. M. dial. 3, 19 p. 186, 6 M.). HESYCH. in lev. 18, 26/29 p. 1017^{D} *proselytus* deforis nobis adiectus est, qui -s sumus (*sc. Iudaei*).

β *transfertur ad*: (I) *cognitionem subtilem*: MANIL. 1, 25 *mundum* -s ... cognoscere ([*cf. 16 sq.* impensius ... scire ... penitus]. DYNAM. vita Max. [BHL 5853] 2 p. 33^{D} divinae legis praecepta). IVV. 11, 15 -s si adtendas. HIL. in Matth. 12, 12 vel simpliciter intellectus vel inspectus -s *sermo dei*. RVFIN. Clement. 2, 6 nisi -s eum scissem. PAVL. PELL. 357 perscrutato ... -s ... voto (*cf.* APRING. in apoc. 5, 1 rimatum). BOETH. cons. 3, 9, 27 W. animadvertisse. (II) *condicionem arcanam*: CE 2040, 6 (*s. V med.*) glor⟨ia maior in⟩terius votum ⟨s⟩olvere quam propa⟨lam⟩. GREG. M. moral. 11, 51 hoc ipse *Iob* foris ... loquitur, quod ... veritas hosti eius (*i. deus satanae*) -s dixerat. ORIG. in Matth. ser. 27 p. 46, 9 veritatem ... -s celatam. (III) *familiaritatem*: AVG. bapt. 7, 49, 97 falsos fratres cum illo (*i. Paulo*) -s conversantes (*opp.* haereticos vel schismaticos).

b *usu plus minus ad motum deflexo vergit in notiones q. s.*: α *intro* (*cf.* GLOSS. *supra l. 2*): MANIL. 2, 48 *poetae* tartaron ... in lucem de nocte vocant orbemque revolvunt -s versum (*cf.* SEN. dial. 9, 9, 3 flectendum. PALLAD. 3, 17, 7 inclinata). SCRIB. LARG. 208 *emplastrum* -s (*sc. in vulnus*) iniectum primum et postea extra positum (MARCELL. med. 30, 48 -s in anum. *cf.* CHIRON 218 in anum -s subicies [229]). 227 lana tincta -s (*sc. in anum*) trusa. LVCAN. 6, 288 *Torquatus* agmina -s muro breviore recepit. SIL. 2, 519 -s recursat dulcis honor divae (*sc. Fidei*) et sacrum pro virgine letum. STAT. silv. 2, 1, 86 -s nova ... serpunt pignora conexis (CALP. decl. 13). IREN. 4, 35, 3 (= 4, 57, 3 H.) ingredi (MARCELL. med. 8, 20. *cf.* CASSIOD. hist. 6, 48, 1 accederet [*Theodoret. 3, 26, 2* εἴσω τῶν θυρῶν]. PRISC. LYD. solut. 7 p. 77, 29 progreditur). CHIRON 69 respiciens -s in oculo ... intelligibilem. *al.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 116 ex aceto naribus -s flato. *et saepius.* *translate*: HIL. in Matth. 17, 11 sermo -s intendit (*cf.* AVG. nat. et grat. 44, 51 veniamus -s ad causam). β *ab interiore parte* (*cf.* abinterius; *dub. p. 2215, 37*): GREG. M. in euang. 35, 1 p. 1259^{C} *redemptor* nos aliud -s, aliud exterius passuros esse denuntiat (*cf. ibid.* -s exteriusque turbari, aliud nos ... ab hostibus, aliud a fratribus perpeti).

2 *speciatim*: a *de situ ulteriore, longinquiore*: α *terrae partium a finibus remotarum*: VELL. 2, 120, 2 *princeps* penetrat -s, aperit limites *eqs.* MELA 1, 32 -s et longe satis a litore. 1, 97 (*opp.* in ora). 2, 12 -s habitantium (*cf. p. 2215, 14*). 2, 118. 3, 81. AMM. 23, 6, 50 -s ... pergenti (29, 5, 13. 44). EPIPHAN. Avell. p. 753, 17 -s in deserto ... convallis est ... hominibus prorsus impervia. β *maris alti*: SEN. Med. 756 egi ... ad imum maria et oceanus graves -s undas aestibus victis dedit. MELA 2, 111 hae *insulae* ... terris obiacent; at -s Melos *eqs.* PLIN. nat. 13, 137 *bryon* -s nascens (*136* haut procul litore. *postea*: in alto). AVIEN. orb. terr. 214 -s lato pontus se gurgite fundit. γ *sinus recedentis*: ITIN. Anton. Aug. p. 489, 3 (*de Sassonis insula*) relinquit Aulonam in dextro -s.

b *de situ citeriore, propiore* (*cf. p. 2211, 11. 2215, 22. dub.*: CIC.

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de orat. 3, 190 ne insistat -s [celerius *Reid, cf. orat. 221* citius; *sed v. etiam p. 2211, 34*], ne excurrat longius *oratio*. MELA 3, 72 ubi non intrat [*Frick*, ut non iret *cod.*] -s *mare*. AMM. 14, 2, 18 [*suppl. Clark*]):
α spectat ad orbem breviorem: STAT. Theb. 6, 441 flexae circa compendia metae -s ductis ... habenis. MART. CAP. 1, 14 (*v. p. 2211, 25*).
β spectat ad regionem litori proximam: STAT. silv. 2, 1, 187 *Charon* -s ... subibit litora, ne puero dura ascendisse facultas.

B *vi comparativa expressa*: CELS. 8, 1, 16 a ... costa paulo -s, quam ubi ea media est, os excrescit (FRONTIN. strat. 2, 5, 31 ut in prima parte leves Hispanos ... poneret, p. -s scutatos, in remotissimo equites *eqs.*). PRVD. perist. 9, 63 *tortor Cassiani* quanto -s vitalia condita pulsat, plus dat medellae (GREG. M. in cant. p. 170, 6 q. subtilius atque -s investigatur *deus*). VITAE patr. 6, 3, 11 p. 1008^D si ... invenirem aliquem -s me habitantem in eremo (*cf.* CASSIOD. hist. 2, 1, 5 horum ... -s habitantes [*Socrat. 1, 8 τούτων ... οἱ ἔτι προσωτάτω οἰκοῦντες*]).

II *casu auctum vergit in vim praepos. 'intus', 'intra' sim.*:
A *gen.* (*aliter l. 15*): 1 *quaeritur 'ubi?'*: ITALA I reg. 24, 4 (Lucif. Athan. 1, 14 p. 90, 25) -s speluncae (*gr. ἐσώτερον τοῦ σπηλαίου, Vulg.* in interiore parte). cant. 3, 10 (codd. 169 sq.) -s eius *gestatorii* lapidem stratum (*gr. ἐντὸς αὐτοῦ*). *colore q. e. 'citra'*: AVG. c. epist. fund. 15 (*loquitur Manichaeus*:) quarum *tenebrarum* -s venti *erant* (*antea*: ultra quas; *postea*: introrsum). 2 *quaeritur 'quo?'*: ITALA lev. 16, 12 (Lugd.) inferet *odoramina* -s veli (*gr. ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, Vulg.* ultra velum. *item* 16, 15 [*Vulg.* intra v.]). ORIBAS. eup. 2, 1 L 9 Aa p. 485 si -s corporis ... accipiatur *litron* (*gr. 19 εἴσω τοῦ σώματος*).

? B *abl.* (*aliter supra l. 14; cf.* intra *vol. VII 2, 43, 25*): ITIN. Burdig. p. 589, 11 -s ... civitate (*V*, civitatis *S*, civitati *P et Geyer, ita ut potius ad* sunt *pertineat, cf.* SIDON. epist. 3, 1, 2) sunt piscinae.

III *substantivo attributum ponitur vice adi. 'interior'*: ITALA II par. 4, 22 (Complut.) hostea domus -s (*gr. ἡ θύρα τοῦ οἴκου ἡ ἐσωτέρα, Vulg.* templi interioris). CAEL. AVR. gyn. 1, 133 ceteris -s partibus (*Soran. gyn. 2, 25, 3 τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν τῷ σώματι*). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12 p. 363^B respirationes ... -s viscerum constringentes affectum (*Migne gr. 44, 160^B τὴν ἔνδοθεν τῶν σπλάγχνων διάθεσιν*). ? CARM. c. pag. 56 proprium -s ... vulgare dolorem (*'dolorem intimum' Dobbelstein, 'e medio pectore' Barkowski, De carm. adv. Flavianum anon. 44*).

compos.: abinterius.

adv. **intimē.** CHAR. gramm. p. 148, 8 B. (*v. p. 2214, 1*).
fere i. q. penitus: 1 *de familiaritate*: CIC. ad Q. fr. 1, 2, 4 *Zeuxim* tibi a me -e commendari. NEP. Att. 5, 4 utebatur ... -e Q. Hortensio. APVL. apol. 72 arto ... contubernio -e iunctus. PAVL. NOL. epist. 4, 5 *te* prompte et -e recepturum spero caritatem humilitatis nostrae. AVG. bapt. 5, 11, 13 *ad spiritum sanctum Iohannes* -e pertinet. 2 *de affectu*: APVL. met. 2, 7, 7 ureris -e *amore*. AVG. conf. 3, 6, 10 *veritatem* -e ... medullae animi mei suspirabant tibi. 3 *de cognitione*: APVL. Plat. 2, 23 cum summus deorum cuncta haec (*i. mundum*) ... obeat conpertaque -e ... regat. AVG. util. cred. 10, 23 animi tui latebras, ita ut -e sciaris, ... aperire.

adv. **intimius.** *fere i. q. intime*: EDICT. reg. Goth. de pecor. (CIL IX 2826) 6 quae *mandata* -s haventes in pe⟨ctore nostro sancimus⟩.
Kuhlmann.

[oleae †**interipliō** (*P*, intripillo *A*) PLAVT. Stich. 691 *fort. pro* oleā, e[i]ntrip⟨t⟩illo (*v. vol. VII 2, 53, 65 et Hiltbrunner, Latina Graeca 1958, 167 sq.*), *nisi praeferas* oleā, intritillo (*Zuretti; cf. Labhardt, Gnomon 33, 1961, 677 sq.*).] *Sz.*

GLOSS.^L III Abol. LA 32 lacessunt **interitant.** *vulgo emend.* irritant; *linguas Romanicas* (*val. vet.* ȋnterita, *val.* întărîtá, *francog. vet.* entarier, *neap.* nterretare) *respiciens vocem retinebat olim Meyer-Lübke, Einführung³ 125 quasi ex* inritare *et* territare *compositam, quod probat Rohlfs per litteras.*

interitio, -ōnis *f.* *ab* interire. *plur.* -es *l. 81*, -bus *l. 76. 83; cf. p. 2216, 11.* *legitur inde a* CIC. Verr. (*v. p. 2216, 14*; interitus *postea plus 130^{ies}*), BELL. Hisp. (interitus *deest, sed exstat apud* CAES. *semel*, BELL. Afr. *bis*), VITR. (interitus *deest*), ITALA (interitus *passim*); *adamat* ARNOB. nat. *iuxta* interitus.

fere i. q. exitium, interitus: 1 *usu communi*: CIC. Verr. II 3, 125 aratorum -o nulla facta est. BELL. Hisp. 24, 6 centurionum. ITALA psalm. 77, 34 (cod. 136 Cas.) si ... -o in eis (*gr. ὅταν ἀπέκτενεν αὐτούς, Vulg.* cum occideret eos). apoc. 6, 17 (Ps. Cypr. ad Novat. 17) venit dies -is (*gr. ὀργῆς, Vulg.* irae). ZENO 1, 3, 2 *vitiis* in -em cogitur ... genus humanum. AVSON. 468, 2 p. 405, 7 P. *procorum.* HYG. astr. 2, 40 p. 77, 5 vastitas et civium -o. AMBR. epist. 28, 4 *sapientiae viam* -o ignorat, mors nescit. VVLG. psalm. 106, 20 eripuit eos de -bus (*gr. διαφθορῶν, Psalt. Rom. et Hier. psalt. sec. Hebr.* interitu). Ps. ORIG. in Iob 2 p. 502^A nuntiata est ei *Iacob* Ioseph -o. 2 *in serm. philos. de dissolutione naturali*: VITR. 2, 2, 1 *atomi non* -em recipiunt (8 praef. 1 *Euripides auctor est de aëre nata* in caeli regiones reverti neque -es recipere et dissolutione mutata in eam recidere, in qua ante fuerant, proprietatem). ARNOB. nat. 1, 28 *dei* si sunt nativi et geniti, et -bus utique periculisque vicini (*cf.* 1, 62 neque ... cadere divinas in res potest mortis occasus nec -is dissolutione dilabi id, quod est unum *eqs.* 7, 5 [*quaeritur, an dei irascantur*] *ira* ad periculum -is inducit). 2, 14 animae ad nihilum redactae -is perpetuae frustratione vanescunt (*cf.* 2, 62. 2, 63 ut ... animas ab -is exitio liberaret *Christus*). RVFIN. symb. 45 ut absque -e sua debitas luant poenas *peccatores*.

? **interito** *v. p. 2215, 59.* ? **interitum** *v. l. 14.*

1. ᵘinteritus, -ūs *m.* *ab* interire. *de origine*: SERV. georg. 4, 226 *mors* mire a plerisque -s dicta est, quasi interveniens et mixtarum rerum conexionem resolvens (*cf. p. 2217, 57 et* SERV. Aen. 5, 735 Ps. HIER. epist. 2, 6 p. 49^C GLOSS. V 552, 52). ? *dat.* -u: HIER. in Ier. 4, 42, 3 (*var. l.* -ui, *quae forma a prioribus aliena imprimitur* HIL. trin. 11, 32 HIER. in Os. 9, 12 p. 898^C ACT. Archel. 34, 6). *plur. de -u plurium inde a* CIC. (*l. 30. p. 2217, 13. al.*), *sed nonnisi nom. et acc.*
de genere: NON. p. 209, 8 '-s' generis dicitur masculini (*affert* CIC. Phil. 2, 27) ...; feminini (*affert Cic. Verr. II 3, 125* interitio). *neutr. fort. exhibent* FVLG. aet. mund. p. 169, 3 quid referam Cannense -um. VEN. FORT. vita Germ. 2, 6 dum isti praeparatur -um (praepara
ret *vel* -rat *cod. unus*, -s *plerique. cf. Blomgren, Stud. I 101*). *de notione* (*cf. p. 2217, 36 sqq.*): CHAR. gramm. p. 451, 38 B. -s ἀπώλεια. SYNON. Cic. p. 434, 1 morte. obitu. -u *eqs.*, p. 440, 18 pestis ... -s. finis. exitus. GLOSS. ἀναίρεσις. ἀπώλεια. ἀφανισμός. διαφθορά. ὄλεθρος. pestilentia. *legitur inde a* CIC. (Cluent., Catil. *al.*, *v. p. 2215, 65*) *eiusque familiaribus*, CATVLLO, LVCR. [*dub. interpr.*: PVBLIL. A 45 (*contextu corrupto*). CE 884, 5 ⟨... ab exortu⟩ solis ad -um (*v. MusHelv. 21, 1964 'Beitr. aus der Thes.-Arbeit'*).]

fere i. q. exitium, mors (*per distinctionem p. 2217, 60; maxime c. affectu quodam adhibetur, aucta vi vocis q. e.* mors *p. 2217, 44, cf. l. 41. al. et* mortis -s *l. 56*):

I *proprie c. respectu substantiae*: A *sollemniter*:
1 *usu communi*: a *intereunt animantia*: *α in univ.*: Ⓘ *de hominibus* (*deorum* ortus -us *deridet* CIC. nat. deor. 1, 42, *cf. p. 2217, 41*): CIC. Cluent. 31 qui (*C. Oppianicus*) ... exhausto illo poculo mortis cum et de suo et de uxoris -u clamaret. Catil. 1, 9 qui de nostrum omnium -u, qui de huius urbis atque adeo de orbis terrarum exitio cogitent (dom. 96 o. -u occidere *rem publicam*. 145 bonorum o. fam. 6, 1, 2. *cf.* har. resp. 54 universus -s [*aliter p. 2217, 48. antea*: -um optimatium]). 3, 23 erepti estis ex crudelissimo ac miserrimo -u (DECL. in Catil. 111 senatorii ordinis). Sest. 51 *rem publicam* omnem perdidisse tis, si meo -u *eqs.* (*al.*). prov. 9 equitatus (*cf.* Pis. 40 exercitus [fam. 9, 6, 3 e. et ducum. *al.* LIV. 27, 49, 5 vel ducis vel e.]. VAL. MAX. 1, 6, 11 legionum. CVRT. 8, 11, 17 militum. TAC. ann. 3, 6, 3 clades exercituum, -um ducum). Phil. 12, 25 quis bonus non luget mortem Treboni, quis non dolet -um talis ... viri? (Brut. 3 poetarum ... morte ... eius *Hortensii* -um. OV. epist. 17 [18], 201 CVRT. 4, 8, 10. FRONTIN. strat. 1, 1, 10 ne unius -um multorum morte pensarent. *cf.* PROP. 2, 8, 18 morere, -u gaudeat illa tuo). 14, 11 periculis servitutis atque -us liberati sumus (CELS. 2, 6, 9. 2, 7, 26). Tusc. 3, 65 cotidianae neces -usque multorum (*cf.* STAT. silv. 2, 1, 213 plebis ... caducae). *saepe.* CATVLL. 68, 25. CAES. Gall. 5, 47, 4 -u Sabini et caede cohortium cognita. NEP. Epam. 10, 4 ante Epaminondam natum et post eiusdem -um. *al.* VERG. ecl. 5, 28 HOR. ars 146. 464 CARM. de bell. Aeg. 57 OV. trist. 3, 2, 30 LIV. 2, 34, 3. 42, 20, 4 VELL. 1, 1, 4. 2, 21, 4. VAL. MAX. 6, 1, 1 animoso -u *Lucretiae. al.* CELS. 1 pr. 35 aliorum salute, aliorum -u. *et passim.* -s corporis *sim.*: TERT. resurr. 31 p. 69, 17 corporum. ITALA I Cor. 5, 5 (cod. d *al.* = VVLG.) tradere huiusmodi satanae in -um carnis (*gr. ὄλεθρον*). *cf. p. 2217, 49. 52. 56.* *c. gen. explicat. vel ident.*: FILASTR. 85, 2 calamitatis. 132, 7 diro mortis -u (ARNOB. in psalm. 78 p. 440^B Ps. AVG. alterc. p. 1133 Ps. BOETH. fid. cath. 100 Ps. MATTH. euang. 24). VVLG. psalm. (= PSALT. Rom. *al.*) 34, 7 laquei (*gr. διαφθοράν*). GREG. TVR. Mart. 1, 13 ab -u pusulae (*i. qui pusula efficitur*). PASS. Felicit. 1 poenarum. *cf. p. 2218, 25.* Ⓘⓘ *de bestiis*: BELL. Afr. 70, 1 propter equorum -um (71, 2). VAL. MAX. 4, 6, 1 serpentis. ITALA psalm. 77, 50 (cod. 136 Cas.) pecora ... -u conclusit (*gr. θάνατον, Vulg.* morte). AVR. VICT. Caes. 5, 17 gallinarum. SCHOL. Stat. Theb. 5 argum. p. 256, 13 draconis a Capaneo -s. VEG. mulom. 1, 17, 1 (*de morbo maleos*) gregum in pascuis funestus -s, animalium quoque in stabulis mortes innumerae (2 exitium). 4, 3, 5 *morbi armentis* afferunt -us. *al.* *cf. l. 75.*

β de generibus sim. exolescentibus: CIC. Marcell. 10 familiam iam ad paucos redactam paene ab -u vindicasti (*cf.* NOVELL. Maior. 6, 3). LVCR. 5, 877 donec ad -um genus id natura redegit. POMP. TROG. Iust. 38, 5, 4 regum domesticorum. OCTAVIA 567 -u caret, cum procreetur semper humanum genus (*cf.* PORPH. Hor. carm. 1, 2, 6 -u generis humani [CYPR. Demetr. 22 p. 366, 26 ad vastationem mundi et -um g. h. ARNOB. nat. 1, 8 subversionem, cladem, ruinas, -us, funera]). COLVM. 9, 13, 13 *apium* (*infra*: exitium. *cf.* 9, 14, 6). PRVD. ham. 573 genitalis stirpis.

γ de peste (*cf. l. 65*): VVLG. num. 16, 50 (*48* plaga cessavit) postquam quievit -s (*Itala Lugd.* quassatio). GREG. TVR. Franc. 9, 22 p. 442, 20 (*de contagio Massiliensi*) cessante -u (*antea*: stragem). p. 442, 23 ab hoc -u gravata est *urbs* (*antea*: succedente morbo).

b *intereunt res*: *α res publicae, urbes, terrae, mundus*: CIC. Catil. 3, 9 *Lentulum* dixisse fatalem hunc annum esse ad -um huius urbis atque imperi (Pis. 5 VAL. MAX. 1, 1, 14. SEN. epist. 91, 9 totarum urbium -us *terrae motu effecti*). 3, 19 legum -um ... et totius urbis

[*Voß-Ehlers*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

atque imperi occasum appropinquare dixerunt *haruspices* ([*cf.* ARNOB. nat. 7, 40]. Phil. 5, 8. off. 3, 83 l. et libertatis. ad Q. fr. 3, 2, 3 aut hominum aut l.). 3, 21 r e i p u b l i c a e (Sull. 33 occasum -umque. Pis. 18 populi Romani occasum atque -um r. p. *al. cf.* fam. 6, 1, 1 ex -u rerum et publicarum et suarum). har. resp. 6 ad -um exitiumque Carthaginis (*cf.* NEP. Epam. 8, 4 Thebas ab -u retraxit. ORIG. in Matth. 17, 15 p. 630, 3 -s Hierusalem [*gr.* ἅλωσις]). Pis. 91 Aetoliae (*cf.* ITALA Ezech. 32, 15 [Tycon. reg. 4 p. 45, 4] dabo Aegyptum in -um [*gr.* ἀπώλειαν, *Vulg.* dedero terram Aegypti desolatam]). Phil. 3, 6 c i v i t a t i s (Att. 5, 21, 12 PS. AVR. VICT. epit. 16, 3 ORIGO Const. 3, 6 chron. I p. 8, 25). Tusc. 3, 81 p a t r i a e (5, 29 VAL. MAX. 5, 6 ext. 4 FLOR. epit. 1, 22, 5). nat. deor. 1, 73 *Democritum secutus Epicurus dicit mundorum* ortus -us (SEN. dial. 12 [11], 1, 2 CYPR. epist. 69, 4. *cf.* MIN. FEL. 11, 3 caelo et astris . . . -um denuntiare. IVVENC. 1, 487 caeli terraeque marisque). *al.*

β res variae: ① *incorporales* (*in comparatione*: CIC. de orat. 3, 24 qui tamquam ab animo corpus, sic a sententiis verba seiungunt, quorum sine -u fieri neutrum potest): CIC. fin. 2, 27 quae *philosophia* non -um afferat pravitatis, sed sit contenta mediocritate vitiorum. Tusc. 5, 52 virtutum. off. 2, 67 intermissionem eloquentiae, ne dicam -um. POMPON. dig. 7, 4, 14 u s u s f r u c t u s (VLP. dig. 46, 2, 4. *cf.* PAVL. dig. 10, 2, 15). GELL. 8, 7 tit. (*ex Aristotele*) *memoriae*. 15, 7, 1 vitae (*cf.* VVLG. psalm. 102, 4 redimit de -u vitam tuam [*gr.* φθορᾶς, *Itala Veron. et Hier. psalt. sec. Hebr.* corruptione]). TERT. praescr. 2 l. 4 ad languorem et -um fidei. resurr. 54 p. 113, 13 (*cf.* 18) mors . . . ⟨in⟩ -um devoratur. FVLG. Theb. p. 183, 8 morum. ANIAN. Chrysost. hom. 4, 7 remissio . . . -sque peccati (*gr.* ἀναίρεσις). *al.* ② *c o r p o r a l e s* (*cf. p. 2216, 53*): SEN. nat. 1, 6, 4 et repentina eius *arcus* facies et repentinus -s. COLVM. 3, 16, 3 seminum (*cf.* ARNOB. nat. 1, 13 -s comparatur . . . frugibus. PALLAD. 1, 6, 11 vitis novella . . . -um . . . incurrit). STAT. Theb. 5, 737 fluviorum. PLIN. paneg. 50, 4 ingentia opera . . . ab -u vindicare. POMPON. dig. 24, 3, 18, 1 r e i d o t a l i s (GAIVS dig. 10, 3, 11 communis. INST. Iust. 3, 24, 3. *cf.* GAIVS dig. 16, 3, 14, 1 naturalem -um *sc. rei. v. et l. 4*). PAVL. dig. 6, 1, 35, 3 quae sine -u dividi non possunt. COD. Iust. 3, 21, 11 (*a. 294*) actorum -u veritas convelli non solet. *al.*

2 *in doctrinis potioribus de mortalitate vel dissolutione prolatis* (*maxime ap. philos. et eccl.*): **a** *tractatur necessitas intereundi*: CIC. rep. 3, 34 nullus -s est rei publicae naturalis ut hominis, in quo mors . . . necessaria est *eqs.* leg. 1, 31 *dolorem* naturae -s videtur sequi (*antea*: dissolutio. *cf.* nat. deor. 3, 32. 36). nat. deor. 1, 68 si ortus est deorum, -s sit necesse est. TERT. test. anim. 2 p. 136, 29 quod patitur quodque corrumpitur, etiam -um potest capere (*cf.* ARNOB. nat. 2, 27 passio leti atque -us ianua est, ad mortem ducens via). *al.* **b** *tractatur vis atque gradus intereundi*: CIC. Tusc. 1, 27 m o r t e m non -um esse omnia tollentem *eqs.* (*per gradationem ut*: 1, 88 quin tantus -s in morte sit, ut *eqs.* ENNOD. carm. 2, 5 [= CE 1367], 2 perpetuae non te sors pallida vitae sustulit, -um nec tibi morte dedit. *cf. l. 55*). 1, 90 facto -u universo (*aliter p. 2216, 35*). Lael. 14 ut idem -s sit animorum et corporum nec ullus sensus maneat (*cf.* TERT. resurr. 35 p. 76, 23 -um et finem utriusque substantiae. ARNOB. nat. 2, 33 mortis . . ., id est animarum -us). SEN. epist. 74, 24 non amicorum illic aut liberorum -s, sed corporum est. PS. APVL. Ascl. 27 haec est . . . mors, corporis dissolutio et corporalis sensus -s (*Stob. p. 1087 H.* ἀφανισμός). TERT. adv. Marc. 5, 11 p. 615, 17 exteriorem . . . hominem nostrum corrumpi . . . non quasi a e t e r n o -u post mortem, verum laboribus *eqs.* (resurr. 9 p. 38, 3. *cf.* 40 p. 84, 11 perpetuum carnis [45 p. 93, 14]. *aliter p. 2218, 12. 17*). resurr. 63 p. 124, 11 *carnis* -um, quem putas, secessum scias esse (*cf. p. 2216, 7 et* SCHOL. Cic. Bob. p. 130, 34 [*sec. Plat. Phaed. 64*C]). RVFIN. Orig. princ. 3, 6, 5 p. 287, 8 s u b s t a n t i a l e m (4, 4, 9 p. 363, 5). AVG. immort. 9, 16 non eum -um . . ., quo efficitur, ut nihil sit, quod aliquid fuit, sed eum, quo dicimus ea mortua, quae vita carent. *al.*

B *c. acumine dictum*: **1** *ap. scriptores varios*: **a** *pro caede* (*cf.* exitium *vol. V 2, 1528, 70sqq.*): AMPEL. 2, 5 *leo* educatus est . . . ad Herculis -um (exitium *Schol. Germ. Bas. p. 72, 3*). PRVD. perist. 7, 13 non illum . . . ferae crudeli -u necant. **b** *pro veneno* (*cf. ibid. 1531, 61*): IORD. Get. 66 potans -um (*cf. Oros. hist. 3, 20, 4* cum . . . venenum potasset, interiit).

2 *in script. sacris*: **a** *pro fovea sim.* (*in libro psalmorum, ubi cf.* 54, 24 [PSALT. Rom., VVLG. *al.*] puteum -us. 87, 7 [cod. 136 Cas.] lacum -us): ITALA psalm. 15, 10 (Cypr. testim. 2, 24 *L.* Lact. inst. 4, 19, 8. *al.*) non derelinques animam meam ad inferos neque dabis sanctum tuum videre -um (*gr.* διαφθοράν, *Vulg.* corruptionem). HIER. psalt. sec. Hebr. 7, 16 lacum aperuit . . . et incidet in -um, quem operatus est (*Psalt. Rom., Vulg. al.* foveam. *item* 94, 13 donec fodiatur impio -s). **b** *pro daemone mortuorum* (*cf.* VVLG. Iob 18, 14 rex -us): ITALA prov. 27, 20 (Ps. Cypr. singul. cler. 28) infernus et -s non satiatur (*gr.* ἀπώλεια, *Vulg.* perditio).

II *translate* (*usu christiano*): **A** *de conflictatione carnis* (*per allegoriam*): TERT. pudic. 13 p. 244, 23 'carnis -um' (*p. 2216, 55*) in officium paenitentiae interpretantur *eqs.* (*infra*: -um, id est conflictationem carnis).

B *de damnatione peccatorum* (*in lusu verborum*: VITA Eugen. 12 p. 612C [*de muliere, quae sanata in amorem insanum incidit*] declinat ad maiorem -um aegritudinem simulans): **1** *in script. sacris* (*cf. p. 2217, 23. 68; graece resp.* ἀπώλεια, ὄλεθρος): ITALA Matth. 7, 13 (cod. k *al.*) spatiosa via est, quae ducit ad -um (*Vulg.* perditionem). act. 8, 20 (Tert. fug. 12, 6, *cf.* anim. 34, 2) pecunia tua tecum sit in -um (*Vulg.* perditionem). Rom. 9, 22 (cod. g *al.*, *cf.* VVLG.; *in allegoria*) vasa irae praeparata in -um (*opp.* in gloriam). Phil. 3, 19 (cod. d *al.*, *cf.* VVLG.) quorum finis est -s. II Thess. 1, 9 (cod. g *al.*, *cf.* VVLG.) poenas solvent in -um aeternum. 2, 3 (Ambr. in psalm. 118 serm. 3, 34, 2. *al.*) homo iniquitatis et filius -us (*Vulg.* perditionis). I Tim. 6, 9 (Cypr. laps. 12. *al.*, *cf.* VVLG.) *desideria* mergunt hominem in perditionem et -um.
2 *ap. ecclesiasticos*: HERM. Pal. sim. 6, 2, 4 (*cf.* vulg.) defectio habet . . . spem redintegrationis, mors (*i. peccatum sempiternum*) vero perpetuo tenetur in -u (*cf.* FILASTR. 26, 2 in perpetuum descendunt in -um). CYPR. unit. eccl. 3 *ministros diaboli* adserentes . . . -um pro s a l u t e (HIER. adv. Iovin. 1, 11 p. 226A [= epist. 49, 6, 3] noli salutem tuam cum alterius -u quaerere. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 187, 25 PAVL. NOL. epist. 23, 41). HIL. trin. 11, 32 aëris principem et spiritalis nequitiae potestatem a e t e r n o -ui tradendum (HIER. in Os. 9, 12 p. 898C GREG. M. dial. 4, 60. *al.*). FILASTR. 111, 3 animis -um adferebant (*antea*: damnationem). AVG. catech. rud. 26, 7 *deliciae saeculi* secum ad -um trahunt amatores suos; (8) a quo -u, hoc est poenis sempiternis *eqs.* in Iob p. 621, 24 doctrina dei, per quam minatur inpiis futurum -um. APRING. in apoc. 2, 26 quod . . . in die iudicii iudicandi dampnentur et in s e m p i t e r n u m proiciantur -um (SACR. Greg. 83, 1). *et saepe.* *c. gen. rei efficientis* (*cf. p. 2216, 59*): MART. BRAC. superb. 6 primi illius veneni (*sc. superbiae*) saporatus -s.

III *hyperbolice* -s est: ORIG. in Matth. 14, 25 p. 345, 14 tenere *uxorem* quidem -um esse, dimittere autem peccatum esse (*gr.* ἀπαλλάσσειν σκληρότατα). 17, 25 p. 654, 20 captivitas . . . corporis erat vexatio, introductio autem statuae in templum animarum erat -s (*antea*: radicitus interire). *Voß-Ehlers.*

2. interitus, -a, -um *v.* intereo.

interiungo, -iūnxī, -iūnctum, -ere. *ab* inter *et* iungere. *in tmesi l. 35.* [*falso* -cta *pro* interpuncta *affert* NON. p. 148, 18 *ex* CIC. de orat. 2, 177.] **1** *i. q. iungere*: *inter se*: LIV. 22, 30, 6 dextrae -ctae. GRATT. 77 inter nivei iungantur vellera cygni. *alicui*: STAT. Theb. 6, 308 natantibus -ctus *Arion* equis. *c. obi. rei effectae*: MART. CAP. 9, 893 inter divina humanaque discidia -ēre conloquia *virgines a Phronesi educatae.* **2** *i. q. inter se disiungere, relaxare* (*ad usus originem cf. l. 44 et* disiungere *de iumentis iugo otii causa absolvendis vol. V 1, 1385, 45sqq. nec non e. g.* intermittere): SEN. dial. 9, 17, 7 quidam medio die -erunt et in postmeridianas horas aliquid levioris operae distulerunt. epist. 83, 6 brevissimo somno utor et quasi -o; satis est mihi vigilare desisse. MART. 2, 6, 16 lassus tam cito deficis viator et, cum currere debeas Bovillas, -ero quaeris ad Camenas? (*sc. equos ut*: 3, 67, 7 hora lassos -it equos meridiana).

interius *v.* interior. **interkalo** *v.* intercalo.

interlābor, -āpsus sum, -ī. *ab* inter *et* labi. *in tmesi l. 50.* *i. q. interfluere, transfluere, transire*: **1** *usu vario*: **a** *intransitive vel absolute* (ad *aliquid l. 56, ? dat. l. 54*): VERG. georg. 2, 349 inter . . . labentur aquae (*cf.* AMBR. hex. 5, 10, 26 fluviis -entibus transitus inpeditur). SIL. 6, 18 truncos . . . trahebat *Bruttius vulneratus* . . . nervis -entibus artus. STAT. Theb. 2, 649 stellis -entibus (*cf.* PS. QVINT. decl. exc. Paris. 8 p. 403, 24 multum caeli -psum est. AVIEN. Arat. 44 tenebris . . . -itur *Iuppiter* [*i. sol*] aethrae). HIL. in psalm. 55, 5 non . . . carne est degravatus *Christus*, ne . . ., neque ut non solida parietum c o r p o r e -ente penetraret (67, 24 c. usque ad animae. . . sedem sine sensu adeundi -antur et penetrent). CLAVD. 15, 346 -entibus annis. **b** *transitive*: AVIEN. orb. terr. 1092 vagus -itur u r b e m *sc. Orontes Antiochiam* ([*Dionys. periheg. 920* μέσσην διὰ γαῖαν ὁρίζων, *Prisc. periheg. 861* medius dirimit . . . regna]. SERV. Aen. 3, 419 *v. p. 2221, 71*). AMM. 22, 8, 17 Themiscyreos -ens (interluens *cursus melioris causa dubitanter Clark sine necessitate*) *Thermodon* lucos. PRVD. c. Symm. 2, 606 Romanos . . . omnes fieri, . . . corniger Hesperidum quos -itur et quos Ganges alit. **2** *significantius i. q. interire, intercidere*: SYMM. epist. 4, 33, 1 -i amicitiae memoriam per silentium (*sc. epistularum defectum*). VINCENT. LER. (?) 41 inscr. commonitorium -psum est (*opp.* remansit).

? **interlateo**, -ēre *vix recte afferunt quidam ex* SEN. nat. 6, 16, 4 *PZ* (*ceteri* intus l.). *ab* inter *et* latere.

interlātro, -āre. *ab* inter *et* latrare. *i. q. interiacentem latrare* (*tropice*): PAVL. NOL. epist. 4, 4 p. 22, 12 (= Aug. epist. 25, 4 p. 81, 16) ut undosum . . ., quod inter nos et deum peccatis -antibus separat, praesentis vitae salum . . . enatem.

interlēctio *v.* intellectio.

[interlēctus, -a, -um *falso* ORIBAS. syn. 5, 1 add. p. 47 Ab *pro* interiectus (*La*) *ut* GLOSS. V 602, 3 (interlitus *Vulc.*).**]**

interlegendus, -a, -um. *ab* inter *et* legere (*cf.* intellego) *in tmesi a* VERG. *peculiari formatione creatum et a* PALLAD. *receptum.* *i. q. de media congerie eligendus, seligendus*: VERG. georg. 2, 366 acie . . . falcis *non* temptanda *vitis tenera*, sed uncis carpendae manibus frondes interque legendae. PALLAD. 3, 25, 16 -a sunt quaeque v i t i o s a *poma* (7, 5, 1 pira vel mela. 8, 3, 1).

[interlictus varieque maculatus GLOSS. V 213, 4 *falso pro* interiectus, *ut vid.; cf. ibid. 658, 5.*]

[Sz.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

interlīdo, (-īsī), -īsum, -ere. *ab* inter *et* laedere. *i.q. elidere sc. interiacentia*: GAV. BASS. frg. Macr. Sat. 3, 18, 3 'Iovis glandem' appellaverunt, quae nunc litteris -sis 'iuglans' nominatur. PAVL. NOL. carm. 10, 261 lingua mulcente gravem -ere dentem.

interligo, -āre. *ab* inter *et* ligare. [*per coniecturam parum certam Castalio* RVT. NAM. 1, 539 -at *pro* interrigat (*alii alia*).] *i.q. intermiscendo illigare*: STAT. Theb. 7, 571 maculas -at ostro *sc. pelli tigrium.*

? **interlīmitānus,** -a, -um. *ab* inter *et* limes, *cf.* limitan(e)us. *i.q. limitan(e)us*: INSCR. Dessau 8855 χώρας Σ⟨ου⟩μελοκεννησίας καὶ ⟨ἰν⟩τερλιμιτάνης (*Barthel, VI. Ber. der röm.-germ. Komm. 1910/11 [1913] 151; alii* ⟨ὑπ⟩ερλ-).

interlinītus, -a, -um *v. l. 15.*

interlino, -lēvī, -litum, -ere. *ab* inter *et* linere. *p. p. p. ?* -leta COD. Iust. 6, 23, 12, 1 *a. 293* (*var. l.* deleta); *sec. quartum verborum ordinem* -linītus (*cf.* illinio, -īre) GLOSS. IV 99, 23 (= 100, 12. 213, 13. 251, 23. 526, 27) -litus: -linitus (V 303, 62. 523, 3 vel verbi intercisio, quando inter se oblittera⟨n⟩tur [571, 6]). [*dubia var. l. pro* inlinere PLIN. nat. 36, 56.]

fere i. q. illinere, inungere sim.:

1 *vi praepositionis servata*: **a** *interpolandi, falsandi causa* (*de chirographis sim.*): CIC. Verr. II 2, 104 corruptas atque -tas *tabulas* (IVLIAN. dig. 9, 2, 42 VLP. dig. 10, 2, 18 pr. 47, 2, 31, 1 aut subripuerit aut -verit). Cluent. 91 *codicem.* 125 testamentum (PAVL. dig. 48, 10, 8 deleverit, -verit, subiecerit, resignaverit). IVLIAN. dig. 29, 1, 20, 1 si . . . aliquid -verit, perduxerit, adiecerit, emendaverit. GAIVS dig. 30, 67 pr. rationes (VLP. dig. 10, 2, 16, 5 deleverit vel -verit. 11, 3, 11, 1 si . . . r. ceteraque similia instrumenta subtraxerit vel -verit, deleverit). VLP. dig. 13, 6, 5, 8 *chirographum.* 47, 2, 27, 3 instrumenta (*var. l.* interledit. *cf. l. 27*). AMBR. epist. 73, 5 per inobedientiam *Adam* praerogativa . . . legis corrupta atque -ta. **b** *interiungendi, coagmentandi causa*: LIV. 21, 11, 8 caementa non calce durata . . ., sed -ta luto structurae antiquae genere. CVRT. 5, 1, 16 muros . . . bitumine -tos (5, 1, 25).

2 *vi praepositionis debilitata*: **a** *aliquid aliqua re*: SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 115 '⟨pictos . . . Gelo⟩nos': Thracas corporibus -tis, in lu⟨to enim tingun⟩t membra (*'fort. leg.* coloribus -tis inlu⟨stria eorum sun⟩t m.' *Hagen*). HIER. epist. 14, 1, 1 lacrimis . . . -tas litteras. PRVD. psych. 854 chrysolithus nativo -tus auro. OROS. hist. 1, 4, 5 Aethiopiam bello pressam, sanguine -tam. *fere i.q. oblitterare, delere*: MART. CAP. 1, 10 praesagiorum . . . -tam memoriam. **b** *aliquid alicui* (*cf. etiam l. 36*): PLIN. nat. 28, 132 maculis . . . inlitus oleo -itur *caseus acidus cum oxymelle.*

deriv.: 2. interlitus.

1. interlitus, -a, -um *v. s.* interlino.

2. interlitus, -ūs *m. ab* interlinere. GLOSS. IV 252, 10 (= V 541, 11) -s: intercisio verbi (356, 51 i. [*trad.* intercessio] v. quando inter se oblitterantur [*cf.* 251, 46 *et supra l. 16*]). *v. Landgraf, ALL 9, 1896, 387.* *Sz.*

***interlocūtio,** -ōnis *f. ab* interloqui. *plur. passim, e. g. l. 64. 67. 70. 80. 81.* GLOSS. ἀπόφασις. διαλαλία. iudicium. *legitur in sermone pedestri inde a* QVINT., GELL., PAVL. dig., TERT.

1 *i. q. sermonum interpositio*: **a** *de interpellatione*: QVINT. inst. 5, 7, 26 *prudens* brevi -e patroni refutandus est. DIOM. gramm. I 482, 18 dramaticon est vel activum in quo personae agunt sine ullius poetae -e. 482, 21 exegeticon est vel enarrativum, in quo poeta ipse loquitur sine ullius personae -e. **b** *de colloquio*: CAES. AREL. serm. 72, 3 media -e disrupta . . . iniuriam illi personae, cum qua loquebaris, inferre. FERREOL. reg. 23 p. 967B iurandi consuetudo . . . de monachorum -e tollatur. GLOSS.L I Ansil. EG 37 egloga: quasi -o dramatico charactere inducitur.

2 *i. q. pronuntiatio, decretum, sententia iudicis, magistratus (in usu Christiano etiam episcopi sim.) fere inter cognoscendum, agendum dicta* (*respondet gr.* διαλαλιά): GELL. 14, 2, 17 dissentitur an ex usu exque officio sit iudicis, rem causamque, de qua cognoscit, -bus suis ita exprimere consignareque, ut ante sententiae tempus signa et indicia faciat motus atque sensus sui. 14, 2, 18 qui iudicat . . . necessariis . . . -bus . . . suos sensus aperiat. PAVL. dig. 1, 15, 3, 1 praefectus vigilum . . . severa -e comminatus fustium castigationem remittit. MOD. dig. 44, 1, 11 ex praecepto sive -e iudicis. INTERLOC. praef. vig. (CIL VI 266, *a. 244*) 3 -es . . . praeff. vigil. TERT. pudic. 14 p. 249, 26 quod *iudex* pronuntiatione deciderit an quod -e suspenderit. AVG. coll. c. Don. 3, 3 p. 52, 17 post . . . tot -es cognitoris. COD. Theod. 4, 23 (22), 2, 1. 11, 30, 65 nec ab -bus appellandum esse. AVELL. p. 306, 2 -e . . . episcopi . . . declaratur. p. 317, 23 quae . . . in sanctorum patrum et sedis apostolicae vicariorum -bus continentur. CONC.S II 3, 1 p. 59, 16 praecedente -e ubi *epistulam* iussum est recitari. EPIST. pontif. 937 Conc.S IV 2 p. 143, 19 dum . . . ab eisdem cognitoribus per -em decretum fuisset. COD. Iust. 1, 3, 32 (33), 2 (*a. 472*) cum . . . ex eius qui regit provinciam fuerint sententia vel -e conventi . . . sacerdotes. 7, 45, 9 (*a. 294*) nec -es ullam causam plerumque perimunt. *al.* *de verbis sacr. script.*: CONSVLT. Zacch. 2, 3 p. 51, 13 sacris -bus dicta firmari.

interloquium, -ī *n. ab* interloqui. *i.q. sermo interpositus*: DON. Ter. Eun. 254 Terentius longae orationi -a quaedam adhibet . . ., velut nunc Parmeno procul audiens Gnathonem haec loquitur.

***interloquor** (-loco *l. 5*), -locūtus sum, -quī. *ab* inter *et* loqui. *passive adhibetur* CONC.S II 3, 2 p. 17, 21 quae -ta (*var. l.* interlocutionibus prolata) sunt, effectui mancipentur. SYNON. Cic. p. 429, 17 iudicat. decernit. statuit. -itur. pronuntiat. fert sententiam. GLOSS. II 272, 9 διαλαλῶ: -loco. GLOSS.L II Philox. IN 659 -tus: διελάλησεν. *legitur inde a* TER., SEN. *philos.*, PLIN. epist.

1 *proprie de hominibus*: **a** *i. q. intercedendo vel intermiscendo loqui*: **α** *per insertionem sermonis*: TER. Haut. 691 sicine mihi (me γ) -ere. SEN. benef. 4, 26, 1 permitte mihi aliquid -i (*c. acc. ut*: GAVDENT. serm. 9, 24 G. quid evangelista -atur, ausculta). clem. 1, 9, 9 convenerat ne -reris. PLIN. epist. 7, 6, 6 ipse raro et breviter -tus. APVL. apol. 80 lege usque dum ego -ar. EVGRAPH. Ter. Andr. 926 'ita vero obturbat', ita scilicet -itur. *al.* **β** *in colloquio*. AVG. mus. 5, 1, 1 concessio -entium . . . totum valet. CASSIOD. Ios. antiq. 16, 4 p. 459 cum . . . Herodes . . . populo -tus esset (*gr. 16, 73* διελέξατο).
b *i.q. (inter cognoscendum, agendum) pronuntiare, decernere, statuere, sententiam ferre (de iudice, magistratu, in usu Christiano etiam de episcopo sim.; respondet gr.* διαλαλεῖν, *ubi nihil adnotatur*): GELL. 14, 2, 19 aliter atque aliter . . . sentire et -i videantur iudices. SCAEV. dig. 49, 5, 2 si quaestionem . . . habendam iudex -tus sit (*c. gerundivo ut*: VLP. dig. 28, 3, 6, 7 praeses scribendum principi -tus est). VLP. dig. 1, 4, 1, 1 quodcumque . . . imperator per epistulam et subscriptionem statuit vel cognoscens decrevit vel de plano -tus est vel edicto praecepit, legem esse constat (*c. acc. ut*: CONC.S I 4 p. 37, 1 sancta synodus . . . -ta est, quae subter annexa sunt. II 3, 1 p. 96, 12 consona his . . . -tus est . . . Flavianus. CASSIOD. Ios. antiq. 16, 2 p. 458 cum haec -tus fuisset, concilium dimisit *Agrippa* [*gr. 16, 61* εἰπών]. FERRAND. epist. 6, 3 p. 923B aliud fortasse senserunt, aliud sunt -ti. *al.*). 42, 1, 15, 2 *praesides* sic . . . -i solent 'si moventia non sint, ut soli . . . capiantur' (*c. orat. recta ut*: 48, 19, 32 si praeses vel iudex ita -tus sit: 'vim fecisti'. MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 5 si ita fuerit -tus *iudex*: 'Lucius Titius temere accusasse videtur'. CONC.S II 3, 2 p. 132, 20 secretarius . . . ista . . . synodo -tus est: praecepit . . . dominus noster [*gr. II 1, 2 p. 124, 36* προσεφώνησε]. *al.*). 49, 1, 1, 2 si quis . . . -tus fuit principem se consultaturum (*c. acc. c. inf. ut*: INTERLOC. praef. vig. [= CIL VI 266, *a. 244*] 8 ita -tum me scio esse . . . oportere. AVG. coll. c. Don. 1, 8 p. 42, 19. 3, 4, 5 p. 55, 15. CASSIOD. Ios. antiq. 12, 3 p. 338 [*gr. 12, 126* ἀπεφήνατο]. COD. Iust. 7, 46, 4. *al.*). AVG. coll. c. Don. 1, 12 p. 45, 30 -tus est cognitor, ut hoc . . . ageretur (*c. enunt. ut* 3, 3, 3 p. 52, 28 -tus est cognitor, ad illud . . . responderent. LIBERAT. 13 Conc.S II 5 p. 120, 15 -entibus iudicibus ut . . . fides tractaretur). 3, 3, 3 p. 53, 22 de quibus . . . fuerat -tus cognitor. gest. Pelag. 11, 24 episcopis -entibus constat *haec* esse damnata. CONC.S II 2, 2 p. 17, 23 imperator -itur pro Nicaea civitate solo nomine honoranda. *al.*

2 *metaphorice de rivo i. q. murmurare inter aliquid*: ITIN. Alex. 21 interscatentibus et -entibus rivulis.

deriv.: interlocutio, interloquium. *Kühnen.*

interlūcātio, -ōnis *f. ab* interlucare. *i.q. actio interlucandi*: PLIN. 17, 257 -o arboribus prodest, sed omnium annorum trucidatio inutilissima.

interlūceo, -xī, -ēre. *ab* inter *et* lucere. *praes.* -it *v. l. 62.* GLOSS. II 397, 7 ⟨interl⟩uceo: παραφαίνω. [*variat c.* interducere *p. 2221, 4.*]

1 *i. q. intermicare, interfulgere, pellucere sim.*: **a** *de iis, quae mente perspiciuntur*: RHET. Her. 3, 19, 31 dissimilis forma atque natura loci comparandi sunt, ut distincti -ere possint. AVSON. 350, 8 p. 208, 58 P. sensus diversi ut congruant . . ., aliena ne -ant *in centone.* SYMM. epist. 10, 2, 3 nunc (*sc. post mortem Maximini ferocis*) -et homo homini . . ., vivere libet *eqs.* (*c. dat. ut*: AVG. conf. 11, 9, 11 quid est illud, quod -et mihi . . . ? *ibid.* sapientia . . . est, quae -et mihi, discindens nubilum meum. GREG. M. dial. 2, 2 p. 79, 18 M. prolati testimonii mihi aliquantum intellectus -it). ALC. AVIT. epist. 46 p. 75, 5 dum, quid recti unusquisque sentiat, futuro examini reservamus, etiam in praesentibus -ens (-entis *var. l.*) radius veritatis emicuit (hom. 5, 2 p. 107, 26 -et . . . in aliquibus gestis dignitas futurorum, et secretorum immortalium splendor etiam mortalibus oculis rara revelatione subradiat). GREG. M. in Ezech. 2 praef. p. 934D haec . . . visio tantae obscuritatis nebulis tegitur, ut vix in ea aliquid intellectu -ente (-ere *var. l.*) videatur. **b** *de iis, quae oculis conspiciuntur*: LIV. 29, 14, 3 *prodigia* vulgabantur: duos soles visos et nocte -xisse (*sc. inter sidera sive tenebras; si recte impers. intellegunt Weissenborn-Müller, fortasse ad* interlucescere *trahendum*). GERM. 284 Piscibus -et Equi latus (*c. dat. ut*: APVL. flor. p. 51 pone . . . coma prolixior -entem cervicem scapularum finibus obumbrat. met. 11, 6, 6 me *Isim* Acherontis tenebris -entem. PRVD. psych. 354 lilia luteolis -entia sertis). TAC. Germ. 45, 5 *succinum* sucum . . . arborum esse intellegas, quia terrena quaedam atque etiam volucria animalia plerumque -ent. SOL. 15, 28 mares *cyanei* punctillis ad gratiam -entibus auratilis pulviculus variat (*cf. Plin. nat. 37, 119* conlucet). 20, 3 saltus Hercynius aves gignit, quarum pennae per obscurum emicant et -ent (*cf. Plin. nat. 10, 132* conluceant).

2 *fere i. q. lucem transmittere*: **a** *de rebus per intervalla hiantibus*: VERG. Aen. 9, 508 quaerunt . . . aditum . . . qua rara est acies -etque corona non tam spissa viris. LIV. 1, 42, 4 in civitate *discrimen ordinesque*, quibus inter gradus dignitatis fortunaeque aliquid

[Centlivres]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-et, FRONTIN. strat. 2, 3, 16 *Scipio* intervalla expeditis velitibus implevit, ne -ret acies (VEG. mil. 3, 14). CLAVD. 18, 116 arida ieiunae seges -et aristae. **b** *de hominibus inter se distantibus*: PS. QVINT. decl. 12, 2 pauci rari (*sc. homines*) per vias -ent (interducent *P*). VEG. mil. 1, 26 rariores (*sc. milites*) atque -entes aditum perrumpendi hostibus praestant.

διαφαίνω luceo perluceo lucesco **interlūcēsco** GLOSS. II 275, 27. *ab* inter *et* lucescere. *cf. p. 2220, 70.*

interlūco, -ātum, -āre. *ab* inter *et* lucus. *i. q. collucare, interputare sim.*: PLIN. nat. 17, 94 adultas *arbores* -are (-luct- *codd.*) iusto plus. 17, 214 deputantur cum vite pariter -ta (-loc- *var. l.*) densitate ramorum, qui sint supervacui.

deriv.: interlucatio.

interluctat ('-pellat?' *Lindsay*, inl- *var. l.*) reluctat, inpedit GLOSS.L II Abav. IN 318. *ab* inter *et* luctare.

interlūdo, -lūsī, -ere. *ab* inter *et* ludere. [*falso trad. pro* intercedere LEX Sal. Merov. 88 E.] **1** *intransitive fere i. q. conversando vel communicando ludere*: AVSON. Mos. 76 -entes, examina lubrica, pisces. AMBR. epist. 47, 4 -amus epistolis, quarum eiusmodi usus est, ut distincti locorum intervallis affectu adhaereamus. ? **2** *transitive i. q. ludendo interponere sim.*: RVSTIC. Conc.S I 4 p. 149, 13 *illae impiae pactiones* in fide auxere discordiam, non solum ... quia per ea, quibus -serunt foedera isti mirabiles, extincta non est ... rixa, sed *eqs.* (*nisi per ord. verb. duriorem intellegas*: per ea foedera, quibus *eqs.*).

? **interlūnis,** -e. *ab* inter lunas; *cf.* interlunium, illunis. *i. q. intermenstruus*: AMM. 19, 6, 7 observata nocte squalida et -i (inluni *edd. vet. et Clark, cf. 17, 2, 3*).

***interlūnium,** -ī *n.* *ab* inter lunas; *cf.* plenilunium *et* intermenstruum. MAR. VICTORIN. gramm. VI 25, 6 internundinium ..., ut -um. NOT. Tir. 69, 1. GLOSS. *μεσοσέληνον. ἀπόκρουσις σελήνης.* interstitio lunae. inter primam et novissimam lunam. *omnia exempla attuli praeter* PLIN. nat.

i. q. tempus intermenstruum: **1** *definitur et explanatur* (*v. et l. 30*): PLIN. nat. 16, 190 *coitus lunae cum sole*, quem diem alii -i, alii silentis lunae appellant (*sim.* 18, 323). 18, 276 sq. -o aestate calidissima est *luna*, hieme gelida; ... aestate enim -o necesse est, cum sole proximo nobis circulo currat, igne eius comminus recepto candens, eadem -o absit hieme, quoniam abscedit et sol. 18, 324 *luna* supra terras ... erit quamdiu et sol -o et prima toto die (*describuntur tempora lunae*). 18, 350 sunt et ipsius lunae VIII articuli, quotiens in angulos solis incidat ... hoc est III, VII, XI, XV, XVIIII, XXIII, XXVII et -um (*similiter* FAV. EVL. 12, 4 W. [= p. 8, 6 H.]). ISID. orig. 3, 55 -um lunae est tempus illud inter deficientem et nascentem lunam; est ... trigesima dies, quo luna non lucet. **2** *exempla varia*: HOR. carm. 1, 25, 11 Thracio bacchante magis sub -a vento. PLIN. nat. 2, 109 formicam sentire vires sideris (*i. lunae*) -o semper cessantem (11, 109. *cf.* 18, 292 quiescat). 7, 38 septimo *mense* non nisi pridie posterove pleniluni die aut -o concepti (*sc. infantes*) nascuntur. 16, 194 Tiberius ... in capillo tondendo servavit -a. 17, 215 *vites*, quae ... -o sint putatae, nullis animalium obnoxias esse (*cf.* 18, 158 *semina* non esse vermiculis obnoxia ... si -o serantur). 18, 275 iniuria *vitibus* non fit nisi -o plenave luna, hoc est praevalente; utroque enim habitu plena est ..., sed -o omne lumen, quod a sole accepit, caelo regerens. *al.* VEG. mil. 4, 40 -orum ... dies tempestatibus plenos et navigantibus quam maxime metuendos.

interluo, -ere. *ab* inter *et* luere. GLOSS. *διακλύζω*. -it: interlabitur (*v. et l. 71*). perfundit. [*confunditur in codd. c.* interfluere *l. 74. p. 2222, 2*, interlucere *l. 79*, interludere *l. 80*. *e coni.*: LIV. 41, 23, 16 (-it *ed. pr.*, interfuit *V*, interfluit *Kreyssig*). AMM. 22, 8, 17 (*v. p. 2218, 61*).]

1 *apud veteres*: **a** *fere i. q. eluendo intercipere* (?): PLAVT. frg. inc. 64 -ere mare (*cf.* ISID. orig. 5, 26, 17 *ad l.* praepositionem 'inter' pro 'e' ponebant. Naevius: 'mare interbibere', et Plautus: -ere m., id est ebibere et eluere). **b** *i. q. interim luere, abluere*: CATO agr. 132, 1 cum pollucere oportebit, sic facies ..., manus -to, postea vinum sumito.

2 *usu sollemni*: **a** *transitive i. q. luendo sim. dividere* (*de mari vel fluviis, de Nereo p. 2222, 2, de cantharo p. 2222, 3; c. abl. instr. e. g. l. 71. 75. 79*): VERG. Aen. 3, 419 venit medio vi pontus et undis Hesperium Siculo latus abscidit arvaque et urbes litore diductas angusto -it aestu (SERV.: interlabitur, *cf. l. 56*). 7, 717 *populos Latinos* secans infaustum -it Allia nomen (*cf.* SERV. auct. Aen. 8, 727 Rhenus ... barbaros). SEN. nat. 3, 22, 1 Oceanus et quodcumque ex illo mare terras -it ([interfluit *var. l.*]. AVG. civ. 16, 17 p. 154, 18 D. gen. ad litt. 8, 9 p. 244, 8 aquis t. fundatam -i atque circumlui. OROS. hist. 1, 2, 8 medias. THEOD. MOPS. epit. in psalm. 64, 10c p. 326, 22—27 [*gr. ἐν τῇ γῇ ... ὄντα*]). TAC. ann. 6, 1, 1 *fretum*, quod Capreas et Surrentum -it. ANTH. 423, 5 oceanus geminos -it orbes. SOL. 8, 2 Peneus ... undis ... Macedoniam ac Magnesiam -ens (interlucens *var. l.*). 19, 4 *Cyrus amnis* Armeniae et Hiberiae fines -it (interludit *var. l.*). 56, 3 *Babylonia* -itur Euphrate ([*Plin. nat. 6, 121* interfluo Euphrate]. MART. CAP. 6, 701. *cf.* SIDON. epist. 1, 5, 5 oppidum duplex [*i. Ravennam*] pars -it Padi, ... pars alluit). ITIN. Anton. Aug. p. 508, 4 in mari Oceano, quod Gallias et Britannias -it (p. 521, 5 Thraciam et Cretam). AMM. 23, 6, 70 *montes* Gordomaris -it fluvius (CLAVD. rapt. Pros. 1, 145 rupit confinia Nereus ... et ascissos -it [interfluit *var. l.*] aequore m.). PAVL. NOL. epist. 32, 15 p. 290, 2 sancta nitens famulis -it atria lymphis cantharus. **b** *intransitive i. q. luendo intercedere sim.* (*accedit praep.* inter): SOL. 22, 5 mare, quod inter hanc (*i. Hiberniam*) et Britanniam -it.

deriv.: interluvies.

interluviēs, -ēī *f.* *ab* interluere. *i. q. interiectio aquae, interfusio sim.*: PS. SOL. 22, 13 Ebudes insulae ... angusta -e dividuntur. AMM. 24, 2, 4 angusta fluminis -es et praealta.

intermaneo, -ēre. *ab* inter *et* manere. *i. q. in medio manere*: LVCAN. 6, 47 operum ... ut summa revisat, defessus Caesar mediis -et (interminet *var. l.*) agris.

intermāno, -āre. *ab* inter *et* manare. *i. q. manando se inserere*: CHALC. comm. 214 spiritus ad caput fertur ... atque ibi ... nasci dicunt initium sentiendi et -are ad ceterum corpus.

? **intermedius,** -a, -um. *si recte iungitur, ab* inter medium. [*vulgo hinc derivantur it.* intermezzo, *pedem.* antermèz; *francog. or.* entremier; *prov. (delph.)* intremié *etc. (adi.)*; *vasc. vet.* entermey; *francog. (dial.)* entremi(s) *etc.*; *francoprov.* entremei *etc.*; *prov.* entremièy, entremejo *etc. (subst.)*; *cf. M.-L. 4492. Wartburg IV 756. at forsitan his omnibus* inter medium *potius quam* -us *adi. vix antiquum subsit. G.*] [*olim falso legebatur*: VARRO rust. 3, 5, 11 -is arbusculis (*Iucundus et alii edd.*, pro mediis *sc.* '*columnis*' *ex archetypo rest. Keil*). HOMER. 889 haec inter mediis (medius *var. l.*) stabat Mars ... armis (*iungendum* haec inter *ut* PAVL. NOL. carm. 19, 637 has inter medio ... puncto). *de* ITALA gen. 1, 6 (Ambr. hex. 2, 4, 15) *et* Ezech. 22, 26 (Avell. p. 309, 17. 23) *v. vol. VIII 588, 32. 42. e coni. vix probabili*: FEST. p. 165 nautea .., quia nauseam fa⟨cit per mutationem T et⟩ (*rest. ex Paulo*) S litterarum interme⟨diarum ...⟩ (*Müller*, inter medicamina *suspicatur Dacerius*).]

? *i. q. interiectus, interpositus*: EPIPHAN. in euang. 18 p. 13, 31 ut inter paenitentiam et regnum caelorum nihil sit -um (-o *B*, inter *om. C, eras. S; cf. vol. VIII 588, 64. Erikson, Sprachliche Bemerkungen zu Epiphan. 47*). *v. et p. 2223, 25.*

intermēnstruus, -a, -um. *ab* inter menses, *sec.* menstruus, *cf.* intermestris. **1** *adi., i. q. inter duos menses interiectus*: CIC. rep. 1, 25 *obscurationem solis* certo ... tempore fieri ..., cum tota se luna sub orbem solis subiecisset; itaque etsi non omni -o (*pro subst.*), tamen id fieri non posse nisi -o tempore. PLIN. nat. 18, 322 -a dimidiaque luna stercorato (*pendere vid. e* CATONE agr. *l. 60*). **2** *n. pro subst., i. q. interlunium*: CIC. rep. 1, 25 (*v. l. 37; cf.* ISID. nat. 20, 1 *luna* obicit se soli et tenebras ... efficit, quod tantum -o contingit). VARRO rust. 1, 37, 1 luna crescit ... et inde rursus ... decrescit, quaad veniat ad -um, [e] quo die dicitur luna esse extrema et prima. AMM. 20, 3, 11 nonnisi tempore -i deficere visam usquam lunam.

intermeo, -āre. *ab* inter *et* meare, *cf. Lucr. 1, 354* inter saepta meant voces et clausa domorum transvolitant. *i. q. meando penetrare, pervagari sim.*: PLIN. nat. 5, 126 *oppidum* Pergamum, quod -at Selinus, praefluit Cetius. AMM. 15, 11, 16 Rhodanus ... paludi sese ingurgitat ... eamque -ans nusquam aquis miscetur externis. 26, 6, 5 *Procopius* Constantinopolim ... clanculo saepe -ans. *in imagine de versibus in carmine intextis*: CONSTANT. epist. ad Opt. Porf. 11 *versus* ita medium corpus propositi operis -ant, ut oculorum sensus interstincta colorum pigmenta delectent.

